



25

1810

1811

1812

1813

1814

25

1815

1816

1817

1818

1819

25

1820

1821

1822

1823

1824

25

1825

1826

1827

1828

1829

25



Martinoz De  
Vidaurre





# LIBRI SEX

DE CONSIDERATIONE

DIALECTICA, PER FRATREM FRAN-

ciscum Titelmánum, Hassel-

lensem, ordinis fratrum Mi-

norum, sanctarum scri-

pturarum apud Loua-

nienfes Præle-

ctorem.

24597



PARISIIS.

Apud Oudinum Petit, via ad diuum Iacobum,  
sub lilii aurei signo.

1542.



EPISTOLA NVNCVPATORIA

Florentissima in Louaniensi academia

Liberalium artium facultati, Frater Franciscus

Titelmannos, eiusdem humilis alumnus debitum  
offert obsequium.



Emmi fere ante triennium, cum libros duodecim de consideratione rerum naturalium tuo nomini, mater veneranda, nuncuparem quod tum in physica disciplina exlubebam, id & in Dialectica aliquando me tentaturum spondeste, si modo noster ille labor tibi non ingratus, & tuis alumnis non inutilis comprobaretur. Quae sane promissio, tamen sub dubitationis quodam moderamine pronuntiata, sic me deuinxit, atque etiamnum constructum implicitumque tenet, ut ab officio illo vel sine mei nominis iactura, vel sine tuae gratitudinis offensa, non mihi integrum videatur cessare. Si enim ab implenda promissione desistero, vel tu fastidisse iudicaberis humile donum, ut ego a promisso videar illo tuo fastidio absolutus, futurumque est ut de te male iudicent, & aduersum te indignentur, si qui forte exterior, quibus prior ille noster labor non videbatur improbatus: aut ego, tanquam promissionis inmemor, leuitatis arguar ac vanitatis, audiamque a subfannatibus quod aduersum vanos homines proferri solet, Pollicitis diues quilibet esse potest. Et illud, Parturiant motes nascetur ridiculus mus. Accedit ad hanc necessitatem studiosorum plurimorum tum nostratium, tum externorum, pia & importuna quadam fidelitas: qui ab eo tempore quo prior ille labor sub oculos hominum exiit in lucem, partim verbis, partim literis, promissi me admonere, atque ad satisfaciendum illi quam ex meis verbis concepisse se asserunt, expectationi perurgere atque impellere haecenus non desistunt. Aliis quidem humili prece id a me fieri postulantis, aliis pia charitate pro communi bono & studii honestis adiunctis pia charitate efflagitantibus, nonnullis etiam quasi debitu, rigorosa quadam iustitiae feueritate exigentibus. Proinde, ut matrem de me optime merito ab iniqua suspitione liberarem, & meum ipsius humile nomen a leuitatis & vanitatis nota defendere, studiosorum quoque expectationi maturius satisfacere, & (quae primo loco erat causa promouenda) promouendis liberalibus stu-





## PROLOGVS APOLOGETICVS

in libris sanctorum patrum, qui illius insanie diuino auxilio  
freni restituerent viriliter, etiamnum visere licet. Ex quibus  
pauculis, facile est conicere, cuius uolui illa fuerint plena vo-  
luntaria, que in Christum (quem contumeliose graua Galileum)  
& Christianos (quos ab illo Galileos nominabat) temeritas  
eius insana euouit. Is itaque cum uideret à uirtu Christiani-  
anis se nec sapientia nec eloquentia seculari inferioribus, qua  
les ab initio aliquot semper habuit Ecclesia, validius quam  
existimauerat suis objectionibus responderi, nec deesse qui  
insana in Christum iactata conuitia infuribundum ipsius caput  
apertissime retorquerent, quaque (iuxta sapientis uerbum)  
stulto auderent & possent iuxta stultitiam suam respondere,  
ne sibi ac suis tumim sapientem uideretur, facile aduertit, non  
effecturum se quod conceperat animo, nec posse uoto potiri  
donec inter Christianos uigeret sapientia & eloquentia sa-  
culi, quibus solis à consequendo proposito se impediri existi-  
mabat. Simplicitatem namque Christiani dogmatis facile su-  
perare se posse confidebat, si secularis, esset sapientie præsi-  
dio destituta. Hoc itaque animo, illo suggerente à quo possi-  
debat & agitabatne per fidem belua publico edicto, ne Chri-  
stiani liberales artes uel docerent uel discerent, prohibuit. Cu-  
ius quidem impietatis figura quædam, multo ante in Phi-  
listæorum aduersus Israëlitas, populum domini, iniqua ma-  
chinatione præmonstrata est, qui ut populum domini secura  
possessione sub tyrannide sua continerent, fabricilem artem de  
terra Israëlita abutulerant, cauentes ne Israëlites hastam ha-  
berent aut gladium quibus se aduersus illorum tyrannidem  
possent defendere. Imitantur uero strenne illud apostata ex-  
emplum, Philistæorum figuram adimplent, impudentes hæ-  
retici, præcipue uero hæreticorum magistri, quos expectien-  
tia docet, & liberales artes omnes, & scholas in quibus eius-  
modi traduntur, summo odio persequi, maledictisque & bla-  
spheuis incensere: non alio haud dubie prætextu quam fecer-  
at ille, sed nec dissimili animo. In colorem enim aut fucum  
uirtus suæ impietatis, dicebat ille, non decere Christianam  
simplicitatem adiuuentionibus hominum intendere, nec de-  
bere si tropis dialecticis implicari eos qui professionem tam  
simplicem uellent sectari. Sicque astutus ille etiam gratiam  
uidebatur reposcere, quasi pro insigni beneficio, cum dolium

Prolog.

Reg. 13

Hæretici  
artes libe-  
rales cri-  
minantur.

## PRO DIALECTICA

4

pestimum animo meditarerent. Ita sane & impij hæretici li-  
berales artes incessunt conuiciis, & maledictis dilacerant: pro-  
tatis quidem fucum prætexentes, sed animum mala cogita-  
tione plenum gestantes. Optarent enim se solos armis esse  
in uniuersos, ceteros autem omnes inermes remanere: quo faci-  
lius in suæ impietatis ditionem, ut disputationis aut persuas-  
ionis efficacia, simplicium animos pertraherent, suæque ty-  
rannidi subiectos retinerent. Præ cæteris uero Dialecticam  
odio irreconciliabili persequuntur: propterea quod inter om-  
nes nulla sit, adeo illorum proposito aduersa, quæ sic illo-  
rum fraudes detegit, nodos dissoluit, aperit laqueos, persua-  
siones annihilat. Hac nimirum ratione, ut (iuxta Comicum uer-  
bum) semper odium parit ueritas Dialecticam illi criminatur  
& calūniatur, quasi cum simplicitate Christiana pugnantem:  
multisque aliis rationibus & confictis falsis calūniis, in  
genus, adolescentes dehortatur, ne illi animum dedant: sim-  
plicitatibusque persuadent parentibus, ne suos liberos talibus de-  
stinent studiis. Sunt uero & alii non pauci Dialecticæ ceterarum  
que liberalium artium studiis non tam ex affectu per-  
ueritate, quam ex ignorantia & imperitia reseruant: in expe-  
riencia detrahentes: qui cum neque Dialecticæ uerum usum ne-  
que traditionis eius modum nouerint, audent tamen egregij ho-  
mines passim apud ineruditos simplicesque & inexptos ado-  
lescentes, eam irritere, quasi seium, spinosam, horridam, squa-  
lidam, sterilem, inamœnam, inuilem, nomine eua odioso so-  
phistica eam appellantes. Quos si interroges quid Dialecti-  
ca, aut quid sophistica, & quid ab inuicem hæc differant, mu-  
tos inuenies & quæ diuauerint aut comparauerint non intel-  
lexisse, comperies. Qui si eruditissimi uerum & probatissimo-  
rum authorum de illa sententiam diligenter expendissent, &  
rerum iustam haberent experientiam, non sic a adolescentium  
animos corrumpent, neque ab optimis & uilissimis studiis  
auocarent. Cum itaque hac nostra tempestate quæ plurimos  
eiusmodi liberalium artium, peculiariter uero Dialecticæ calū-  
niatores, passim inueniri constat, quorum falsis persua-  
sionibus bonam partem adolescentium eorum, maxime de  
quibus amplior aliqua spes bonæ frugis uidebatur expe-  
ctanda, misere perire quotidiana (proh dolor) experientia  
apertius monstret, quæ ut dissimulare liceat, uisum est nobis,

A. iiii



## PROLOGVS APOLOGETICVS

In huius nostri operis initio quod de consideratione Dialectica ad communem studiosorum vtilitatem conscripsimus, Dialectica dignitatem & autoritatem aduersum calumniantes tueri atque defendere non quidem studio contemnimus, sed eo tantum animo, vt qui forte per ignorantiam aut inexperientiam minus bene de Dialectica senserint, & minus recte loquuti fuerint, cognita veritate, desinant male sentire, desinant & maledicere. Quia vero ad tantæ rei persuasionem nostram orationem sciebamus nequaquam sufficere. Visum est, ex clarissimorum & omnium iudicio eruditissimorum authorum sententiis id agere, quorum tanta est apud omnes eruditos æstimatio, tanta autoritas vt refragari illis nemo audeat. Proinde, annotatis ex variis authoribus notatis dignis sententiis quæ ad Dialecticæ commendationem facere videbantur, eas in hunc locum cõgessimus, sicque per titulos & capita certo quodam ordine ( quantum commode in tam confusa diuersarum rerum sylua fieri potuit) digestimus: vt quasi vna perpetua videri possit oratio, quæ ex tam variis est partibus contexta. Poteramus forsitan & nos, propria quæ licunque oratione, Dialecticam vtrunque commendare, & eius multiplicem explicare vtilitatem, dignitatem exponere. Verum illud putabamus fore vtilius, si quæ à nobis fuerant dicenda, ea ex grauissimorum authorum & Christianorum & gentilium ore proferrentur. Obsecro igitur eos ad quos noster hic labor pueniet, vt maturo iudicio is quæ infra subiicientur sententiis expensis, bonas artes discant magnificere, desinantque simplices studiosorum adolescentum animos ab iis quæ ex re ipsorum sunt auertere. Quod si forte ab illis nequiuero obtinere, qui animum obfirmauerunt aduersus bona studia, spero tamen adolescentem ipsos nostra hac diligentia post hæc cautiore futuros, & tam graui tamque multiplici autoritate præmonitos non ita facile male suadentibus aures, præbituros. Neque enim tam sine iudicio esse poterunt, quin facile aduertent, quæ à præclarissimis viris tam magnopere sunt commendata, atque in tanto præcio habita, ad hominis vnius vulgaris, vel imperiti vel inexerti iudicium, non esse contemnenda. Sed nos iam ad rem accedamus.

SENTENTIAE QUÆ A DAM  
CLARISSIMORVM VIRORVM, TVM  
Christianorum, tum gentiliū ex ipsorum eruditissimis  
libris huc congestæ, atque per titulos & capita  
certo quodam ordine digestæ, pro Dialectica  
cæterarumque liberalium artium  
tuenda dignitate,

### CAP. I.

Q Vam magnifice diuinus Plato de Dialectica  
fenserit, suoque illo ore in Philosophia (vt Augustinus ait) purgatissimo & lucidissimo pronun-  
tauerit: In dialogo qui Phædrus inscribitur, Socratem præceptorem suum introducit  
cum Phædro ita loquentem, Harum ergo di-  
uisionum collectionumque, ô Phædre, amicus  
sum, vt & intelligendi & loquendi sum compos. Ac si quem alium  
posse arbitror, tum ad vnum, tum ad multa, pro rerum  
naturæ aspiciere, huius à tergo tanquam Dei vestigia sequor.  
Atque eos qui id facere possunt, hæcenus voco Dialecticos.  
Consentitque mox Phædrus, recte artem hanc Dialecticam  
appellari, dicens.

In eodem dialogo de Pericle insigni oratore cum Phædro colloquens Socrates:

Videtur, inquit, non iniuria Pericles oratorum omnium  
perfectissimus extitisse. Magnæ enim quælibet artes, exercitatio  
Pericles ob Dialecticæ &  
tione dialectica, contemplationeque sublimium in natura  
rum, indigent. Ipsa enim mentis sublimitas, & vis efficax in  
qualibet re perficienda, hinc quodammodo proficisci videntur  
turquod Pericles ad ingenii acumen adiunxit. Anaxagoræ  
namque huiusmodi rerum indigatoris familiaritate fretus, orator in-  
contemplationi se tradidit vnde ad dicendi artem quod ipsi  
videtur traduxit. signis.

In dialogo autem septimo in republica vel de iusto Socratem inducit mechanicas artes atque etiam mathematicas cum Dialectica comparantem, vbi hæc eius cum Glaucone differentis verba leguntur,

Diuinus  
Plato ma-  
gnificè sē-  
tit de dia-  
lectica.

Pericles  
ob Dialecticæ &  
physicæ  
peritiam  
orator in-  
signis.



PROLOGVS APOLOGETICVS

Socrates, Nen o autem a fuerit nobis dicentibus quod d...
differendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa vnu...
quodque, quid ipsum sit inuenire. Si qui dem ceterae artes (id...
est mechanicæ) aut ad opiniones hominum cupiditatēque...
respiciunt, vel ad generationes & compositiones, vel ad cul...
turam eorum que generantur & corruptuntur. Reliquæ ve...
rò, quas diximus verarum rerum que quo modo participet...
esse. Geometria scilicet eiusque conites, circa ipsam essentia...
quodam modo somniant: syncere autem quicquam ab illis...
cernere, im possibile est quouique suppositionibus hærent, eas...
que ratas & imobiles adeo seruant, ut illarum rationem...
reddere nequeant. Dialectica verò sola sublati suppositioni...
bus omnibus, ad ipsum principium confirmandum pergit, ac...
reuera animi oculū ceno barbarico obrutum, paulatim sur...
sum trahit ac ducit, tanquam adiutricibus ac ministris, qui...
busdam vtens his artibus quas narrauimus.

¶ Ac deinde nonnullis interpositis

Legem statuit esse ferendam in republica, qua iubeantur di...
scenses eam potissimum disciplinam capessere, ex qua inter...
rogandum & respondendū, vt scientem decet, aptissimū finis...
que est Dialectica. Postremo (consentiente in idem Glaucone) Dialecticam doctrinis omnibus velut apicem esse præpo...
sitam dicit, nec vllam doctrinam vltius aut eminentiorem...
reperiri, sed hic iam doctrinarum omnium esse finem. ¶ In...
dialogo quoque qui Cratylus inscribitur, siue de recta ratio...
ne nominum: Dialectici dicit esse officium, imponere rebus...
nomina, quod is colligere sciat atque diuidere, nec ab alio...
quàm à Dialectico commode id fieri posse existimatur.

CAP. II.

Quòd sine dialectica, Philosophia non potuit esse con...
summata quòdque Dialecticam Plato adiungens scienti...
æ naturali & morali, consummatam effecerit Philo...
sophiam. Ex Augustino, libro tertio cōtra Academicos.

Capit. 17.

Augustinus de Platone & Dialectica. Plato vir sapientissimus & eruditissimus temporum suo...
rum, qui & ita loquutus est, vt quæcunque diceret magna fierent, & ea loquutus est, vt quomodocunque diceret parua nō...
fierent, dicitur post mortem Socratis magistri sui, quem singulariter dilexerat, à Pythagoricis etiam multa didicisse. Py...

Hoc ipsum est quod in topicis ait, Aristot. Dialecticam ad omnium methodorum principia habere viam Dialecticam, apicem & finem omnium doctrinarum.

PRO DIALECTICA.

thagoras autem Græca Philosophia non contentus, quæ tunc...
aut pens nulla erat, aut certe occultissima, postquam commo...
tus Pherecydæ eiusdem Syri disputationibus, animum esse...
immortalem credidit, multos sapientes etiam longe lateque...
peregrinatus audierat. Igitur Plato adiciens lepori subtilit...
atque Socraticæ, quàm in moralibus habuit, naturalium di...
uinarumque rerum peritiam, quàm ab eis quos memorari di...
ligenter acceperat, subiungensque quasi formatricem illa...
rum partium iudicemque, Dialecticam, quæ aut ipsa esset, aut...
sine qua sapientia omnino esse non posset, perfectam dicitur...
composuisse Philosophiæ disciplinam.

His Augustini verbis attestatur Diogenis Laertii sententia, in libro de vita Philosophorum, cuius in descriptione vitæ Platonis, hæc sunt verba.

Vt olim in tragœdia, prius quidem solus chorus agebat, postmodum verò Theſpis vnum inueni histrionem, vt chorus interdum requiesceret: secundum postea Aeschylus adiecit, & tertium Sophocles, atque in hunc modum tragœdia cōsummata est: ita & Philosophiæ ratio dudum circa vnum tantam Physicæ speciem versabatur. Accessit Socrates & adiecit Ethicam. Tertiam Plato Dialecticam addidit, & consummato Philosophiæ operi extremam manum apposuit.

Diogenes Laertius.

CAP. III.

Quæ necessitas ad Dialecticæ artis inuentionem veteres induxerit. Ex Severino Boetio, in Commentariis super Topica Ciceronis.

Cum philosophia maximis in rebus operam studiumque consumat, eamque in naturalibus inspectionem speculationemque adhibeat, & in moralibus actionem, & sic formare gestiat mores, vt vera vitæ ratio persuaserat, euenire necesse est, vt secundum id quod ratio tenendum omittendumque, faciendum quoque aut non faciendum esse decreuerit, vel iudicium constituitur, vel exerceat vitæ dirigatur intentio. Erit igitur necessarium, vel in naturali speculatione, vel in moralium actionum cogitatione, vt certa ratio vel quod in rebus speculandum est inueniat, vel quod in actum viuendum duci oporteat aut perpendat. Hæc autem ratio, nisi via quadam proceſſerit, sæpe in multos necesse est labatur ere...

Severini Boetius.



## PROLOGVS APOLOGETICVS

rores. Quod ne passim fieret, atque vt certis regulis tractatus insisteret, visum est antiquè philosophiæ ducibus, vt ipsarum ratiocinationum quibus aliquid inquirendum esset, naturam penitus ante discuterent: vt his purgatis atq; compositis, vel in speculatione veritatis, vel exercendis virtutibus uterentur. Hæc est igitur disciplina, quasi differendi quedam magistra, quam Cicero definiens, differendi diligentem rationem vocauit, Stoici vero Dialecticam eam nuncupauerunt.

His per omnia consonant quæ vir in diuinis & humanis literis egregie eruditus, Hugo à sancto Victore, libro primo Didascalice eruditionis scribit, in hunc modum.

Cum veteres in vltis sæpe lapsi erroribus, falsa quedam & sibi contraria in disputatione colligerent, atque id fieri impossibile videretur, vt de eadem re contraria conclusionem facta vtrique essent vera, quæ sibi discutiens ratio concludisset, cuius rationationi credi oporteret, esset ambiguum, visum est prius disputationis ipsius veram atque integram considerationem inueniretur, an vere esset comprehensum, possit intelligi. Hinc igitur profecta logicæ peritia disciplinæ, quæ disputandi modos, atque ipsas ratiocinationes interuiscendi vias parat: vt quæ ratiocinatio nunc quidem vera, nunc autem falsa, quæ verò semper falsa, quæ nunquam falsa, possit agnosci. Hæc tempore quidem est postrema sed ordine prima. Hæc enim inchoantibus prima legenda est, propterea quod in ea docetur vocum atque intellectuum natura, sine quibus nullus Philosophiæ tractatus rationabiliter explicari potest.

### CAP. V.

Dialecticam cæteris artibus inueniendis atque formandis esse necessariam.

¶ Augustinus in libro de ordine.

Augusti. Illo, inquit, modo perfecta dispositaque Grammatica, admodum nota est ratio querere hanc ipsam vim quæ pepererat artem. Nam definiendo, distribuendo, colligendo, non solum digesserat Grammaticam atque ordinauerat, verum etiam ab omni

## PRO DIALECTICA.

7

fallitatis irreptione defenderat. Quando ergo ratio ad alia fabricanda transiret, nisi sua ipsa prius machinamenta distingeret, noraret digerere, proderetque ipsam disciplinam disciplinarum, quam Dialecticam vocant? Hæc docet docere, hæc docet discere. In hac ipsam ratio sibi demonstrat, quæ scit, quid velit, quid valeat. Scit autem scire, vult sola scientes facere nec solum vult sed etiam potest.

Eandem sententiam Crassus apud Ciceronem primo libro de Oratore pronunciat, his verbis.

Nil est quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet quorum artem insituere vult, habeat illam scientiã, vt ex his rebus quarum ars nondum sit artem efficere possit. Hoc video, dum breuiter volgerim dicere, dictum à me esse paulo obscurius. Sed experiar, & dicam, si potero, planius. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dispersa quodam fuerunt vt in Musicis, & numeri & modi: in Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: in Astrologia, cæli conuersio, ortus, obitus, motusque syderum in Grammaticis, Poëtarum pertractatio, historiæ cognitionis, verborum interpretatio, pronuncianti quidam sonus. In hæc denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quedam omnibus & diffusa late videbantur. Adhibita est igitur ars quedam extrinsecus, ex alio genere quodam, quod sibi totum Philosophi assumunt, quæ rem dissolutam conuulsamque conglutinaret & ratione quadam constringeret.

Quod autem hanc artem Dialecticam velit dicere, ex alio eiusdem authoris opere monstratur apertius, quod de claris oratoribus inscribitur: vbi de Seruio Sulpitio loquens, hunc in modum Bruto interroganti ipse respondet. Sic enim (inquam) Brute, existimo, iuris ciuiliis magnum vltum, & apud Scæuolam & apud multos fuisse, artem in hoc vno: quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, dein distinguere. Postremo habere regulam qua vera & falsa iudicarentur, & quæ quibus propositis essent quæque non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium

Dialecticæ disciplina disciplinarum.

Cicero.

Scuola ob dialecticæ peritiã, ceteros in iuris cognitione excellunt.



PROLOGVS APOLOGETICVS

maximam, quasi lucem, ad ea quae confute ab aliis aut respōdebantur aut agebantur: Dialectica mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis.

Hanc quoque sententiam confirmant, quae nostrorū ferre temporū vir eruditissimus, Rodolphus Agricola, lib. secundo de inuentione scribit in hunc modum.

Aristoteles, qui post eum alij, Dialectica instrudi sūt, facile suis libris ostendunt, quā magnus sit vsus eius & quā tractandis omnibus rebus accommodatus: vtque sine ea non solum singula, de quibus in artium decursu dubitaretur explicari nequirent, sed ne artes quidem colligi possent, & in hanc quam acceperunt redigi formam. Haec est illa scientia, quam apud Ciceronem Crassus necessariam formandis artibus putauit, quamque cupit esse in iureconsultis, quo non essent apud eos omnia actorum similia. Quaesitum est à Titio & labeo ait etiam Celsus respondit, & apud Trebatium scriptum est.

Ex his obiter discimus, etiam iuris ciuiliis studiosi, Dialecticam apprime conducere maximamque ad illud lusem adferre: id quod & Quintilianus videtur indicare, libro duodecimo oratoriarum institutionum, loquens in hunc modum.

Quidē Nōne quaestio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis coniectura continetur: quorum pars ad rationalem (Dialecticam dicit) pars ad moralem tractatum redundat. Ergo natura permixta est omnibus istis oratio, quae quidem oratio est vere. Nam ignara quidē huiusce doctrinae loquacitas erret necesse est, vt quae vel nullos vel falsos habeat duces.

CAP. V.

Quanti Dialecticam fecerint veteres illi Stoici, ex Diogene Laertio, de vita Philosophorum.

Abique Dialecticae speculatione, sapientem dicunt in oratione sine lapsu non futurum. Quippe ex illa dignosci verum atque falsum, probabile item & quod ambiguitate dicatur intelligi. Ea remota, iam non licet rite interrogare atque respondere, sed pertingere eam quae in negationibus est temeritatem, ad ea etiam quae sunt, adeo vt in absurditatem ac vanitatem vertatur, qui phantasias minime exercitas habet,

Stoicorum sententia ex Diogene Laertio.

PRO DIALECTICA.

neque aliter acutum & ingeniosum cautumque omnino in dicendo & fore & visum iri sapientē. Eiusdē enim esse, recte loqui recteque cogitare, eiusdēque, ad ea quae proponuntur discere, & ad ea quae interrogantur respondere, quae sint omnia viti Dialecticae periti.

Ex eodem.

Huiusmodi sunt in logicis Stoici, vt maxime asserant. Dialecticum solum esse sapientem. Omnes enim res per eam quae in verbis est speculationem cerni quaeque ad naturam pertinent, & quae rursus ad mores logicae egere adminiculo.

Ex eodem.

Enimvero Philosophiam animanti similem dicunt ossibus ac nervis Logicem, carnis Ethicem, animae Physicem conferentes. Siue rursus ovo: esse quippe superficiem (id est, testam) Logicem, sequentia Ethicem, intima & penitus abstrusa Physicē. Sunt qui agro frugifero quippe circuncinctā sepe, Logicem, fructum Ethicem, humum ac arbores Physicem. Nōnulli ciuitati muris optime septae, ac pulchre ex dignitate administratē.

Stoicorum pulchra comparatio.

In qua Stoicorum comparatione illud est diligenter notandum, Dialecticam vbiue comparari iis per quae alia continentur, corroborantur, sustentantur, finiuntur, muniantur, & defenduntur, vt pote ossibus & nervis, testae oui, sepi agrum aut muro ciuitatem circundanti. Videlicet vt indicetur his comparationibus, quod aperit asserit Rodolphus, Dialecticam esse duces, directricem, atque stabilitericam ceterarum artium, & sine cuius praesidio tueri fines suos relique non satis commodē possent.

Rodolphus Agricola.

Apud Ciceronem libro tertio de finibus bonorum Cato refert, Dialecticam & physicam à Stoicis inter virtutes esse numeratas, & rationem eius reddidit apertius.

Ad eas, inquit, virtutes de quibus disputatum est, Dialecticam etiam Stoici adiungunt & Physicam, easque ambas virtutum nomine appellant. Alteram quod habeat rationem ne cui falso assentiamur, ne vnquam captiofa probabilitate fallamur, eaque quae de bonis & malis diceremus tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte, quoniam arbitramur à vero abduci fallique posse. Recte igitur si omnibus in rebus temeritas ignoratioque vitiosa est. ab his ea quae tollit haec virtus nominata est Physicæ quoque non sine causa id attributus est honos,

Dialecticæ & Physicæ Stoici virtutes appellant.

Haec enim Stoicorum de



PROLOGVS APOLOGETICVS

Dialectica protulimus sententiam:quam illi quidem tanti fecerunt,cum non nisi altera eius pars, & ea quidem naturæ ordine posterior, ab eis fuerit cognita. id quod manifestissime Cicero testatur in Topicis, ad Trebatium ita scribens.

Ex Cicero in Topicis.

Cum omnis ratio diligens differendi duas habeat partes, alteram inueniendi, alteram iudicandi, vtriusque princeps (vt in hi quidem videtur) Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. Iudicandi enim vias diligenter perscrutati sunt, eam scientiam quam Dialecticam appellant. Inueniendi verò artem, quæ Topicè dicitur, quæ ad vsum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

Idem libro. 4. de Finibus bonorum, Catoni qui de Stoicorum secta erat, respondens, sic ait.

Cato Stoic<sup>9</sup> Dialectic<sup>9</sup> & Physic<sup>9</sup> inter virtutes numerat.

Cum duæ sint artes quibus perfectè ratio & oratio cõpleatur, vna inueniendi, altera differendi, hanc posteriorè & Stoici & Peripatetici, priorem autem hi egregie tradiderunt: illi omnino ne attigerunt quidem. Nam è quibus locis quasi è thesauris argumenta depromerentur vestri ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio & via tradiderunt. Hæc illar. ¶ Quanto igitur plurius nunc est facienda Dialectica, quæ præter illam Stoicorum disciplinam, alteram continet, & quasi novam inueniendi artem, vlti potiore, & natura priorem, quæ Aristoteles pluribus libris tradidit, & de qua sola nostris ferè temporibus, homo doctissimus Rodolphus Agricola, tres libros conscripsit, ab eruditissimis omnibus maxime laudatos.

CAP. VI.

Quod Dialectica admodum cõiunctam habeat eloquentiam artemque dicendi. Ex Quintiliano libro secundo oratoriarum institutionum.

Quintili. 2

Duo (inquit) genera sunt orationis, altera perpetua quæ Rhetoricè dicitur altera concisa, quæ Dialecticè. quas quidem ita Zenon coniunxit, vt hæc comprehesse in pugnum manus, illam explicitè diceret similem.

In eandem sententiam & Cicero scribit libro secundo de Finibus bonorum & malorum.

Cicero.

Zenonis est, inquam, hæc Stoici, omnem vim loquendi in duas tributam esse partes dicere, Rhetoricam palmar, Dialecticam

PRO DIALECTICA.

lecticam pugno similem esse dicebat: quod latius loqueretur Rhetores, Dialectici autem contractius. Idem in libro de perfecto oratore.

Zeno quidem ille à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter has artes (Dialecticam & Rhetoricam) interesset. Nam cū cõpesserat digitos, pugnamque secerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: eum autem diduxerat & manum dilatauerat, palma illius similem esse eloquentiam dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles, in principio artis Rhetoricæ dicit illam artem quasi ex altera parte respondere Dialecticæ vt hoc videlicet differant inter se, quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior.

Apta Zenonis comparatio.

Aristot.

CAP. VII.

Quod absque Dialectica & philosophia nemo perfectam assequi possit eloquentiam, nec Rhetor esse sine philosophia. Ex Cicero in lib. de perfecto oratore.

Orator debet esse Philosophus.

Platonis & aliorum Philosophorum disputationibus & exagitatius maxime orator est, & aditatus. Omnis enim veritas & quasi sylua dicendi, ducta ab illis est.

Rursum.

Possum sit igitur imprimis, quod post magis intelligatur, sine philosophia non posse effici, quem quærimus eloquentiam. Nã nec latius nec copiosius de magnis variisque rebus, sine philosophia potest quisquam dicere. Nec verò sine Philosophorum disciplina genus & speciem cuiusque rei cerne-re, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec iudicare quo vera quæ falsa sit, neque cerne-re cõsequentia repugnancia videre, ambigua distinguere.

Expressius etiam & distinctius postmodum ista declaratur, cum post multa eodem in libro de Oratore tractata ista subiungit.

Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum facultatem habere quæ sit eius propria, scilicet latèque dicendi, sed sit Dialecticam etiam vicinam eius atque finitimam Dialecticorum scientiam cõiunctam, assumere.

Orator

Et rursum post pauca.

Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima differendi, & postea qui Dialectici dicuntur spinosiora multa per-



Hec oia fo  
In docet  
Dialectica

PROLOGVS APOLOGETICVS

petetur. Ergo cum censeo qui eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem, sed vel illa antiqua, vel hac Chryssippi disciplina institutus, nouerit primum vim, naturam, genera verborum & simplicium & copulatum. Deinde, quot modis quidque dicatur, qua ratione verum falsum uo si indicetur, quid efficiatur & quoque, quod cinque consequens sit, quodque contrarium. Cumque ambigue multa dicantur, quomodo, quidque eorum diuidi explanarique oporteat. Hec tenenda sunt oratori, saepe enim occurrunt: sed quia sponte sua squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. Et quoniam in omnibus quae ratione docentur, & via primi constituendum est, quid quidque sit (Nisi enim inter eos qui disceptent conuenit, quid sit illud de quo ambigitur, nec recte differi, nec inquam ad exitum perueniri potest) explicanda est saepe uerbis mens nostra de quaquere, atque inuolutae rei notitia definiendo est aperienda. Siquidem definitio est oratio, quae quid sit id de quo agitur, ostendit breuissime. Tum ut scis, explicato genere cuiusque rei, uidentum est, quae sint eius generis, siue formae, siue partes, ut in ea distribuatur omnis oratio. Erit igitur haec facultas ei quem uolumus esse eloquentem, ut diffinire se possit. Idemque etiam cum res postulabit genus uniuersum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac diuidet.

Quam denique sententiam ita concludit.

Nec uero dialecticis modo sit instructus: sed habeat omnes Philosophiae notos & tractatos locos.

Supra posita Marci Tullij sententia aperte subscribit Quintilianus lib. 12. oratoriarum institutionum de scientia diuinarum humanarumque rerum loquens.

Quintil.

Quae quidem, inquiens, cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, & rationalem, quae tandem non est cum oratoris opere coniuncta? Nam (ut ordinem retro agamus) de ultima illa, quae tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, & proprietates uocis cuiusque nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de falsis iudicare, & colligere ac resolueri quae uelut oratoris esse: quanquam non est tam minute atque concise in actionibus utendum, quam in disputationibus.

Ac post pauca quam uelit artem proprio nomine aper-

PRO DIALECTICA

tissime explicans, subiungit.

Pars haec (inquit) Dialectica, siue illam dicere malimus disputatricem, uilis est saepe & finitioibus, & comprehensionibus, & separandis quae sunt differentia, & resoluenda ambiguate, & distinguendo, diuidendo, illiciendo, implicando.

CAP. VIII.

Quod Oratorum praclarissimi philosophiae, & peculiariter dialecticae studia coluerint. Quintilianus oratorum institutionum libro. 12.

Quae denique, inquit, intelligi saltem potest eloquentia hominis optima uel scientiae? Haec si ratione manifesta non essent exemplis tamen crederemus. Siquidem & Periclem, cuius eloquentiae & si nulla ad nos monumenta uenerunt: uis tamen quandam incredibilem, tum historici, tum etiam liberissimi generis hominum Comici ueteres tradunt, Anaxagorae Physici constat auditorem fuisse, & Demosthenem principem omnium Graeciae oratorum dedisse operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum se debere scholis Rhetorum, quantum Academiae spatium, frequenter ipse testatus est, Neque se ita in eo inquam fudisset uertas: si ingenium suo concepto fori, non ipsius rerum naturae finibus terminasset.

Quintil.

Pericles!

Demosthenes.

Cicero.

Quod hic ultimo loco dicit Quintilianus, ipse de se, Cicerum uerum esse testatur, in praefatione libri de oratore.

Ego autem (inquit) & me saepe noua uideri dicere intelligo: cum per uetera dicam, sed inaudita persequer: & fateor me oratorem (si modo sim, aut etiam quicumque sim) non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiae spatium exiisse.

Cic. de Philosophia magis quam de Rhetorica gloriatur.

Locus is est quem supra citauimus.

Eodem in loco & quae de Pericle dicta sunt atque Demosthene, confirmat his uerbis.

In Phaedro Platonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Socrates quod is Anaxagorae physici fuerit auditor, a quo senset eum, cum alia praecleara quaedam & magnifica didicisset, uerberem & fecundum fuisse, gnatumque (quod est eloquentiae maximum) quibus orationis modis, quaeque animorum partes pellerentur. Quod idem de Demosthene existimari potest, casus ex epistolis intelligi licet, quam frequenter fuerit Platonis auditor.



Diodorum  
Ciceronis  
in Dialecti-  
ca præcep-  
tor.

Lactantius  
de Epicu-  
ro dialecti-  
ces cõtem-  
ptore.

Cice. Epi-  
cure erro-  
res impu-  
tat cõtem-  
ptui,  
Dialectice.

Hugo à  
sancto  
Victore.

PROLOGVS APOLOGETICVS

In libro verò de claris oratoribus, cum bruto suo colloquens, etiam præceptoris sui nomen exprimit, quo in Dialectica est vius.

Eram, inquit, cum Stoico Diodoro, qui cum habitauisset apud me, mecumque vixisset nuper est domi meæ mortuus, à quo cum abis in rebus, tum studiosissime in Dialectica exercebat, quæ quasi contracta & astricta quædam eloquentia putanda est, sine qua etiam tu Brute indicauisti te illam iustâ eloquentiam quam Dialecticam dilatatam putant cõsequi nõ posse.

CAP. IX.

Quomodo sui contemptum vlciscatur Dialectica, vel in vno Epicuro sedisime volupratis assertore (sic cum Lactantius Firmianus digno appellat nomine) luce clarior cernitur: qui illam prorsus contempnit, & vt in antuersum agentem (quemodo Diogenes Laertius ait) prorsus repudians, in fœdos lapsus est errores, de quo Tullius libro secundo de finibus bonorum & malorũ, Torquato colloquens, ita ait.

Dum Dialecticam, Torquate, contempnit Epicurus, quæ vna continet omnem & perspicendi quid in quaque re sit scientiam, & iudicandi quale quidque sit, hac ratione & via disputandi ruit in dicendo, vt mihi quidem videtur, nec ea quæ dicit vlla vult arte distingui.

Confirmant hanc Ciceronis sententiam, quæ ab Hugone à sancto Victore scribuntur libro primo didascalice eruditionis in hunc modum.

Ceteræ artes prius reperiæ fuerant, sed necesse fuit Logicam quoque inueniri, quoniam nemo de rebus conuenienter differere potest, nisi prius rectè loquendi rationem agnouerit. Nã sicut dicit Boetius, cum primus antiqui citra rerum naturas & morum qualitates inuestigandas operam impenderent, necesse fuit sepe falli eos, quia vocum & intellectuum discretione nõ habebant: vt in multis euenit Epicuro qui atomis mundum consilire putat, & honesti voluptate metitur. Hoc autem iccirco huic atque aliis accidisse manifestum est, quoniam disputando quicquid ratiocinatione cõprehenderant hoc in res ipsas quoque euenire arbitrabantur. Hic verò magnus est error. Neque enim quicquid sermonum decursus ratiocinatio

PRO DIALECTICA.

inueniret, id in natura fixum teneretur. Quare necesse est falli eos, qui abiecta scientia disputandi, de rerum natura perquirent. Nisi enim prius ad scientiam venerit, quæ ratiocinatio, vt iam teneat semitam disputandi, quæ verisimilem agnouerit, & quæ fida & quæ possit esse suspecta, rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione non poterit inueniri.

Atque illud etiam magis Dialecticæ in veri inuestigatione necessitatem indicat, quod hi quoque qui eius videri volabant contemptores, aliquid ipsi simile confingebant, quo eius loco se vti dicerent. Id quod de Epicureis aperte testatur diuus Augustinus lib. contra Cresconium Grammaticum, capite 13.

Nosti, inquit, quam maxime apud stoicos viguisse Dialecticam, quoniam & ipsi Epicurei, quos imperitia liberalium disciplinarum non solum non pudebat, verum etiam delectabat, quædam quasi disputandi regulas, quibus quisque usus minime falleretur, se potius tenere & docere iustabat. Quid enim est aliud Dialectica quam peritia disputandi?

Errores autem Epicurei in quos per incitiam ratiocinandi videtur incidisse, Lactantius Firmianus lib. tertio diuinarum institutionum summam enarrat, his verbis.

Archipirata quisquam, vel latronum ductor, si suos ad gratulandum cohortetur, quo alio sermone vti potest, quam vt eadem dicat quæ dicit Epicurus? Deos nihil curare, non ira nõ gratia tangi inferorum poenas non esse metuendas, quod animæ post mortem occidant, nec vlli omnino sint inferæ voluptatem esse summum bonum, nullam esse humanam societatem, sibi quemque consulere, neminem esse qui alterum diligat nisi sui causa. Est plane, cur quisquam poterit hanc vocem esse viri sapientis, quæ potest aptissime latronibus accommodari.

CAP. X.

Quod natura non ita sic fidendum, vt propterea ars ipsa Dialecticæ vel contempnatur vel negligatur, id quod plerique faciunt. Ex Cicero libro quarto de finibus bonorum, atque malorum.

Quod & si ingenis magis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur, ars tamen est diuæ certior, quam natura. Aliud est enim, Poetarum more verba fundere, aliud

August.  
de Epicu-  
reis.

Lactanti-  
us erro-  
res Epi-  
curei.

Ars natu-  
ra certior



## PROLOGVS APOLOGETICVS.

ea quæ dicas ratione & arte distinguere.

In dialogo quoque Platonis qui Phædrus inscribitur, Socrates de Rhetorica (quæ tamen minus videtur arte infigere) idem pronuntiat, ubi à Phædro interrogatus: quomodo odo & vnde veri oratoris artem sibi posset vendicare, ita respondet.

Plato.

Consentaneum est, ô Phædre, forte etiam necessarium, quem admodum in cæteris rebus, ita & in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi natura vt sis orator tribuerit, ac edente doctrina & exercitatione excellens eris orator si quid, verò horum tibi defuerit, mancus eris.

Quinti.

Consentit & Quintil. hb. 2. oratoriarum institutionum, Consummatos, inquit, in arte, plus doctrinæ debere, quam naturæ putabo, sicut in solo fœcundo, plus cultor quam ipsa per se bonitas soli efficiat.

Hugo à sancto Victore.

Pulchre quoque hæc de re generali sermone, quantum ad omnes artes, disseruit vitæ eximius Hugo à sancto Victore libro primo Didascalica eruditionis, cuius eo in loco hæc sunt verba.

Omnes scientiæ prius erant in vñ quàm in arte. Sed conlyderantes deinde homines vñ posse in artem conuerti, & quod vagum fuerat ac licentiosum prius, certis regulis & preceptis posse restringi, cœperunt consuetudinem quæ partim naturæ, partim vñ exorta fuerat, ad artem reducere, quod prauum habebat vñm emendantes, quod minus habebat superfluum, quod superfluum habebat ressecantes, & de cæteris singulis certas regulas ac præcepta præscribentes. Huiusmodi fuit origo omnium artium. Priusquam esset Grammatica & scribebant & loquebantur homines. Priusquam esset dialectica, ratiocinando verum à falso discernabant. Priusquam esset Rhetorica, iura ciuilia tractabant. Priusquam esset Arithmetica, vñm numerandi habebant. Priusquam esset Musica, canebant. Priusquam esset Geometria, agros mensurabant. Priusquam esset Astronomia, per cutus stellarum temporum discretiones capiebant. Superuenerunt artes, quæ licet ab vñ principium sumpserunt, vñ tamen meliores sunt.

Ars vñ melior.

Eandem hanc quæstionem prolixè simul & erudite tractat Rodolphus Agricola hb. 2. de inuentione ca. 5. Cuius

## PRO DIALECTICA.

12

etiam verba (vt certior sit veritas) nouis atque veteribus comprobata fides) hic non pigebit annotare. Primum itaque quæstionem mouet.

Quid ergo dicit aliquis, Nonne & ante inuentam Dialecticam fuerunt artes, & disputatum est, & inuentum est verum? Et nunc quoque quotusquisque eorum qui disputant Dialecticam tenet? Deinde quæstioni respondet. Non est, inquit, quod negem, hæc ita esse. Illi tamen quid Dialectice docet, & faciunt, & fecerunt, multo commodius si hæc didicissent, fortasse facturi. Quemadmodum & ante traditam Rhetoricam disertis viri fuerunt, & priusquam literis comprehensa est musice cecinerunt homines. Nec Hippocrates, vt primus in artis imaginem medicinam cœgit, sic & primus cognouit morbum, profutura meditarus est, ægrum lenauit. Facta sunt hæc, antequam artes fierent, & ob id ipsum quod crebro sunt facta longa recte secusque factorum annotatione artes esse cœpere. Prouenere deinde præclara ingenia, quæ dispersa colligerent, confusa disponerent, experient imperfecta, rudia perpolirent, & omnia complederentur, non modo quæ facta essent, sed quæ fieri etiam possent. Sic quod casus ante fuerat, cœpit deinde ratio esse. Et sequitur, vt non quia factum iam esset aliquid debere fieri, sed quia deberet fieri, crederent esse faciendum. Qui priores ergo fuerunt artibus, similia his ipsis quæ nunc præcipiuntur, si quando recte fecerunt, sicuti sunt, sicuti hodie plerique faciunt quod artis est, sed non ex arte; quippe quam nullam habent, sed vel longa obseruatione, vel ingenii quodam præstante vigore. Quanto rectius tamen, quanto melius expeditur illa, si certa artium ratione dicerentur? Duratura enim sæculis ingenia, & quibus non præsentibus solum plaudant, sed quæ omnis posteritas miretur, ea tum deorum sunt, quoties cum optima natura ars perfecta coniungitur. Sic, quod Dialectices est, inuenerunt argumenta homines, & errorem male inuentorum aliquando deprehenderunt, antea quam essent omnia præcepta illius in artis formam collecta. Aristoteles tamen, qui post eum illa instructi fuerit, facile libris suis ostendunt, quæ magnus sit vñ eius, & quam tractandis omnibus rebus accomodat, vtque sine ea non solum singula de quibus

Rodolphus Agricola de vñ & ar. te.

Sententia notatu dignissima.



## PROLOGVS APOLOGETICVS.

in artium decessu dubicaretur explicari nequirent, sed ne artes quidem colligi possent, & in hanc quam acceperunt redigi formam.

### CAP. XI.

Quod eruditio Dialecticæ ceterarumq; disciplinarum liberalium, à Christiana professione non sit aliena, nec percipiendæ veritati præbeat impedimentum. Augustinus lib. 3. contra Academicos, capite decimo octavo.

Eruditio, inquit, artium liberalium, modesta sane atque sic incincta, & alacrioris & perseverantioris & copiosioris exhibet amatores amplectendæ veritati, ut & ardentius appetant & constantius insequantur, & inhaerant postremo dulcius.

Idem libro primo contra Cresconium Grammaticum, capite vigesimo.

Hanc artem quam Dialecticam vocant, quæ nihil aliud docet quam consequentia demonstrare, seu vera veris, vel falsa falsis, nunquam doctrina Christiana formidat: sicut eam in Stoicis non formidabat Apostolus, quos secum volentes conferre non respuit. Et ipsa enim fateatur & verum est, neminem disputando ad conclusionem falsam consequenter impelli, nisi prius consenserit falsis, quibus eadem conclusio veli nolit efficitur. Ac per hoc, qui cauere ne se loquente consequantur falsa quæ non vult, volens falsa caueat quæ præcedunt. Si autem præcedentibus veris inhaerent, quæcumque consequentia per spexerit, quæ falsa existimabat, vel de quibus dubitabat, admonitus amplectatur, si veritati est pacatissimæ auicior quam contentiosissimæ & vanitati.

¶ Eodem in libro per multa capita ostendit, & Christum & Apostolum Paulum, ac ceteros, vfos esse Dialecticam in disputando, neque quenquam Dialectice volentem agere cum Christianis esse respondendum. Donatistas quoque illos non rationabiliter agere ostendit, qui dicerent se ne velle nec debere cum eo in disputationem congregari, eo quod esset Dialectica arte instructus, eaque inter disputandum viceretur, ac prouidenda fugiendum magis & cauendum quam refellendum reuincendum quæ censent.

Clemens successor Petri insignis ante Christianissimum Philosophus lib. 1. recognitionis, ubi à Petro interrogatus reddidisset ea quæ pridie ab eodem audierat, eaq; tã

## PRO DIALECTICA.

13

euidenter narrasset, ut Petrus gaudio perfulsus testaretur à Clemete illa euidentius esse reddita, quam à se exposita fuerant ita præceptoris se collaudanti respondit.

Sanctus  
Clemens.

Narrandi ordinem, & lucidius ea quæ res experit profertendi, eruditio nobis contulit liberalis, quasi vtrouque in antiquitatis erroribus, in perniciem vite verborum decore ac futuritate decidimus: Si verò ad asserendam veritatem, eruditione sermonis, & gratiam conferamus, puto ex hoc non parum utilitatis acquiri.

Rupertus abbas Tuitiensis, vie diuinarum pariter & humanarum literarum peritissimus, cuius multa extant in diuinas scripturas præclara volumina libro. 7. de operibus Spiritus sancti ita scribit,

Paulus Apostolus, non studia condegnat vel scholar Grammaticorum, Dialecticorum, Rhetorum, Arithmeticorum, Geometricorum, Musicorum, Astronomorum sed hoc in eis culpas, quod non quaesierunt ex eis sapientie fructum, propter quem artes istæ à Deo datæ sunt, id est, in notitia habere Deum, & glorificare sicut Deum.

Rupertus  
abbas  
Tuitien-  
sis.

¶ Et rursum.

Reuera Dialecticæ ars veritatem non persequitur, nec verbum Dei necit vinculum, sed potius veritatem sequitur, & verbum dei verum fidei argumentationibus comprobatur, si quis legitime vtratur illa. Processum sacre scripturæ diligenter aspiciat, Dialecticæ simul & Rhetoricæ studiosus pariet & beneuolus: & videbit, quod eam tanquam dominam famulæ prosequuntur.

### CAP. XII.

Quod etiam ad scripturas exactius intelligendas plurimum conducatur peritia Dialecticæ, Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, capite trigesimo primo.

Disputationis disciplina, ad omnia genera questionum que in literis sacris sunt penetranda & dissoluenda plurimum valet. Tatum ibi cauenda est libido rixandi & puerilis, quæ ad ostentatio decipiendi aduersarium.

Dialect.  
ad scrip-  
taturam in-  
tellectum  
vtilis  
August.

¶ Et iterum capite. 37.  
Scientia conclusionum & definitionum & distributionum, plurimum lectorem scripturatum adiuuat: tantum absit error, quo videtur homines sibi ipsam beatæ vite



## PROLOGVS APOLOGETICVS

veritatem didicisse, cum ista didicerint.

Rupertus Tuitiensis, lib. 7. de operibus, Spiritus sancti capite. 17.

Primum hoc asserere licet, quia genus & differentia species & proprium atque accidens quæ sapientis sæculi pro magna atque ardua habent, quasi prima diuinæ scripturæ incipientis elementa sunt. Vbi versus aliquot ex i. capite Geneleos proferens, in quibus generis & speciei fit mentio, sic prosequitur, Genera ista & species sine dubio sunt, de quibus apud philosophos sermo est.

¶ Ac deinde.

Dicam<sup>9</sup> ergo, quod in ipsa sanctæ scripturæ litera, & simplices sit quod mulceat, & sapientes aut Philosophos quod exerceat. Arbitramur enim, non minus ad hanc scripturam, quam ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam, esse necessarium, scire quid sit genus, & quid differentia, & quid proprium, & quid accidens. Quæ deinde particulatim auctor iste prolixo sermone prosequitur. Postremo huius capituli sermonem ita concludit. Huius artis utilitas & virtus tota ostenditur in syllogismis, quorum conclusio plurimum lectorem adiuvat, ad veritatem inuestigandam: tantum ut absit illi error decipiendi aduersarium, per sophismata falsarum conclusionum. Quis autem omnium sæcularium ita ut hæc sancta scriptura fortiter aut suauiter nouit, ac potuit nodosum texere aut stringere syllogismum?

De omnibus vero artibus liberalibus, quod earum sit in scriptura sancta bonus vsus generalium profert sententiam capite decimo in hæc verba.

Ingressæ sunt ergo septem artes liberales, tanquam familiaræ, in sacrum & reuerendum dominæ suæ sapientiæ trichinium: & quasi de triuivis licentiosis, ad districtum & sequerum verbi Dei magisterium dispositæ, & assidere iussæ sunt. Vagabantur enim prius per circuitum, lasciuæ, garrulæ & verbosæ puellulæ, nihil operantes, sed curiosè agentes solummodo, ubi negotiosæ magis esse videbantur circa creaturam discutiendam cursitantes, ipsum autem creatorem negligentes. Missæ sunt ergo in opus, ut non iam quod superfluum erat de creatura mundi fabularentur, sed serio fideliter quod expediret, de creatore loquerentur, bonumque ad hono-

## PRO DIALECTICA

14

rem eius sermonem opere splendido texentes, operarentur, id est, ut iam non res verbis, sed verba rebus ornarentur.

### CAP. XIII.

Quod Dialectica ad euerterendos sæcularis sapientiæ errores egregie valeat, si quis ea recte utatur Hieronymus in Commentariis super Ezechielem.

Hierony.

Vere quicquid in sæculo peruersorum dogmatum est quicquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc Dialectica arte subuertitur, & inftar incendi in cineres fauillaque dissoluitur: ut probetur nibili, quod putabatur esse fortissimum.

Augustinus in libro de cogitatione veræ vitæ eandem confirmat sententiam, dicens, ad omnia quidem humana potentia esse dialecticam, tamen ad diuinitatis perfectionem, ut in se est, non possit pertingere.

August.

Dialectica, inquit, discernendi potens, poterit dubia quæque dissimulans, cunctas scripturas embrans, & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cum in Diuinitatem intendit, tanquam a se est atque luce pauidum caput tremefacta reflectit.

¶ Hoc ipsum videtur velle Lactantius Firmianus, cum libro quarto Diuinarum institutionum dicit, Philosophiam humanam suis armis esse confectam, quia nimirum disputandi officio (quod ipsa docet) quicquid a Philosophia humana non recte, id est, non consonè ad Christianam sapientiam dicitur, potenter destruitur, & falsum esse Dialectica disputatione conuincitur.

Lactantius

### CAP. XIII.

Quod sic Deo placitum sit, per liberales artes hæreticorum figmenta dissoluere. Rupertus lib. 7. de operibus Spiritus sancti capite nono.

Instructor  
liberalibus  
artibus  
vult De<sup>9</sup> esse  
fidei catholice  
defensores.

Amplius autem & hoc non erit prætereundum, quia quos Ecclesiasticæ fidei defensores habere, quorum lingua contra hæreticos, vel ad erudiendam Ecclesiam suam Dominus vti dignaretur, ipse egit, ipse prouidit ut prius artibus liberalibus instructerentur, & in maris periculum ad pugnandum descensuri in nauibus, prius quasi circa litorea lenioribus ludis exercebantur.



PROLOGVS APOLOGETICVS

¶ Et rursum eodem in loco.

Grata vicissitudo hac erat, vt fideles qui liberalium facultates habebant artium bene vtendo illis contra haereticos eisdem artibus male vtentes, veritatem defenderent, quod erat portare Iesum fatigatum, & sitientem: atque hoc facientibus, daret ipse aquam viuam, magis ac magis aperiendo illis sensum, ad veritatem scripturarum intelligendam. Facillimumque est hoc modo amicum pulchrumque conmeritum. Ipsi quam de Philosophicis inserant puteis, postulant Domino porretur aquam de qua ipse dicebat, Omnis qui biberit ex aqua hac fiet iterum: & acceperunt ab eo aqua viuam, de qua qui biberit (ait idem) non sitiet vnquam.

CAP. XV.

Quod heretici in suis erroribus stabiliendis plurimum vtantur Dialectica, Hieronimus in disputatione contra Luciferianos de Arriana haeresi id manifeste testatur, dicens.

Artis haereticis magis cum saeculi sapientia facit & argumentationum riuos de Aristotelis fontibus mutuatur.

Idem in enarratione Psalmi, 143. secundum mysticum sensum verbum illud enarrans, Non est ruina maceriae, neque transitus.

Difficile haereticos inuenies imperitos. Omnes enim magistri instructi sunt scientia seculari. Non habent rete Apostolicum, sed catenulas Dialecticas. Non est ruina maceriae neque transitus. Si quando sunt in disputationibus, si quando tecum coeperint disputare, sic verba eorum breuia sunt. sic artificii sermone conclusa vt euadere inde difficile sit. Cum enim ligauerint te syllogismis suis, & te clauerint, & quasi macteriem tibi syllogismum texuerint, & edificauerint, non potes convertere, non potes transire, teneris inclusus. Cumque te tenerint quasi quodam gyro inclusum, tunc non eris in angusta via quae ducit ad vitam, sed in lata quae ducit ad mortem.

Idem super illo Psalmi, Et cynifes in omnibus finibus eorum.

In cynife, inquit, Dialecticæ artis stimulus intelligitur, quæ licet paruum habere videatur seductionis aculeum, grauisissime tamen sauciat mentes humanas.

Ioan. 4.

Artis haereticis Dialectica se forte nitentur.

Haereticis plerumque vtuntur Dialectica

PRO DIALECTICA.

CAP. XVI.

Quod nimium in hoc iniqui sunt & improbi haeretici, cum ipsi ad opugnationem veritatis libenter & frequenter vtantur & Dialectica & Rhetorica & ceteris liberalibus artibus, nolunt tamen hac à veritatis assertoribus, ad veritatis defensionem vsurpari, & eos qui illis vtuntur hac ratione criminantur, tanquam Sophistas, & Christianæ simplicitatis expertes. Augustinus libro primo contra Cresconium Grammaticum.

Dialecticam, inquit, mihi obicere voluisti, quasi Christiane non conueniat veritati, & ideo me doctores vestri velut hominem Dialecticam merito fugientem potius & canendum, quam resellendam atque reuincendum censuerint. Quod cum tibi non persuaserint, cum te auersus nos etiam scribendo disputare non piguit, tu tamen in me Dialecticam criminatus es, quo falleres imperitos, illosque laudares qui disputando mecum cogredi noluerat. Sed tu videlicet Dialecticam non vteris, cum contra nos scribis? Vt quid te ergo in tantum disputandi periculum proiecisti, cum disputare non noveris? Aut si nosti, cur Dialecticam criminaris, ita vel temerarius vel ingratus, vt aut imperitiam qua vinceris non refrenes, aut doctrinam qua inuaris accuses, Insuper sermone tuum istum ipsum, quem ad me scripsisti. Video te quaedam copiose ornateque explicare, hoc est, eloquenter: quaedam verò subtiliter arguteque disserere, hoc est, dialectice: & tamen eloquentiam Dialecticamque reprehendere. Si noxia sunt, quare hoc facis? Si non sunt, cur arguis.

Apud Hieronymum quoque in Dialogo aduersus Luciferianos, idem in proptu est videre: vbi Luciferianos haereticos, cum ab orthodoxo vt argumentorum vtigeri se conspiceret, nec vllam sibi superesse effugium iterum iterumque postulat, Christiane secum non philosophice agi.

Oro te (inquit ad Orthodoxum) vt Philosophicam argumentationem deponas, Christiana mecum simplicitate loquaris: si tamen non Dialecticos sequaris, sed piscatores.

¶ Et iterum, iam & superius rogavi, vt non philosophice, sed Christiane mecum loquaris. Nimirum quod ita metuat haeretici dialecticos necios, virtutem ipsius artis & efficaciam testatur: cui se non posse resistere metuat, sibi male conscius. Et (iuxta Saluatoris verbum.) Omnis qui male agit odit lucem, & ad lucem venire formidat.

Haeretici Dialecticam in Orthodoxis criminantur.



## PROLOGVS APOLOGETICVS

dat, ne arguantur opera eius. Huc etiam pertinet impietas illa Iuliani, quā in principio prologi huius commemorauimus.

### CAP. XVII.

Nō ob hoc esse dānandā Dialecticā aut fugiendā, quod plerique ea ad captiōes sophisticas aut deceptiones abutantur, cum nihil sit ita bonū, quo non prauī abutantur. Augustinus lib. 1. contra Cresconium Grammaticum,

Neque enim pro patria nō est miles armandus, quia cōtra patriā nōnulli arma sumpserunt: aut ideo uti nō debēt boni doctique medici medicinalibus ferri anētis ad salutē, quia his ad perniciem etiam indocti pessimique abutūtur. Quis enim ne scit: sicut vtilia vel inutilia fuerint quę quæruntur, ita peritiā facultatēque dicendi, sic esse vtilem, vel inutilem ut fuerint vtilia vel inutilia quę dicuntur.

Rodolph<sup>us</sup>  
Agricola.

Rodolphus Agricola libro. 2. de inuentione.

Dialecticē vtilē esse certū est, si falli, decipi, vera pro falsis, falsa pro veris accipi, inutile putamus. Fallitur tamē nō nunquā Dialecticus, & pro veris falsa tradit. Euenit id quidē sed & nauē aliquando gubernator euertit, & medicus aliquando perimit. Hominū sunt ista, nō artū. Atque vel eo magis fatendū erit vtilē Dialecticē, cum & qui oratione seducunt, astu id per sepe, nulla etiam instructi arte faciant, & qui fallitur, si arte calleret vel nequaquā id, vel min<sup>us</sup> vti que pateretur. Sane sicut reliquę artes quę remedio sunt inuentę humanis necessitatibus non potuerunt succurrere in cōmodis nisi prius ea detegerent, sic Dialecticę cū magna ex parte in ea sit posita quo pacto laqueos captiōnū fraudūque in dicendo vitemus, necesse habuit aperire insidias, & ostēdere quā varie quis capi posset. Quę si quis inde de prompta vtenda sibi putauit, non artis hoc est culpa vitare fugienda monstrantis, sed improbitatis seclari fugienda cupientis. Aperienda enim sunt vt caueantur mala & nemo artifex tantum remedia nouit.

Augustin<sup>us</sup>

Simile quiddā dicit Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana capite. 3. 6. de eloquentia dicit, his quidem verbis.

Sunt etiam quedam pręcepta vltioris disputationis quę iam eloquentia nominatur, quę nihilominus vera sunt, quibus eis possunt etiam falsa persuaderi. Sed quia & vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea male vtentium peruersitas.

## EXHORTATIO AD INGENVOS ADOLESCENTES, VT

Dialecticę cęterarūque liberalium artium studio, dū per gratiā licet, diligenter incumbant, neque ab honestis & vtilissimis studiis vllō deterreantur labore.

P

Propositis eruditissimorū virorum sententiis, quibus Dialecticę cęterarūque liberalium artium dignitatem, vtilitatem, ac necessitatem existimamus abunde demonstratam, vnum hoc superesse videbatur adolescentem optimi, aduersus laborem, qui in primo liberalium artū aggressus,

maxime autem in ipso Dialecticę primo limine sese offerre & ostentare solet, infirmos vestros & laboris impatientes animos confirmare, pauidaque pectora breui exhortatione cuncta consolari: ne forte labore aut difficultate principiorum deterriti, a capassendis bonarum artium studiis, quibus hac sane ætate nihil vobis proponi possit vtilius, vlla ratione desistatis. Principio enim illud vobis certissime persuasum esse debet, quod apud Platonem Socrates de huiusmodi studiis loquens ait, eum qui Philosophię sacris sit inuitandus, ad labores suscipiendos nequaquam claudum esse debere: ita vt eos partim quidem adeat, partim recuset, sed magno & inuictō animo ad superandum quicquid in eis occurrere possit labores, paratum sese offerre, & infatigabilem. Verum ex aduerso laborem istum consolatur, & lenit molestiam, primum quidem illud quod in omni opere viuente docet experientia, vt peculiarē difficultatem habeat aggressus, progressus verō rem faciat leuiorem. Cui sententię apud Platonem Socrates astipulatur dicens, omnis operis maximū quid esse prinicipium, præsertim iuueni cuique & tenero. Vt non immerito apud Platonem. Poeta dimidium facti habere eum, qui bene ceperit. Deinde & hoc peculiarē habet Dialecticę studium, quod progressus non solū lentiorē reddat laborem, verū etiā stauitatem magnam adferat adeo vt statim post primā liminā transiēta, singularis quędam sentiri incipiat in discendo voluptas,



PROLOGVS APOLOGETICVS

Interiorque suauitas: quae animum laboris molestia granatū sub blandis demulcet sibiue restituit atque ad vltiorem progressum inuitat: ita vtiā vltro in penitiora currere gestiat, qui paulante vix ad subeunda prima limina, vel improbis horratibus potuit impelli. A deoque temporis successu, & studij profectu illa increfcit suauitas, vt euan periculi nō nihil ab ea immineat, si non modum (qui in omnibus rebus, iuxta poetam, est virtus pulcherrima) illi per rationem adhibeas. Huius rei veritatem apertissime testatur Aulus Gellius, Atticatum notum lib. 10. Is enim capite nono eius libri, vbi ex Dialectica breue libamentum (vt ipse ait) dedisset quibusdam explicatis quae ad illius determinationem pertinent nimirū quid sit quod à Graecis axioma à nostris prononciatum vel proloquium est appellatum, quid item prononciatum adiunctum siue connexum, quid coniunctum vel copulatum, quid distinctum, & quae ad huiusmodi prononciatorum veritatem requirantur, eaque omnia apposite & copiose, adhibens ad singula exemplis, discessisset (vt vel ex vno hoc loco testatissimum sit vitum illum Dialecticæ artis

Aulus Gellius de studio dialecticæ. nequaquam fuisse imperitum) tandem caput hoc finiturus suam de Dialectica studioso sententiam protulit. quam hic ad verbum citare, quo certior esset fides, duximus operæ precium. Sed hoc iam breue, inquit, ex Dialectica libamentum dedisse non satis erit. Atque illud solum addendum admonendumque est, quod huius disciplinæ studium atque cognitio in principiis quidem tetra & aspernabilis, insuauisque & incuulis videri solet: sed vbi aliquantulum processeris, tum demum & emolumentū eius in animo tuo dilacebit & sequetur quaedam discendi voluptas insatiabilis: cui sane si modū non feceris, periculum non mediocriter erit, ne vt plerique alii, tu quoque in illis Dialecticæ gyris atque meandris, tanquam apud syrenzos scopulos cōsenescas. Hæc ille. Quibus sane verbis quid possit dicere apertius? aut a duersus laborem & horrorem qui in ipsius Dialecticæ sese ostendat principijs, quid profertur potuit efficacius? Neque verò illa tantum, quæ in ipso discendi exercitio statim post principia sese offert suauitas, molestiam istam consolatur, verumetiam multo magis fructus ille multiplex & copiosus, quem huiusmodi profectus studia, & quæ ex eis abunde magna prouenit utilitas,

ad suscipiendum tantillum laborem, tediūque illud quantum hincunquē denotandam, merito debet inducere. Et plane quod apud Cicero. 1. lib. de oratore, Crassus de iuris civilis cognitione ait, nobis non minori iure liceat dicere. Castigemus, inquit ille, segnitiam hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudine deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Liceat & nobis hoc exemplo, o delicati adolescentuli, si non desidiam inertiamque vestram castigare, certe timorem vanum quo vestrum plerique à studiis vtilioribus auocantur, blanda oratione depellere. Profectio enim si cognitio ista Dialecticæ magna & difficilis videatur, tamē utilitatis magnitudine imò & necessitatis consideratione deberet vos ad suscipiendum discendi laborem impellere. Quam enim sit huius cognitio vtilis, neque vtilis tantum, verumetiam necessaria ad omnem Diuinarum humanarūque rerū cognitionem, ea quæ paulante ex eruditissimorum hominū libris protulimus, clarissime demonstrarunt, neque eadem hic repetere operæ precium fuerit. Memineritis itaque, o adolescententes, si quando labore fatigemini, verisimili illius Aphorismatis quod Platoni frequens erat in ore, Difficilia esse quæ pulchra. Ac rursum illius quod Diogenes Laertius refert Aristotelem suis discipulis dicere solitum, liberales sciennas radices quidem habere amaras sed fructus suaves. Sicque consideratione futuræ utilitatis, præsentem laborem leuiter ferre assuescite, illud subinde Virgiliano animo reuoluentes, atque etiam (si libebit) ore hilariter cantillantes. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem. Durate o iuuenes, durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Plato.

Aristot.

VIA non omnium ingeniorum æqualis est capacitas sed aliis plerumque & maiorum, aliis pauciorum & minorum sunt capaces, iuxta vetus illud. Nō omnia possimus omnes, vñm est nobis, in sequentibus signorum quorundam distinctione, ea quæ in Dialectica cognitione habentur præcipua, ab aliis quæ non ita omnibus sunt necessaria cognita, separare: vt pro vatio capui adolescentum præceptores, vel omnia, vel plura, vel pau-



## DE PRAEDICABILIBVS

ciora creditis sibi discipulis proponant atque ediscenda tradant. Vbiunque igitur signū huiusmodi triplex \*\*\* ad marginem conspexeris, scito, ea quae ab illo loco habentur, vsque dum ad manum indicem perueniatur non omnibus esse necessaria, posteaque ab illis, qui tantum praecipua & quasi capita rei Dialecticæ quaerunt, omitti ac transiri. Porro definitiones & regulas Aristotelicas ad verbum ex Aristotele Porphyrioque desumptas, maiori charactere describi curauimus: ceteris autem quibus non est tanta auctoritas duplicatam huiusmodi notulam, ad marginem affiximus, in omnibus vestro commodo bene consulere cupientes. Bene valete.

## DE PRAEDICABILIBVS LIBER PRIMVS.

### PRAEFATIO.

Dialectica consideratio recto ordine à simplicioribus ad composita procedens primum quidem circa simplices voces, & in composita vocabula versatur. Quae dialecticæ considerationis pars, libris duobus (quorum alter de quinque generibus vniuersaliū, alter de decē tra-

ctat praedicamentis) tractatur. Post verò hanc simplicium contemplationem proximum est, ut quae prius separatim considerata sunt, in completas enunciationes atque propositiones componantur, quibus verum aut falsum pronunciat. quam rem liber tertius (qui de enunciatione inscribitur) expedit. Subsequitur deinde post simplicium enunciationum tractatum, ut doceatur, quomodo adiunctim certis debitisque modis illae valeant connecti, sic ut ex altera altera sciamus vera certaque rationatione inferre, atque ex alia alia vel astruere vel destruere. Hic enim finis est & praecipua utilitas dialecticæ disciplinae. Ad hanc autem rem, primo necesse est certas praescribi formas argumentationū, secundū quas fieri debeat illatio, bonasque formas à malis distingui: quas liber quartus (qui de quatuor erit specibus argumentationū) describet.

## LIBER I.

18

Deinde necesse est, ut loca certa designentur, ex quibus argumentationum sumatur materia, & ad conclusionem quantumlibet congrua adferantur argumenta. Atque haec Quintus liber (cui de locis Dialecticis erit inulus) designabit. Postremo, aduersus sophisticas captiones liber sextus constituetur, in quo latens illarum falsitas & apparentis causa deceptionis manifestabitur. De demonstratione autem librum specialem non faciemus: sed quae de ea dicere volumus, in quarto libro, opportuno loco constituentur. Nunc itaque ad id quod primum est propositum, id est, de quinque vniuersalium determinatione agamus.

### CAP. I.

De indiuiduo & vniuersali in genere.

Illud in primis aduertendum est, in vniuersali Dialectica determinatione, principaliter fieri sermonem de vocibus, sive simplicibus, sive compositis: non tamen de ipsis quatenus nuda voces sunt, sed quatenus significantes sunt rerum ad quas significandas sunt impositae. Atque hinc fit, ut frequenter nunc de vocibus significantibus, nunc de rebus significatis per mixtum loquamur, & quae de vocibus dicuntur, ea suo quodam modo rebus etiam significatis competere, atque e contrario. Atque ita in sequentibus, de indiuiduo, de genere, de specie, de differentia, de proprio & accidente, nunc de rebus, nunc de vocabulis, velut per mixtum sermo habebitur. Primo verò omnium scire oportet, quomodo indiuidua distinguantur atque separari ab vniuersalibus. Sunt enim indiuidua termini singulares, vnam tantum rem singularem, & particularem significantes. Vniuersalia verò sunt termini communiores, multas res generali & communi significatione designantes. Definuntur enim indiuiduum hoc modo.

Indiuiduum est, quod de vno solo praedicatur.

Cuius definitionis hic est sensus. Indiuiduum est vocabulum, quod ex sua significatione, quam habet proprietate, non potest de pluribus rebus diuisim praedicari: idque vniuersale, id

Definitio  
indiuidui:



DE PRAEDICABILIBVS.

est, secundum vnam eadēque significationem. Exempli gratia, Ioannes indiuidū est, quoniam nō nisi de vno potest secundū vnā significationē predicari, dicendo, Hic homo est Ioannes, Quod si aliū quēlibet ab hoc demonstrato designaueris, dicens, Etia iste Ioannes est, hoc manifestū est non secundum eandē, sed secundū variatā significationē sic dici. Indiuidū enim ex suae significationis natura, secundū vnā significationē, non nisi vnā rem singularem potest significare: ac proinde secundū vnā significationē non potest nisi de re vna singulari predicari. Dicitur autem indiuidū secundū hanc rationē (iuxta interpretationem nominis) quod ita sit singulare, vt diuidi non possit in plura particularia de quibus possit predicari.

Definitio  
vniuersalis.

¶ Per contrarium verō vniuersale definitur, hoc modo.  
**Vniuersale est, quod praedicatur de pluribus.**

¶ Quam definitionem, sic intellige, Vniuersale est vocabulum eiusmodi, quod secundum generalitatem suae significationis quam habet, de pluribus diuersis rebus potest diuisim siue in diuersis propositionibus praedicari idque vniuersae, id est in eadem significatione. Verbi gratia, homo, vniuersale est: quoniam & de Petro praedicatur, dicendo, Petrus est homo: & similiter de Paulo, Iacobo, ac ceteris omnibus particularibus hominibus sigillatim potest praedicari. In his autem omnibus, vocabulū homo, eandē semper habet significationē, de quocumque indiuiduo praedicatur. Vna enim eadēque significatione, vox homo vniuersos homines particulares in humana natura communicantes significat. Neque aliam habet significationē cum dico, Ioānes est homo, quam cum dico, Petrus est homo. Vtrobique enim generaliter omnes homines particulares sub generalitate significat. ¶ Vocatur autem vniuersale alio nomine praedicabile. Secundum rem enim ista conuertuntur, quoniam quicquid est vniuersale, est & praedicabile, & e conuerso. Diuersa tamen ratione aliquid dicitur vniuersale & praedicabile. Vniuersale enim dicitur, quatenus rem vniuersalem siue generalem & communē atque participabilem multis principaliter significat. Vt (verbi gratia) homo principaliter & primario significat humanam naturā

LIBER I.

in qua conueniunt, & communicant, quamque participant omnes particulares homines. Sic animal naturam animalem communem omnibus animantibus. Atque haec vocant naturas communes atque vniuersales. De quibus à nonnullis solet plurimum & difficillimè in ipso Dialecticæ determinationis ingressu moueri quaestiones, quae tamen quoniam ad Metaphysicam potius spectant, nequaquam huic loco inferenda arbitramur. Sunt enim sui loci dicenda tractandaque singularia, vt non sub onere succumbant recentia atque tenella discipulorum ingenia, & haec maxime prouidendum est liberalium disciplinarum tractatoribus, ut potissimum quibus mollis aetas ac tenera est instituenda, ne rerum sublimium ac puerilis tenuitatis capium longe superantium nimia difficultate in ipsis statim foribus proposita, animum respondeant tanti laboris impatientes adolescentuli. Praedicabile verō dicitur quatenus de pluribus potest propter significationis suae generalitatem, praedicari. Quod autem terminus quilibet posuit de pluribus praedicati inde habet, quia vniuersalem aliquam & multis communem vel communicabilem naturam significat, eam qua simul & omnia indiuidua vel inferiora in illa natura communicantia, velut secundaria significatione, includit. Atque ob hanc causam videtur praedicabile sic consequi ad vniuersale, quomodo risibile consequitur ad hominem, sicut proprium ad subiectum, de quibus latius in sequentibus vbi de proprio agetur.

CAP. II.

¶ De quadruplici indiuiduo, & primum de indiuiduo determinato.

Vnt autem indiuidua quaedam quae vocantur de terminata, vocabula scilicet ad significandum de terminatam & certam rem singularē ex arbitrio imponentis instituta. Atque haec potissimā inueniuntur in angelis, tam bonis quam malis, & in hominibus, atque etiā in nonnullis animalibus domesticis. In angelis, vt Michaël, Gabriël, Raphaël, Beelzebub, Asmodeus, Lucifer. In hominibus, vt Adā, Noë, Abraham, Dauid, Petrus, Paulus, Eua, Sara, Noëmi, Maria, Catherina: Io domesticis animalibus patet ex appellationibus equorum, vacarum,

Indiuidua  
determinata.



## DE PRAEDICABILIBVS

canum, & similibus, quibus pro suo arbitrio domini nomina imponunt: ad quae ita etiam assuefaciunt animalia, ut mox ad auditum sui nominis accurrant, id quod experientia notum facit. Habent quoque flumini & montes sua nomina, & praeter res, provincias, ac regiones, etiam loca alia quouis modo insignia. Nomina fluminum sunt, Mosus, Dilis, Timera, Schalda Sequana. Nomina montium, ut Sinai, Thabor, Hermon, Monspelulanus, Montoselanus, & similia.

\*\*\*

¶ In his autem determinatis indiuiduis, hoc est diligenter aduertendum, quod plerumque secundum vim suae originis, & radicem suae significationis communia & vniuersalia sunt. Quemadmodum (exempli gratia) Adam, si respiciamus ad originalem Hebraeae vocis significationem, commune nomen est, terrenum significans, siue eum qui de terra factus est, cui significationi alludens beatus Apostolus, & Adam veterem cum Christo nouo Adam conferens, ait, Primus homo, de terra terrenus, secundum quem respectum omnes homines recte Adam dici possunt, idque pro suis vniuocis. Omnes enim de terra nati, terreni sumus, iuxta illam vniuerso generi humano definitam firmatamque sententiam. Terra es, & in terram reuertaris. Sic Abraham secundum partium significationem, patrem gentium significat, eo quod Dominus voluit Abraham fieri patrem multarum gentium iuxta illud Genesis, Patrem multarum gentium posui te. Haec autem significatio, etiam Apostolorum cuiuslibet recte competit, & iure singulos eorum vocare poterimus Abraham, quoniam patres sunt secundum spiritum multarum gentium, & principes populorum, quos Christo genuerunt per Euangelium: De quibus & in Psal. dicitur, Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, & c. ¶ Sic Petrus dictus est a petra, propter firmitatem fidei, dicente ad illum Domino, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Atque hoc pactum Petri sumus, quicumque supra petram dominum in firma fidei confessione fundati sumus. ¶ Haec ergo omnia ex vi quidem suae originalis significationis communia vocabula sunt, tamen ad determinate significandum singulares personas: atque ideo, donec ut indiuidua accipiuntur, non nisi vnam rem determinate & particulariter significant, vna significatione. Cum vero secundum illam suam

1. Cor. 15

Genes. 3.

Gen. 17

originis significationem accipiuntur, non iam indiuidua, sed vniuersalia sunt.

### CAP. III.

¶ De indiuiduo ex demonstratione.

A

Lia vero sunt indiuidua ex demonstratione, cum videlicet terminum communem cum nomine demonstratiuofumus, ad vnum aliquid particulare designandum. Velut cum dicimus, hic homo, illa arbor, istud aurum, ego debilis, tu fortis. Et interdum quidem terminus sic aperte exprimitur, interdum vero subintelligitur. Atque id tunc fit vel propter contemptum, quemadmodum accusantes Christum Iudaei dicebant, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Vel propter honoris aestimationem, ut cum diceret populi eundem paulo ante magnificantes. Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilaeae. Interdum vero tantum propter claritatem sententiae, eo quod lex naturae pronomini satis constat quid subintelligitur, absque vlla expressione: quae immodum sepe semper euenit in pronomine ego & tu. Haec enim, ex ipsa pronuntiatione monstrat id de quo fit sermo. Ego enim loquentem respicit, tu vero illum ad quem dirigitur sermo. Ut ego dixi, tu dixisti, nos vidimus, vos audistis. & c. ¶ Illud vero de his indiuiduis notandum est, non posse fieri (quod & determinatis prius diximus) ut in vna significatione plura atque diuersa simul significant. Cum enim pronomini demonstratiui significatio sit ipsa eius demonstratio, manifestum est toties variari significationes, quoties variatur demonstratio. Vnde consequitur, sicut plura diuersa simul non possunt vna demonstratione demonstrari, ita neque vna significatione posse plura diuersa significari. ¶ Notandum est insuper, non omnia in differenter demonstratiua pronomina facere indiuidua ex demonstratione, sed tantum ea quae sunt primitivae speciei. Quae enim ab aliis primitiuis deriuata sunt, nequaquam indiuidua componunt, cum terminis communibus coniunguntur. Cum enim dico, vestis mea, domus tua, Hortus noster, vestrum praedictum, communia sunt haec, quia de multis secundum vnam eandemque significationem praedicantur, non autem singularia

Indiuiduum ex demonstratione.



DE PRAEDICABILIBVS

aut indiuidua. Si enim domos plures possideas, de vnaquaque vere dixeris, Haec domus mea est, idque secundum vnatum eademque significationem, ¶ Huiusmodi autem indiuidua ex demonstratione magis prompta sunt & obuia, magisque vulgari vsu frequentata, quam indiuidua determinata. Nam in omnibus generibus & speciebus per hunc demonstrandi modum designamus particularia tam in accidentibus quam in substantiis: & indiuiduorum determinatorum locum haec suppleant, vbi illa defuerint. Dicimus enim istum hominem, istum asinum, illum leonem, hunc vsuum, hanc stellam, hoc metallum, illum argentum, hanc arborem, hoc caelum, hanc substantiam, hanc quantitatem, hanc qualitatem, hanc actionem, & sic de omnibus praedicamentis. ¶ Et est istud de natura pronomini demonstrati satis admiratione dignum, quod tante sit potentiae & efficaciae ad constringendum & contrahendum, vt tam facile, & nihil minus singulare efficiat, additum generalissimo termino, quam si adderetur infimae cuiuslibet speciei. Vt (verbi gratia) tam est singulare & indiuiduum, quod dico, haec substantia, haec qualitas, quam si dicam hic homo, haec albedo. Aequae enim vtraque non nisi vnum valent simul suppositum demonstrare aut significare.

CAP. III.

¶ De indiuiduo vago.

Indiuiduum vagum.

Redictis vero adiciunt vaga quaedam indiuidua: quae scilicet vsorantur ad vnum aliquid particulare singulariter significandum, non tamen determinant atque determinate indicant, neque ex nominis impositione, neque ex demonstratione quod sit illud singulare de quo fit mentio. Vt cum Aristoteles in praedicamentis, aliquem hominem, & aliquem equum, dicit esse primas (id est, singulares) substantias, manifestum est, terminos illos res particulares significare. Quia tamen in vago & confuso hoc tantum faciunt, non indicando certum suppositum, ideo vagum nuncupatur, quasi significatione indeterminatum ad quodlibet particulare suppositum. ¶ Quasi per vagum indiuiduum Saluator loquebatur, cum mitens Petrum & Ioannem ad parandum pascha, diceret, Ite in ciuitatem ad quendam & dicite illi, Manifestu

Mar. 20.

LIBER I.

est enim quod de vno particulari loquebatur tam e ex ipso loquendi modo non determinat haec loquutio, quia iam ille esset ita ferè accipere possumus in scripturis, cum legimus, vir quidam, homo quidam, quidam pater familiaris, die quadam & huiusmodi. Per haec indiuidua loquimur, cum dicimus, Sanctum aliquem elige, cuius patrocinis causas tuas conuenies. Amicum aliquem tibi quaere, cum quo tua consilia communices. Aduoca mihi ministrum aliquem, adiungere mihi socium aliquem, & his similia. ¶ His autem vagis indiuiduis adicere solent nonnunquam determinata, ad indicandum certum suppositum de quo fit mentio. Quemadmodum cum legimus, Vir quidam erat in terra Hui, nomine Iob, Item, Vir quidam nomine Ananias: Legisperitus quidam, nomine Gamaliel: Decurio quidam nomine Ioseph: Pharisaeus quidam, Nicodemus nomine: Mulier quaedam, Martha nomine. Nonnunquam alia quaedam adiciunt, ex quibus discerni potest, quod illud sit particulare, de quo fit mentio. Quemadmodum Actuum tertio, Vir quidam qui erat claudus ex vtero matris suae, quem ponebant quoties ante portam templi, vt peteret eleemosynam, &c. ¶ Sicut autem indiuiduis ex demonstratione maxime vtitur in rebus praesentibus & notis quas demonstrare possumus, ita his vagis vtitur potissimum in rebus absentibus & incognitis, cum illi cui loquimur, per demonstrationem non possumus sufficienter notum facere suppositum de quo loqui intendimus.

Actuum. 3

¶ Alter quoque (cum de rebus sit sermo) vagum appellatur indiuiduum, res singularis quae sub genere aliquo ponitur, & sub nulla determinata eius specie. Quemadmodum dicunt de ebrione in vtero matris, id est, de fetu in vtero concepto antequam formam vltimam habeat, fetus enim in vtero matris conceptus, secundum Physicorum opinionem, prius videtur habere tantum animam vegetatiuam, non etiam sensitiuam aut rationalem. Deinde animam acquirit sensitiuam, postremo temporis successu formam acquirit vltimam, id est animam rationalem. Donec ergo fetus ille tantum habeat animam vegetatiuam, videtur vtique sub genere esse corpus animatum. Sub nulla tamen specie corporis animati videtur constituendus, quoniam neque animal videtur esse, neque planta. Deinde, cum etiam sensitiuam nactus fuerit animam

Indiuiduum vagum reale.



DE PRAEDICABILIBVS

sed nondum rationalem, videtur iam sub genere animal contineri, non tamen sub aliqua specie animalis. Non enim est homo, quia animam rationalem non habet. Nec brutum videtur quoniam nullius bruti formam aut speciem habet. Recte igitur hac ratione individuum istud vagum dicitur, quasi certum in nulla specie locum habens.

CAP. V.

De individuo ex Hypothesi.

Individuum ex hypothesi.

Adunt quoque praedictis individuum quod ex hypothesi, id est, ex suppositione nominatum, quod videlicet in se quidem, quantum ex significationis suae natura, vniuersale & commune est, facta tamen hypothesi, & suppositione aliqua non nisi de vno particulari praedicatur. Quemadmodum (exempli gratia) Mariae filius, ex se quidem est terminatum communis, & generaliter significatur quia tamen iuxta veritatem, vt res se modo habet non nisi vni competit, quia non nisi vnus est Mariae filius, idcirco secundum hanc suppositionem & hypothesim quodammodo individuum dicitur. Vnde & pro eodem accipimus, siue dicamus Iesum (quod individuum determinatum est) sine peccato natum, pro peccatoribus mortuorum, siue Mariae filium. De eadem enim re singulari loquimur. In hoc tamen est differentia, quod illud nomen est determinatum a patre, dignissimo illi homini, qui Christus dicitur est, proprie impostum, & ab angelo denunciatum, ad ipsum Christum dominum particulariter & determinate significandum. Nomen autem hoc, Mariae filius, quantum ex sua significatione commune est: & si habuisset Maria alios filios post Christum (vt impie asserunt iudei Eluidiani) de eisdem vniuoce potuisset praedicari. Ita Abrahamae filius, individuum ex suppositione esset, facta hypothesi quod vnicus esset Abrahamae filius, ipse videlicet Isaac. Similiter & Bethsabee filius, pro Salomone facta simili hypothesi, quod vnicus filium genuisset Salomonem.

CAP. VI.

De alia quadam definitione individui.

Præter definitionem individui suprapositam, quae vocibus potissimum conuenit, alteram assignat Porphyrius, quae ipsis rebus magis proprie videtur applicanda, in hunc modum,

LIBER I.

Individuum est, quod consistit ex proprietatibus, quarum collectio nunquam in alio erit eadem.

Secunda definitio individui.

Cuius definitionis hic est sensus. Individuum reale est singulare aliquid, quod sub certis quibusdam proprietatibus consistit, id est, per se subsistens determinatas quasdam habet conditiones indiuiduantes vel singularizantes, quae omnes simul sumptae nunquam inueniri possunt eodem numero in vno alio singulari. In quo manifeste differt individuum singulare a natura vniuersali siue communi: quoniam proprietates, quas habet natura vniuersalis siue generica, siue specifica, eadem inueniuntur in omnibus speciebus vel indiuiduis, sub genere illo aut specie illa contentis. Quemadmodum (exempli gratia) risibilitas & flexibilitas ac disciplina susceptibilitas, proprietates sunt ipsius naturae humanae sunt autem eadem in omnibus hominibus, quemadmodum posterius suo loco in tractatu de proprio declarabitur. Secus est de proprietatibus singularibus indiuiduorum. Habent enim singula suas proprietates, quas etiam conditiones indiuiduales siue indiuiduantes appellant. Et haec quidem de individuo dicta sufficiant. Nunc ad vniuersalis species considerandas recto ordine transeamus.

CAP. VII.

De quinque speciebus vniuersalis, & primam de genere.

Individuum autem vniuersale in quinque species, nempe in genus, speciem, differentiam, proprium, & accidentis. De quibus suo ordine nunc est sigillatim pertractandum. Et primum quidem de genere, quod in significatione, quae philosophis commoda est, sic à Porphyrio definitur.

Genus est, quod praedicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quid est. Definitio generis.

Quam definitionem ita intellige. Genus est vniuersale eiusmodi, quod secundum suam significationem ita est generale & commune, vt vere praedicari possit de pluribus diuersis speciebus.



DE PRAEDICABILIBVS

aut indiuiduis diuersarum specierum, idque essentialiter & (vt ita loquamur) quidditative, hoc est, sicut ad interrogatum factam per quid, respectu illorum specie differentium, recte & vere valeat responderi. Exempli gratia, animal, est genus, quoniam ita generalem habet significationem, vt secundum eam praedicari possit de pluribus diuersis speciebus sub se contentis, dicendo, Homo est animal, equus item est animal, similiter & leo & vrsus, atque ita in ceteris speciebus, quae sub animali sunt. Aut de indiuiduis diuersarum specierum dicendo, Petrus animal est, & hic leo animal est, & item, hic vrsus, atque ita in ceteris. ¶ Praedicatur autem de his in eo quod quid est, id est in praedicatione (vt sic dicamus) quidditative, rei quidditatem sine quid res sit explicante, quoniam si quis roget, quidnam sit homo, vel equus, vel asinus, conuenienter sine respondebitur, ea esse animalia. Et qui hominem dicit esse animal, exprimit hominis quidditatem, hoc est, quidnam sit ipse. Sic arbor genus est pomi, piri, pruni, meri, oliuae, & ceterarum specierum suarum. Sic metallum ad aurum, argentum, cuprum, stannum, aes, ferrum. ¶ In hac igitur generis definitione, vniuersale genus est definiti, per quod excluduntur semel omnia indiuidua, quorum nullum genus esse potest. Quae autem sequuntur simul coaceruata differentiae locum obtinent. Nam praedicari de pluribus specie differentibus, excludit a definitione generis speciem: quae (vt posterius dicitur) non praedicatur de pluribus specie differentibus, sed tantum pluribus differentibus numero, de indiuiduis sub se contentis. Quod autem sequitur, in eo quod quid est, excludit differentias propriae & accidentis, quorum nullum in eo quod quid est praedicatur, sed tantum in eo quod quale est, vt ex sequentibus patebit.

CAP. VIII.

¶ De aliis duabus acceptionibus vocabuli generis.

¶ Onit autem Porphyrius & alias duas generis acceptiones suas significationes, quarum priorum ita describit.

Genus primo modo dicitur, aliquorum quodammodo se habetium ad vnum aliquid

& ad se inuicem, collectio.

¶ Cuius definitionis hic est sensus, Genus primo modo sine in prima significatione, dicitur collectio sine multitudo aliquorum habentium se certa quadam habitudine ad vnum aliquid tanquam ad vnum ipsorum commune principium, sine productiuum, sine conseruatiuum. Item & ad se inuicem tanquam simul ab eodem principio productiuorum vel conseruatorum, videlicet per modum quendam cognationis, hoc est (vt ita loquamur) consanguinitatis aut cõteraneitatis.

¶ Secundum hanc significationem, tota generatio sine populus Iudaeorum dicuntur genus ipsius Abraham, Isaac, & Iacob patriarcharum, a quibus descenderunt Israhelitarum omnes genus sunt Israhelitis. Idem ipsius Edom sine Esau, Ammonitarum respectu Ammon patris ipsorum, & Moabitae respectu patris Moab. Item & respectu Saræ, omnes ab ea descendentes, ipsius genus dicuntur, sicut respectu Abraham: & Agaræ omnes, ipsius Agar ancillae dicuntur genus. Nihil enim refert, vir an mulier sit principium ad quod est habitudo. Nam vt vir est principium productiuum, ita & mulier ille qui semel actiuum, haec passiuum. Simul enim ad generationem concurrant necesse est, vir & mulier.

¶ Insuper & respectu loci dicitur genus primo modo. Est enim locus principium conseruatiuum, rerum quae in ipso nascuntur, naturas quasdam proprietates in illas influens, & certa complexione disponens: propter quod merito principij nomen habet. Sic Aegyptios dicimus genus respectu Aegypti, Troianos respectu Troiae, Brabantos a Brabantia, Gallos a Gallia, Germanos a Germania, atque ita in ceteris.

¶ Proprie vero non dicitur genus primo modo, nisi respectu principij talis quo vna collectio distingui possit ab alia, id quod in textu satis aperte videtur indicare Porphyrius. Vt collectio quae ab Abraham descendit, per ipsum suum hoc principium distinguitur ab omnibus alijs populis & gentibus, quae non descenderunt ab eodem. Item gens Troianorum, per suam originis locum hunc, distinguitur ab alijs omnibus gentibus. Huiusmodi autem vocari possunt principia distinctiua. Vnde proprie loquendo vniuersitas hominum non dicitur genus ipsius Adae aut Euae, eo quod non sunt principia



DE PRAEDICABILIBVS.

distinctiua neque respectu totius mundi vel aeris dicitur genus, vniuersa hominum collectio, eo quod locus sit communis omnium hominum, per quem non distinguitur collectio a collectione. Sic neque respectu Dei, vniuersitas hominum videtur dicenda genus: tamen minus proprie id dici potest, quemadmodum ex Poeta in Actibus Apostolorum Paulus adducit, dicens. Ipsius enim (nempe Dei) & genus sumus. Genus ergo cum finis dei &c. ¶ Secundo autem modo genus dicitur ipsam principium tale multorum descendentium ab eo, habentium se certo modo cognationis siue consanguinitatis, vel (vt ita dicam) consanguinitatis, ad inuicem, & ad vnum illud principium. Definitur autem à Porphyrio, hoc modo.

Genus secundo modo.

Altero modo dicitur genus, quòd est vniuscuiusque generationis principium, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus est.

¶ Quam definitionem ita intellige. Genus secundo modo dicitur principium alienius generationis, siue alicuius collectionis & multitudinis, quae descendit ab ipso, tanquam à principio productiuo vel conseruatiuo sic Abraham, Isaac aut Iacob dicuntur singuli genus Israelitici populi. Sic Rhoma Romanorum est genus, Germanorum Germania, atque ita in ceteris. Cuius definitionis intellectus ex priorè satis patet. Sunt autem genus primo modo & secundo modo adinuicem relatiua, quoniam adinuicem referuntur, sicut pater & filius. Quomodo enim pater dicitur respectu filij, & e contrario, sic genus primo modo dicitur respectu generis secundo modo, & e contrario. ¶ In his autem duabus significationibus non est vocabuli huius vsus apud Philosophos, sed ad Poetas magis & Oratores spectat. In priorè significatione eius vsus inuenimus apud Virgiliu, in ipso suae Aeneidis exordio, de Troiano Aenea ita loquentem. Inferrè que deos Latino genus vnde latinum. Quòd seruius Virgilij Commentator interpretatur, à loco non à persona, id est à Latio non ab Aenea, genus dici latinum. Vel aliter, ab Aenea qui anti-

quam Latinorum nomen reliquit, & suis dedit, quòd mutare potuisset & à se Aeneadas nominare. Quia appellatio Di do Troianos appellat, ita eos alloquens. Quis genus Aeneadum aut quis Troiae nesciat urbem? in eadem fere significatione vocabulo hoc vitur, in oratione Neptun, quem introducit venis ita loquentem, Tanta ne vos generis tenuis fiducia vestri? Videlicet significare volens (iuxta Seruium atque Donatum) ventos genus esse gigantum, qui Diis bellum inferre moliti sunt, atque ab eis esse natos (iuxta Poetarum signum) ex Astraeo videlicet vno de Titanibus & auro-ra, vt videantur hanc audaciam habere ex paterna hereditate. Similis est significatio, cum à Troians Didoni dicitur, Parce pio generi, & propius res aspice nostras. Se quippe pius genus appellant, quòd à piis parentibus descenderint. In secunda autem significatione, hoc vocabulo vitur maximus ille Iouens, pro Aenea Troiano, & de eo apud Latinum regem loquens, in haec verba, Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes Gaudet ano, rex ipse Iouis de gente suprema Troius Aeneas, tua nos ad litora misit. Videlicet significare volens, Aeneam habere principium ac genus suum, ipsam summum Iouem per matrem Venerem, ex qua dicitur ab Anchise patre genitus. Et alibi ipse Aeneas loquitur, dicens, Italiam quaero patriam & genus ab Ioue summo. Italiam significans suum esse genus & patriam ex parte aui sui Iouis. Apud philosophos verò (vt supra diximus) harum significationum nullus est vsus, sed tantum illius, in qua primo loco genus est à nobis definitum.

CAP. IX.

¶ De specie.

Nter quinque praedicabilia, secundum iure obtinet locum cum species, propterea quòd cum genere plus caeteris conueniat. Idem enim est vtriusque praedicandi modus. Nam & genus & species similiter praedicantur in eo quòd quod est. Quomodo autem duas posuimus generis acceptiones, secundum quas non est in vsu philosophis, scilicet & speciei vnam assignat Porphyrius acceptionem quae non est vsui Dialcticis. Sic enim ait.



## Species dicitur vniuscuiusq; forma.

¶ Secundū hanc significationē dicimus Primā specie dignā esse imperio. Dicimus item secundū hanc significationē, multū rem esse honestā & liberali vel inhonestā & illiberali specie, venusta quoque & inuenusta, decora & indecora specie. Vnde & speciosos homines dicimus quos alio nomine equiuocati formosos vocamus. ¶ Secundū aliā autē acceptionē, quae vsus est Dialecticis, definitur species à Porphyrio i hūc modū.

Species est, qđ prædicatur de pluribus differētibus numero in eo qđ quid est.

Species  
prædicabi  
lis.

¶ Hoc est, vniuersale huiusmodi, quod secundum suam significationem (quā habet strictam quidem & angustam, licet non omnino vt indiuidua singularem) tam est speciale, vt possit tantum de diuersis indiuiduis eiusdem speciei vere prædicari, non etiam de diuersis speciebus, aut diuersarum specierum indiuiduis idque essentialiter & quidditative, ad interrogationem, scilicet factam per quid. Verbi gratia, homo species est respectu subiectorum sibi indiuiduorum, quoniam de suis indiuiduis prædicatur. Petro videlicet, Paulo, Ioanne, & cæteris particularibus indiuiduis. Et de his quidem in eo quod quid est prædicatur, quoniam roganti quid sit Petrus aut Augustinus, mox aptissima responsione dicetur, homo est. Est enim species suorum indiuiduorum quidditas, sicut genus quidditas est suarum specierum. Et sicut ad interrogationem de specie factam per interrogatiuum signum quid, commode adhibetur responsio generis de specie (quemadmodum præcedenti capitulo dictum est) ita ad interrogationem de indiuiduo sub eodem signo factam, adhibenda est responsio speciei & proxima & promptissima. Prædicatur itaque homo de pluribus differētib; numero, in eo quod quid est. Verum tam angustæ significationis est, vt non nisi de differētib; numero hoc modo prædicari possit, non etiam de multis differētib; specie, id est, diuersis speciebus aut de indiuiduis diuersarum specierum. Neque enim vlla species inferior sub homine est, de qua possit prædicari, neque vlla alia indiuidua, nisi particulares homines qui omnes

vnius eiusdemque speciei sunt, nempe humanæ & solo numero differunt. ¶ Ex qua declaratione patet, quod definitio prædicta secundum exclusionem debeat intelligi, hoc modo, Species est vniuersale, quod solum de numero differētib; prædicatur, in eo quod quid est. Alioquin & genera de indiuiduis eiusdem speciei (quæ numero differunt) prædicantur in quid, vt animal de Petro & Paulo. Sed non de his tantū differētib; numero prædicatur, verum etiam de differētib; specie, vt pote homine, equo, asino, &c.

## CAP. X.

¶ De identitate & diuersitate.

Vniuersam autem iam diximus de numero & specie differētib; oportune hic considerandum est (ne in ignotis versemur nominibus) quid sibi velint ista vocabula. Sciendum itaque est tripliciter aliqua differre. Quædam enim solo numero differūt, quædā specie, quædā etiam genere.

¶ Numero enim differunt, diuersa indiuidua, sub eadem proxima specie posita quæ numero quidem differre dicuntur propter diuersitatem indiuidualem quæ numerum constituit. Solum autem numero differunt quia maior differentia quam naturalis inter illa quæ sub eadem specie specialissima posita sunt, non potest reperiri. In prima enim essentia quæ superior est, nempe natura speciei, mox conuenientia inuenitur. Omnia enim indiuidua eiusdem speciei, ex æquo naturā speciei participant, & æqualiter communicant in ea, multo autem magis in naturā generis. Relinquitur ergo vt solo numero differant.

¶ Differunt autem specie, quæ vel sunt species diuersæ, vel diuersarum specierum indiuidua, vt equus & homo specie differunt, similiter leo & ursus, pomus & pirus, aurum & argentum, albedo & nigredo, & ita in cæteris. Rursum hic homo, & hic equus, iste leo, & iste ursus. Hæc pomus & hæc pirus. Huiusmodi autem solum specie differunt, quæ in proximo genere communicant. Vt homo & equus in animali, quod super ipsa est proximum Aurum & argentum in metallo, albedo & nigredo in colore. Similiter hic homo & hic equus in proximo genere communicant, quapropter non nisi specie differunt. ¶ Differunt vero genere, quæ vel sunt diuersa genera, vel species, aut in-

Differē  
tia nu-  
mero

Diffe-  
rentia;  
specie.



DE PRAEDICABILIBVS

Differētia generis

Numero eadem.

Specie eadem.

Genere eadem.

diuidua sub diuersis generibus constituta, vt brutum & arbor genere differunt, quia duo sunt diuersa genera, equus vero & pitius quoniam diuersorum generum sunt species. Deinde etiam hoc animal, & haec arbor quia indiuidua sunt sub diuersis generibus posita. Inter haec autem per se euidens est ea quae tertio modo differunt, maxime quae primo minime, quae vero secundo mediocriter differre. ¶ Quoniam vero secundum vltimam illam Aristotelis regulam (tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis & reliquum) possunt similiter tres modi identitatis assignari. Primum enim dicitur idem numero, quando nec secundum numerum inuenitur differentia, ut pote cum inueniri non potest indiuidualis diuersitas, quae numerum debet constituere. Sic homo quilibet heri & hodie, idem est numero. Et quaelibet res eadem cum semetipsa. Eadem enim res, quotiescunque sumatur vel replicetur, secundum nomen aut considerationem, non potest numerum constituere. Oportet enim diuersa accipere indiuidua vt minimum duo priusquam confluat numerus.

¶ Specie vero dicuntur eadem, quae sub eadem specie proxima & specialissima inueniuntur posita. Vt omnes particulares homines cum seinuicem sunt specie idem, & omnes leones cum seinuicem. ¶ Eadem vero genere sunt, quae sub eodem genere ponuntur. Vt homo, equus, asinus, leo, & horum indiuidua. Quanto autem genus istud ad quod fit specierum comparatio fuerit generalius generalissimoque vicinus, & ab vltima specie remotius, tanto minor est huiusmodi specierum identitas. Nihil enim dubium est, quin homo & equus sint magis genere idem, quam equus & arbor. Homo enim & equus in animal conueniunt, equus autem & arbor non conueniunt nisi in corpore animato, quod genus à specie specialissima est elongatius, & generalissimo primoque generi magis appropinquat. ¶ Quemadmodum autem supra dictum est, illa minime differre, quae numero tantum differunt, illa autem maxime quae genere, sic per oppositum de identitate dicendum est, maximam esse numeralem, minimam genericam, specificam vero medio modo se habentem.

Nunc vero ad speciei pertractionem redeamus.

LIBER I.

CAP. XI.

De speciei varia acceptione.

A

Duertendum autem est, vocabulum speciei vario modo à Dialecticis usurpari: & nonnunquam quidem ad subiecta indiuidua, alias vero ad supposita genera referri. Secundum priorem acceptionem nominant speciem praedicabilem, quam etiam supra definitimus solum de differentibus numero praedicari. Atque haec est species secunda vniuersalis. Secundum vero posteriorem considerationem, subiectibilem speciem appellant, quam ita definiunt, duplici definitione.

Species est quae sub genere ponitur: & de qua genus in eo quod quid est praedicatur.

Species subiectibilis

¶ Hoc est, vniuersale eiusmodi aut dictio vniuersalis quae sub alio superiori genere in praedicamentali ordine, aut ordinata praedicatione subicitur, & de qua superius genus quidditatiue, huc in responsione ad interrogationem quid est praedicatur. ¶ Iuxta hanc autem acceptionem non solum vltimae speciei ac specialissimae, & quae de solis numero differentibus praedicantur, dicentur sunt species, verum etiam genera omnia quaecunque inter generalissimum genus & vltimam speciem sunt intermedia. Nam & animal hoc modo est species corporis animati, & corpus animatum species corporis, & corpus substantiae. Neque vocabulum species secundum hanc acceptionem haberi potest pro secunda specie vniuersalis, quoniam vniuersale respectum notat ad subiecta, de quibus secundum rectam & ordinatam praedicationem dici potest. Sed est correlatiuum generis: quemadmodum filius correlatiuum patris. Sicut enim pater omnis est pater filii, ita genus respectu subiectae sibi speciei dicitur genus & vicissim species hoc modo sumpta, est alicuius supstantis species, vt omnis filius est patris sui filius. Species autem praedicabilis, ad indiuidua referri debet.

CAP. XII.

De specialissima & subalterna specie, itemque de genere generalissimo & subalterno.



Species specialissima.

Genus generalissimum.

DE PRAEDICABILIBVS.

Ante autem species praedicabile, quam supra diximus solam praedicari de differentiis numero, vocamus etiam speciem specialissimam, eo quod vltima sit & infima, indiuisisque proxima, & immediata. Definitur hoc modo.

Specialissimum est, quod cum sit species, non est genus, vel etiam quod cum sit species, non diuiditur in species.

Hoc est, quod quidem est species comparatione ad subiecta indiuidua, nullas tamen habet sub se species quarum comparatione queat dici genus, aut in quas possit diuidi, ad eum modum quod genus, essentiali diuisione secatur in species. Huiusmodi autem species liberalissimae sunt omnes quae indiuiduis proxima sunt, & sub quibus non est reperire nisi indiuidua. Sic per oppositum definitur genus generalissimum hoc modo.

Generalissimum genus est, quod cum sit genus non est species, & iterum supra quod non est aliud superueniens genus.

Hoc est, quod ita est secundum suam significationem generale & eminenti, ut supra omnia alia genera sui ordinis vel praedicamenti emineat, ipsum vero nihil superius se & generalius agnoscat in suo praedicamentali ordine cui subiiciatur. Exempli gratia, substantia generalissimum genus est, quonia genus ita generale & eminenti, ut super omnia constituatur quae in ordine sunt praedicamenti sui tanquam omni substantiarum: genus ipsius vero in eodem ordine nihil se habet superius. Animal vero generalissimum quod est, quonia supra se habet alia generalia in eadem praedicamentali coordinatione. Habet enim supra corpus animatum, corpus & substantia altiora genera, quibus necesse est subiiciatur. Imo vero corpus tamen si genus sit admodum generale multo generalius quam animal, nequaquam tamen ad hoc pertingere potest, ut generalissimum genus dicatur, quonia vnum habet supra se genus, nempe substantia cui supponitur. Haec autem generalissima vocamus prima atque suprema genera, eo quod nihil sit illis generalius aut prius quemadmodum specialissima dicimus, etiam specialissimas species, eo quod nullum vniuersale sit sub illis specialibus

aut posterius. Sola enim habent sub se indiuidua. Quae vero simul genera sunt & species, haec subalterna recte appellatur, eo quod sub aliis sunt posita genera. Dicimusque huiusmodi vel genera subalterna, vel species subalternas: quae a Porphyrio ita definitur.

Subalterna sunt, quorum vnum quodque genus & species esse potest, ad aliud quidem, & ad aliud sumptum.

Subalterna.

Ex praedictis vero manifestum est, generalissimum solum vnum habere habitudinem sive respectum vnicum ad ea quae inferius posita sunt genera & species, nempe habitudinem generis non autem speciei. Speciem quoque specialissimam similiter habere vnicam habitudinem, nempe speciei tantum, non autem generis. Subalterna vero duplicem habere habitudinem, alteram generis, quae se habent erga subiectas species, & ad illas referuntur, dum illarum dicuntur genera: alteram vero speciei, quae se habent erga supra posita genera, & quae ad illa referuntur, ut dicantur eorum subiectiones species. Quae omnia in subiecta ordinatione substantiarum generum & specierum ad oculos patent.

Generalissimum genus.

Differentia		Differentia
Corporea	Genera subalterna	Substantia.
Animatum		Incorporea.
Sensibile		constituit spiritum.
Rationale		Inanimatum.
		constituit corpus animatum.
		Insensibile.
		constituit plantam.
		Irrationale.
		constituit brutum.
		Homo
		Species specialissima
		sub qua sola indiuidua.



Ostendit quod de genere & specie breuis absoluta est determinatio, ad tractatum differētā bono ordine nobis est procedendum. Vbi primū omnī notandum est, differētā esse triplicē, nēpe cōmūne, propriā, & magis propriā. Sic quoque tripliciter dicitur alterū differre ab altero, nēpe cōmuniter, proprie, & magis proprie. Quae ita apud Porphyrium definiuntur.

**Cōmuniter differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadā differt quocūque mō, vel à seipso, vel ab alio.**

Communiter differre.

¶ Quam definitionem sic intellige, Communiter illa differunt, quae secundum separabilem accidentem (quā Porphyrius nominat quandam alteritatem) differunt, ut homo calidus differt à frigido, Petrus stans, à Paulo sedente aut ambulante. Atque hoc modo non solum ab altero, verum etiam idem à seipso secundum diuersa tempora differre dicitur. Ut (exempli gratia) Petrus iam sedens differt à seipso, qui mox ambulabat, homo probe potus à seipso prius sobrius. Haec autem cōmūnis differentia nominatur, eō quod non secundum aliquam fixam inhaerentem rei proprietatem. Secundum hanc autem modum, ut maxime frequenter, ita minime certo distinguere solent homines, & differentias ponere. Maxime eundem frequenter, quod maxime pateant sensui; minime autem certis, eō quod nulla est instabilitas eius differentia, quae secundum hanc accidentem sumitur.

Proprie differre.

**Proprie differre alterum ab altero dicitur, quod ab aliquo inseparabili accidente differt.**

¶ Ut coruus niger ab albo signo, proprie differt, per suam nigredinem. Sic differunt, quorum alter albus, alter glaucos habet oculos aut capillos. Atque hoc modo etiam idem à seipso potest differre. Petrus enim iam cicatricem firmatam habens à seipso differt prius illā non habente, & iam morbillosus, à seipso prius bene sano. Dicimus autem inseparabile accidentem

quod secundum naturam, vel omnino non potest, vel certo non nisi admodum difficulter potest, à subiecto emigrare, cui semel incederit, absque subiecti sui corruptione. Quae verò, facile abcedunt, ea separabilia dicimus, ut calor in homine aut frigus, loquens de exteriori membrorum calore aut frigore. Nam huiusmodi calor facile emigrat, ubi in ventum aut aërem frigidum quis fuerit ingressus, & facile pellitur, frigus ubi ad ignem corpus admouerit. Ceterum, calor vitalis sine quo viuere non potest homo, accidens separabile non est. Haec autem differentia, priore ceteris & firmiter est, ac proinde recte à propria, in cōparatione ad priorem nimis cōmūne appellatur. Quid autē sit differre magis proprie ita definit Porphyrius.

**Magis proprie alterum ab altero differt, quādo specifica differētia differt.**

Differre magis proprie.

¶ Ut homo à bruto differt per rationalitatem, quam Porphyrius vocat obsecutus rationale in qualitate. Specifica autē differentia dicitur, quae speciem constituit & componit, quaeque intersectat inter species sub eodem genere positas, & speciem à specie diuidit atque distinguit essentialiter. Loquimur autem hic, non tantum de specie specialissima, sed etiam de specie subalterna. Est enim rationale specifica differentia hominis, qua differt à brutis; & nihilominus sensitiua, differentia est specifica animalis, qua differt à planta insensitua; animatum corporis animati, qua nimirum differt à corporibus inanimatis. Corporeum corporis quoque est specifica differentia, qua differt corpus à spiritu, qui est incorporeus.

¶ De distinctione huius triplicis differentiae.

Iteca has autem differentias aduertendum est, quod duae primae non faciunt aliud, id est, essentiam & substantiam rei non distinguunt, neque speciem constituunt, aut speciem à specie essentialiter distinguunt, sed faciunt tantum alterum, id est, subiectum solum faciunt aliquo modo alter se habere. Non enim quia homo calidus sum qui mox fueram frigidus, ideo aliud sum quam ante modicum tēporis fueram. Idem enim sum & non aliud prius escludis, & post frigidus. Neque aliud est homo cicatricem habens, à seipso prius

illā non habente. Imō neque homo ab equo aliud est, propter diuersam figuram Faciunt tamen illae priores differentiae re alteram, vel quodammodo alteram dici, id est, aliter se habentem. Qui enim ante modicum calidus, nunc factus est frigidus. Per hoc adueniens frigus recte alteratus dicitur vel aliquo modo alter à seipso prius calido, id est, aliter, se habens quā prius, differentia autē magis propria, nō facit rem alterā tantum aut alteratam, id est, aliter se habentem, sed etiā aliud facit, & essentialē diuersitatem inter speciem & speciem constituit. ¶ Differentia enim est, quae genericae naturae adueniens ipsam contrahit & limitat ad certam speciem constituendam. Nam genus per se sumptum, indifferens est ad singulas species, quapropter ex genere non potest specierum substantiarum sumi diuersitas, sed per aduenientem differentiam quasi stringitur eis indifferentia, & ad certam speciem componendam cogitur. Quamobrem ex differentia istis sumi debet essentialis specierum diuersitas. Fit autem exemplum clarum, quod dicimus. Animal genus est, homini & bruto ex equo commune, neque quantum ad esse animal vlla inter hominem & brutum differentia est. Tam enim animal est brutum quā homo. Verum rationale accedens ad animal, ipsum contrahit, & constringit ad constituendam vnā secundum certam speciem, quae est homo. Similiter irrationale ex altera parte, contrahit animal, ad componendam cum ipso certam speciem, quae est brutum. Nam species simul ex genere & differentia componitur, & essentialiter constituitur: estque genus cum differentia, tota essentia speciei. Homo enim est animal rationale, & brutum animal irrationale. ¶ Sic corporis adueniens substantiae, ipsam contrahit ad componendam speciem quae est corpus, & ex aduerso incorporatū, ad componendum spiritū. Rursum differentia animatū, contrahit genus corpus ad constituendum corpus animatum. Haec enim ita secundum compositionem figurā in significatione simplici accipimus, propter nominum simplicitatem inopia. Rursum corpori animato adueniens differentia sensibile vel sensitiuum, contrahit ipsum ad constituendum animal ex aduerso aut insensitiuum, ad componendam plantam. Postremo adueniens animali rationale (vel diximus) constituit hominem ex aduerso aut irrationale brutum componit. ¶ Atque haec quae modo numeratae sunt, fere sunt omnes differentiae quae habemus

cognitas, & suis propriis nominibus designatas. Et licet in aliis speciebus non habeamus nomina cognita, neque etiam ipsas differentias perfectas, hoc tamen constat omnem speciem quaecunque sub genere ponitur habere essentialē differentiam, quae ipsam simul cum genere essentialiter componit, & pars est essentiae eius. Impossibile enim est, intelligere speciem sine differentia & sine genere, quae admodum neque homo viuens esse potest sine anima. Ratio autem, quare tā paucae cognoscantur rerum differentias essentialēs, est habetudo nostri intellectus, & nostrae naturae rationis imperfectio, quae res ut in se sunt non valet cognoscere, neque intime eas penetrare, & ut in seipsis sunt intelligere. sed circa exteriora occupatur, & ex illis ratiocinando debet interiora quae potest cognoscere. ¶ Deus autem qui res ut in se ipsas sunt intuetur, similiter & intelligentiae absque materia, cuiusmodi sunt beati spiritus qui rerum essentias intelligunt, & secundum se cognoscunt, optimē cognitas habent & per spectas singularem specierum essentialēs differentias & est illis iucū distina spectaculum, videre quomodo inter tam varias rerum species singulae secundum propriam suam essentiam diuixae sint atque disiunctae à singulis, ita ut ab vna in aliam non possit vnquam fieri commutatio.

CAP. XV.

¶ Declaratur per analogiam, quomodo genus contrahatur per differentiam ad componendum speciem

T autem clarius fiat quod dicimus, genus per speciem contrahi, & differentiam limitare genus ad certae speciei compositionem: genus ipsum materiae comparabilis, & differentiam formae speciem vero toti ipsi composito, quod ex materia & forma componitur. Habet enim genus rationem materiae, differentia rationem formae, & species rationem compositi id est similitudine secundum quem sensum dicit Poephyrius genus esse proportionabile cum materia, & differentiam cum forma, id est, comparabile vel assimilabile. ¶ Quomodo itaque materia (ut in physicis plenius declaratur) indifferens est ad compositionem vel huius vel illius naturalis compositi, sic & genus ad constitutionem huius vel illius speciei. Et quae admodum forma adueniens cum materia certū compositū effi-



## DE PRÆDICABILIBVS

cit (vt cum anima rationalis in materiam aduenit homo et  
ficatur) sic differentia generi adueniens speciem componit, et  
sicut cõpositum ex corpore simul & anima constat, sic species  
superiore genere & adueniente differentia. ¶ Clarius quoque  
hoc ipsum videmus ad oculum in massa ceræ, quod ex se sit  
indifferens ad suscipiendã in pressione sigillare, quancunque  
attulerit adueniens sigillum: sed sigilli sculptura in pressa ma-  
se iam ipsam constringit & limitat ad ceræ imaginis repræ-  
sentationem. Est autem genus quomodo massa ceræ indifferens,  
& differentia quomodo sigillaris illa figura, determinans ma-  
sæ indifferentiã. Pater itaq; ex prædictis, quæ admodum differe-  
rentia magis propria (iuxta Porphyrii dictũ) facti abud: differe-  
rentiæ autẽ priores, tantũ alteratũ. quapropter & nostro pro-  
posito non sunt accommodatæ, sed tantum magis propria.

### CAP. XVI.

¶ Differentias conducere ad diuidendum & definiendum.  
Mnes vero differentia: istæ magis propriæ ad  
duo sunt utiles, nempe ad diuisionem generũ, &  
constitutionem specierum. Diuidunt enim genus  
& species constituunt: vnde & diuisi generũ vo-  
catur, & cõstitutio specierũ. Vt (verbi gratia) ra-  
tionale & irrationale diuidunt animal, cõstituunt autẽ sub  
ipso species: illud quidem hominẽ, hoc vero brutum. Ad  
eundem modum sensibile & insensibile diuidunt corpus ani-  
matum, sed constituunt sub eo duas species: animal & plantã  
atque ita in reliquis facile est conseruare. ¶ Quomodo autem  
diximus differentias istas conducere ad speciei constitu-  
tionem, ita etiam dicimus eas ad definiendam speciem con-  
ducere. Definitur enim species per genus & differentia, que  
sunt tota eius essentia. Est enim non o, animal rationale: brutum  
animãl irrationale: animal, corpus animatum sensibile  
corpus, substantia corporea: spiritus, incorporea substantia, &  
ita in aliis. ¶ Insuper & hoc est notandum, quod generalis-  
sima genera differentias habent tantum diuisivas, non autem  
constitutiuas, species vero specialissimæ, constitutiuas: habet,  
non diuisivas. Quæ verò intermedia sunt subalterna genera  
differentias habent & diuisivas & constitutiuas: diuisivas  
quidem, per quas in inferiores species diuiduntur, constituti-  
uas autem, ex quibus cum superioribus generibus essentialiter

## LIBER I.

30

ter constituuntur. Generalissimi enim cum sit primum ge-  
nus non habet constitutiua differentiam. Alioquin primum  
genus non esset, sed oporteret aliud aliquid genus esse ipso  
superius, quod per hanc differentiam contraheretur, ad eius  
compositionem. Specialissimum verò cum sit vltima species  
non potest habere alias diuisivas differentias. Alioquin oportet  
post ipsam esse alias species inferiores, quæ ex his differe-  
rentiis cum illis speciebus constituerentur. Sunt autem hæc  
plane absurda & impossibilia. ¶ De intermedium autem gene-  
ribus monstratum est, nihil sequi incommodi, si & constitu-  
tiuas habeant & diuisivas differentias, imò necessarium simpli-  
citer est inter medijs generibus, vt vtrasque habeant. At ta-  
men illud notandum est, licet omnia intermedia habeant, & di-  
uisivas & constitutiuas differentias, non posse tamen fieri vt  
eadem differentia eiusdem speciei sit diuisiva, & constitutiuã.  
Impossibile enim est, eandẽ differentia esse huius speciei cõ-  
stitutiuã, & simul eiusdem speciei esse diuisiuã, sed neces-  
sariũ est, si huius sit generis diuisiva, vt inferioris speciei sit  
constitutiuã: & si huius speciei sit constitutiuã, necesse est su-  
perioris generis eã esse diuisiuã. Vt (verbi gratia) rationale  
est hominis constitutiuã differentia, atq; ideo est generis  
superioris (nempe animalis) diuisiuã differentia: & sensibile di-  
uisiuã est differentia corporis animati, atque ideo est consti-  
tutiuã substantiæ speciei, scilicet animalis. Necesse tamen est,  
omnem differentia diuisiuã esse constitutiuã, & contra-  
rio, verum respectu duorum, nimirum diuisiuã superio-  
ris generis, & constitutiuã inferioris speciei.

### CAP. XVII.

¶ Specificam differentiam dici dupliciter.  
Sciendum quoque est, differentia specificam dici dupli-  
citer. Cum enim specifica dicatur, quæ facit speciem, spe-  
cies verò dicatur dupliciter videtur etiam specifica dif-  
ferentia hac ratione dupliciter accipi. primum enim à specte  
subiicibili dicitur, quæ videlicet speciem subiicibile constituit  
sub certo genere. Atque ita hæctenus specificam differen-  
tia appellauimus: est tunc hoc modo omnis differentia magis  
propria, specifica differentia: mox inconueniens est, eandẽ diffe-  
rentia specificã simul & genericã esse etiã respectu eiusdem,  
quemadmodum idem hoc modo potest esse species & genus.



## DE PRAEDICABILIBVS

¶ Nonnunquam tamen specificam differentiam accipimus strictius à specie specialissima: pro ea videlicet differentia, quæ speciem specialissimam constituit, quemadmodum est rationale. Atque ita contra genericam distinguitur. Non enim potest eadē differentia generica esse, id est generis constitutiva & simul specifica. Speciei specialissimæ constitutiva, neque respectu vnius, neque respectu diuersorum. Vna enim differentia non potest nisi vnum constituere, siue genus illud sit siue species: ita vt si constituat specialissimam speciem, non possit constituere genus: & si genus, non possit talem efficere speciem.

### CAP. XVIII.

¶ Ponuntur definitiones differentia magis propriae.

Prima definitio differentia.

Definitur autem differentia ista magis propria pluribus definitionibus. Primum quidem sic.

**Differentia est, qua abūdat species a gñe**

¶ Id est, secundum quam species essentialiter plus habet, & (vt ita loquat) ditior est quam suum genus. Nam species homo, quia essentialiter in se includit rationale, vt pote partem suæ essentia, supra animal, ipsum verò genus animal in se nõ essentialiter includit rationale (aduenit enim ei quasi per accidentis modum) idcirco per eam species homo abundat, estque ditior supra genus animal. Sic animal abundat supra genus suum corpus animatum, per differentiam sensibile, & ita in reliquis omnibus. Quicquid enim habet genus, habet etiam generis ipsius species, & ultra totum hoc habet speciem differentiam in se, vt essentialiter sui partem quam sic non habet genus. Vnde consequitur per differentiam omnem constitutiuam, speciem abundare præ suo genere.

¶ Altera definitio est.

Secunda definitio differentia.

**Differentia est, quæ diuidit ea quæ sub eodem genere posita sunt.**

¶ Hoc est, quæ species sub eodem genere positas ab invicem secat, distinguit ac separat, essentiali distinctione. Atque id quomodo fiat, in præcedentibus dictum est manifestum. Veruntamen hæc definitiones non videntur explicare rationem vniuersalis, neque differentiam describunt secundum

## LIBER I.

31

rationem prædicabilis. Oportet ergo aliam subiungere, quæ differentiam recte definiat secundum rationem huiusmodi, quatenus videlicet tertium prædicabile est, & vniuersalis tertia species.

¶ Haec est hæc.

**Differentia est, quæ de pluribus & specie differentibus, in eo quod quale est prædicatur.**

Tertia definitio differentia.

¶ Hoc est, vniuersale eiusmodi quod de multis siue specie, siue numero differentibus prædicari natum est, ad interrogationem factam de re qualis ipsa sit, qualis (inquam) essentialiter, non accidentaliter. ¶ Quomodo enim supra dictum est, genus convenienter responderi ad interrogationem quid est, factam de specie, & item speciem ad interrogationem quid est de individuo: sic interroganti de individuo vel de specie, quale quid sit (essentialiter intelligendo) responderi potest & debet differentia. Si enim interrogaueris, quale animal sit homo, respondebitur, proculdubio rationale. aut si simpliciter interrogetur, qualis est homo secundum essentiam, respondebitur, rationalis est. ¶ Diximus autem in definitione, de pluribus specie differentibus: quoniam solum datur definitio de differentis genericis, nisi quis adiciat, vel numero, quod Porphyrij exemplis in veritate non repugnat. Ratio autem quare differentia prædicatur in eo quod quale est, & quare ad huiusmodi interrogationem apte respondeatur, est, quoniam (vt diximus) differentia rationem habet formæ, & est essentialis quædam qualitas: propter quod, etiã à philosophis rationalitas ipsa qualitas rationalis nuncupatur: secundum quem etiã modum, ipsam animalis naturam possumus appellare quidditatem hominis. ¶ Recte autem adiectum est, in eo quod quale est essentialiter, vt excluderentur à definitione, differentia communis & propria, quæ licet in quale prædicentur de suis subiectis, non tamen nisi quale accidentaliter quemadmodum in consequentibus declarabitur.

### CAP. XIX.

¶ De quatuor acceptionibus proprii.

¶ Vnam vniuersalem speciem assignant proprium, cuius etiam quatuor ponunt modos.



DE PRAEDICABILIBVS.

Proprium  
primo  
modo.

Propriū primo modo est, quod accidit soli, alicui speciei, sed non omni.

¶ Hoc est, quod quantum ad aliquam speciem soli illi conuenit, ita ut nulli extra eam, sed non omni, tamen eius speciei individuo. Ut grammaticū esse aut prudentem, soli conuenit humanæ speciei, non tamen omnes homines huiusmodi sunt. Sic propriū est homini, ut fidem deum cognoscere, & ratione deum colere, veruntamen non omnes id faciunt.

Proprium  
secundo  
modo.

Secundo modo proprium dicitur, quod omni, & non soli accidit.

¶ Hoc est, quod alicuius speciei omni quidem individuo conuenit, at tamen non illi soli speciei conuenit, neque ei est peculiare, sed etiam extra eam in aliis potest inueniri. Ut homini duos habere pedes, aut duos oculos. Nam hæc etiam extra humanam speciem licet inuenire, in aliis animalibus. Sic superna beatitudinis capacem esse, omni quidem homini conuenit, sed non soli humanæ speciei. Nam & angelicæ naturæ id cum homine commune est.

Proprium  
tertio modo.

Tertio modo dicitur propriū, quod omni, soli, & aliquando accidit.

¶ Hoc est, quod conuenit quidem soli alicui speciei, & insuper omni illius speciei individuo, sed certo tantū ac definito tempore, nō tamen semper. Ut canescere, soli humanæ speciei conuenit secundum proprietatem loquendo, & omni homini conuenit sed tantū in senectutis tempore, ita ut qui ad tempus illud attigerint canescant. Ita & augeri conuenit omni uiuenti, & soli uiuenti, ut tū non semper, sed usque tū in perfectū robur & staturam excreuerit similiter & diuini decretescente robore.

Proprium  
quarto  
modo.

Quarto autem modo proprium dicitur quod omni, soli, & semper accidit.

¶ Hoc est, quod conuenit alicuius speciei omni individuo, & soli illi speciei, atque etiam semper, non aliquo tantum determinato tempore. Ut homini omni, & soli, & semper con-

uenit esse risibilem & stibilem, id est, natum ridere & stesisc omni homini, & soli semper conuenit per exteriorem instructionē esse susceptiuum disciplinae. Cum autem propria huiusmodi modi assignantur, proponi debent non secundum actum, sed secundum aptitudinem. Non enim ridere proprium est homini quarto modo, cum non semper homini conueniat actu ridere, sed risibile proprium est huius quod potentiam quandam, id est, naturalem aptitudinem & propensionem significat ad ridendum. Sic non omnes homines disciplinam suscipiunt, imo quidam nec posse videntur: quemadmodum motiones furiosi, & donec absque ratione sunt pueri, idque propter defectum vltis rationis, & instrumentorum interiorum indispositionem, & organorum inhabilitatem. Quot quot tamen homines sunt ex naturali aptitudine disciplinae sunt susceptibiles.

CAP. XX.

¶ Quomodo proprii natura suat ex coniunctione differentie cum genere. \*\*\*

D intelligendam autē plenius naturam proprii, sciendum est huiusmodi propria quarto modo significare naturales quasdam proprietates seu aptitudines ad aliquid, quas etiā nonnulli proprias passiones vocare solent, aut naturales propensiones & inclinationes: quas sane propensiones & inclinationes naturales, totā aliquā speciem consequuntur, utpote naturaliter & necessario effluentes ab ipsa rei essentia, sic tamen ut essentia sint extrinsecæ, neque pars sint eius, sed tantum ab ea necessario effluant ac procedant. ¶ Effluunt autem non a genere tantum, neque à differentia tantum, sed à genere simul & differentia, ad eiusdem speciei compositionē coniunctis. Ut (verbi gratia) ex animali rationali, id est, ex natura animalis cū rationali qualitate coniuncta, & per eā contracta, ad humanæ speciei cōpositionem, effluit ac naturaliter necessarioque procedit naturalis quædam propensio siue aptitudo, siue inclinatio ad capiendū per rationationē & instructionē disciplinā: similiter ad ridendū ex cōsideratione rei in cōdā, similiterque ad stendū in cōtemplatione rei tristioris. ¶ Huiusmodi autem naturales propensiones, quoniam adæquate effluunt ex principiis intrinsecis speciei, id est, ex genere & differentia simul cōpositis, quæ (ut diximus) tota sunt



## DE PRAEDICABILIBVS.

speciei essentia, hinc fit, vt totam speciem consequantur, sicutque ex aequo in omnibus indiuiduis speciei, è cuius essentia fiunt. Neque minus est quilibet naturalis propensio in eo indiuiduo quod nunquam forte actum habuit, aut habebit illius inclinationis, quam fit in alio indiuiduo quod frequenter admodum eundem actum habet: vt non est minus susceptibilis disciplina morio aut amens, quam alius quilibet ex illis qui sunt praestantissimi discipuli. Neque minus et at risibilis ille quem serunt omnia fuisse Heraclius, quam fuerit alius ille omnia ridens Democritus. Neque sunt cachinnones, hominibus tetricis magis risibiles, dum secundum proprietatem loquimur. Ipsa enim naturalis passio siue propensio, in omnibus est aequaliter. Proniores tamen ad risum sunt & in actum frequentibus exeunt alij alius secundum dispositionem variam organorum, quibus huiusmodi actus exercantur: vt in illis in quibus est splen, maioris petulantiae facilius risus & cachinni excitantur, in illis autem qui sunt splen duriori, difficilius. Sic qui cerebrum habent recte dispositum, & vires internas bene habiles, hi disciplinam cuius & facilius capiunt illis, qui eiusmodi organa habent per vltimum excessum aut disproportionem, vel omnino mala vel non ita feliciter disposita. Omnes tamen homines ex a quo risibiles sunt & disciplinae susceptibiles, quemadmodum omnes ex a quo animalia rationalia sunt, tamen non aequaliter omnibus adsit rationis usus. ¶ Patet ergo quemadmodum huiusmodi naturales propensiones totam speciem consequantur, & cuius principis effluunt, ac proinde omnibus ipsius indiuiduis sunt communes. Sed & solis eiusdem speciei conueniant necesse est. Cum enim essentialia principia speciei sint tota atque adaequata causa & velut fontalis origo, à qua effluunt, vt effectus à sua causa adaequata, fieri non potest, vt aliquid inueniantur extra illam speciem. Siue causa enim sua esse non possunt, à qua necessario habent semper effluere. Essent autem sine sua causa, si extra speciem inueniri possent, cuius essentiam consequantur. Similiter & ex his manifestum est, quomodo semper conueniant propria suis speciebus. Si enim semper & necessario effluunt hae naturales propensiones ex specierum essentis, necesse est, vt vocabula quoque has propensiones significatiua semper & necessario de ipsis speciebus dicantur.

## LIBER L

### CAP. XXI.

33

¶ Definitio proprii vt est quartum praedicabile.

¶ Vnde autem verò (vt diximus) proprii huiusmodi quarto modo quarta solet poni vniuersalis species, & quarta praedicabile: istud est, vt huic quoque secundum rationem praedicabilis atque vniuersalis definitionem assignemus, sicut haecenus tribus praecedentibus similes dedimus ex modo praedicandi definitiones. Sic autem definitur.

**Propriū est, qđ predicatur de plurib<sup>9</sup> in quale accidentaliter & necessario.**

Definitio proprii.

¶ Hoc est vniuersale eiusmodi, quod de multis, siue specie, siue numero differentibus praedicatur, in eo quod quale quid est, accidentaliter, necessario tamen, hoc est, ad interrogatiuam factam de re, hoc modo qualis est, accidentaliter & necessario. ¶ Vbi cum dicimus, in quale, excluduntur genus & species: quae in eo quod quid, non in quale praedicantur. Cum verò dicitur in quale accidentaliter, differentia excluditur, quae in eo quod quale quid est respondetur, sed quale essentialiter, non accidentaliter. Non enim homo accidentaliter rationalis est, sed essentialiter: cum sit rationalis qualitas pars ipsius essentialis. Cum vero additur postremo loco, necessario tamen, ab accidente distinguitur proprium quod (vt in sequentibus dicitur) praedicatur quidē in eo quod quale est, non tamen in quale necessario, sed tantum contingenter. Neque enim necessario est homo doctus, vel bonus, vel magnus, vel albus. Est tamen necessario disciplinae susceptibilis & risibilis, atque risibilis. ¶ Sciendum autem est, non solas specialissimas species habere huiusmodi propria, sed etiam subalternas, omnes videlicet quae ex genere componuntur superiori & contrahente differentia. Vnde & animalis assignamus proprium, sensiuum esse: vt significet appetitum, & naturalem inclinationem ad sentiendum, corporis animati sunt propria, nutritibile, augmentabile, minuibiles corporis verò, mobile. Vnde quemadmodum supra distinximus differentias, quasdam genericas, quasdam specificas, proprias & specificas, sic non incommode distinguere licebit propria quadam genericas, quae videlicet consequantur genericam naturam: quae-  
specificas.



DE PRAEDICABILIBVS

dam verò specifica, quæ naturam consequuntur specialissimam speciei. ¶ Nequaquam tamen aliam differentie diuisionem, in diuisiua & constitutiua, proprio accommodare ualebimus. Nam tamen utrunque diuidere possint propria, consistere tamen nequaquam possunt ullam speciem. Non enim sunt aut esse possunt speciei pars essentialis. Nihil autem rem constituere potest, quod non sit pars essentialis ipsius compositi. Et hæc quidem de proprio dicta sint satis. Nunc ad ultimam vniuersalis speciei pergamus. CAP. XXII.

¶ De accidente.

E accidente autem, quæ est vniuersalis quinta species & quintum prædicabile, pauca iam in prioribus dicta sunt, cum de differentia communi & propria feret sermo. Distinximus enim illo in loco, quid accidens separabile quidem inseparabile quapropter harum rerum repetitione, nihil erit opus. Sat nobis erit naturam huius quoque quinti vniuersalis, & eius prædicandi modum declarare.

¶ Definitur autem accidens à Porphyrio pluribus definitionibus, quarum prima hæc est.

Prima definitio accidentis

**Accidēs est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionem.**

¶ Hoc est, quod suo subiecto, cui inest, non necessario inest, sed etiam abesse potest, & ab eo separari, sic ut propter hoc non sit necesse inierit subiectum cui prius inerat. Exempli gratia, albedo accidens est corporis ei<sup>9</sup> quod habet albedinē, quomā licet inest, non inest tamen ei necessario, sed contingenter ut possit non inesse, permanente nihilominus subiecto, & absque eius interitu à quo abscedit. Potest enim corpus, quod modo album est, fieri nigrum, neque ob hoc læsionē ullam patietur corpus. Similiter homini virtus, atque doctrina est accidens: quoniam & si nunc inest, potest tamen fieri ut alii quando eam deperdat homo ille. fiatque vacuus & doctrina & virtute: neque propter hoc definit esse quod fuerat.

¶ Idē quoque sibi vult altera accidentis definitio, quæ talis est.

**Accidens est, quod contingit inesse & non inesse eidem.**

Secunda definitio accidentis.

LIBER I.

34

¶ Intellige ex priori, præter subiecti corruptionem. Hæc autem dux definitiones, de rebus potius quam de vocibus videntur intelligendæ nisi improprie admodum accipiat adesse & inesse pro prædicari abesse verò & non inesse, pro non prædicari. Sed hæc inuentione nihil est opus: cū (ut in initio hui<sup>9</sup> libri declarauimus, & totius docuit rei processus) passim liceat fieri nunc de vocibus significantibus, nunc de rebus significantibus, sermonem. Neque difficile est his quibus quicquam est ingenitæ, quæ de rebus dicuntur, suo modo ad voces res eius modi significantes referre, & e contrario, quæ de vocibus significantibus, suo modo ad res significantes accommodare.

¶ Definitur etiā accidēs per abnegationē quatuor aliorū prædicabilium iam supra determinantium ad hunc modum.

**Accidēs est, quod neque est genus, neque species, neque differentia, neque proprium, semper autem est in subiecto subsistēs.**

¶ Quæ sanè definitio, pro hoc loco non est omnino incommoda, eo quod iam explicata sint sufficienter quatuor prædicabilia. Et necesse est, omne vniuersale quod neque genus est, neque species, neque differentia, neque proprium esse accidens: posteaquam constat, omne vniuersale horū quinque aliquid esse debere. ¶ Veruntamen non æque bona fuisset hæc descriptio, si ante hunc locum, ullam aliorum prædicabilium simili modo fuisset descriptum. Nam si initio statim libri definiuisset genus esse, quod non est species, neque differentia, neque proprium, neque accidens, non fuisset probata huiusmodi descriptio, eo quod nondum nota fuissent, quæ in definitione ponuntur. Nunc verò, dum præcedentes quatuor species explanatæ sunt, non male nec obscure vltima per priorum abnegationem definitur: atque id similiter licebit, vbi quæque plures sunt species sub eodem genere, in numero determinato: præter vnam omnibus definitis vltimam eadem per priorum abnegationem describere. ¶ Vltima verò particula: semper autem est in subiecto subsistēs, adiicitur non ad aliquam necessitatem, sed propter naturæ accidentis manifestationem. Tanto enim est descriptio siue definitio melior, quan-

Tertia definitio accidentis.

E ij



DE PRAEDICABILIBVS.

to melius ac plenius naturam exprimit eius quod definitur vel describitur. Est autem hoc de natura accidētis, quod quādiu est, in suo subiecto subsistit. Quāquam enim (vt iam dictum est) possit accidens à subiecto abesse absque corruptione subiecti, vt accidente perduto, in sua nihilominus subsistentia subiectum permaneat: non est tamen secundum naturam possibile, vt accidens separatur à subiecto; sicut vt permaneat in rerum natura. Non solum enim non potest accidens ab omni subiecto separatum subsistere, sed nec potest extra subiectum particulare cui semel in fuerit existere: ita vt nec migrare possit de subiecto alio in aliud. Cum enim (sicut Phyficorum sententiam) accidens esse sit inesse, necesse est, vt quādiu est, in subiecto cui inest, debeat permanere. ¶ Secundum verò rationem vniuersalis quatenus quintum praedicabile est, ita potest accidens defini.

Quarta definitio accidentis.

**A**ccidens est vniuersale, quod de pluribus contingenter natum est predicari.

¶ Hoc est, non essentialiter quidem, neque etiam necessario, sed tantum contingenter, ita vt possit etiam de eo vere abnegari. Sic sanè doctum esse aut bonum, de multis praedicatur. Complures enim reperiuntur vici, & boni, & eruditio de nullo tamen ista praedicantur essentialiter, imò neque necessario: sed de quibuscunque praedicantur, de illis contingenter praedicantur, sic videlicet, vt possit etiam de illis abnegari. De quocunque enim vere iam dicimus, quod probus sit aut doctus de eodem fieri potest vt dicamus aliquando, iam probus non est, neque doctus. Atque hac vna particula differat accidens à quatuor reliquis, genere, specie, differentia, ac proprio. Nullum enim horum praedicatur contingenter: sed proprio necessario: differentia autem non tantum necessario, sed essentialiter etiam praedicatur, similiter quoque genus & species.

CAP. XXIII.

\*\*\*

¶ De accidentibus, diuersis separabilibus, & inseparabilibus. Iam autem in prioribus de differentia tractatis, accidentia quaedam esse separabilia, quaedam inseparabilia, quae ibi latius explicata sufficiant.

LIBER I.

Hoc autem in loco adiiciendum nobis est, ad pleniorē accidentis notitiam, etiā inter inseparabilia accidentia esse quādam differentia, nequaquam silentio pertransendum. Sunt enim inseparabilia accidentia quaedam singularia siue particularia, quae videlicet vni insunt individuo, non alteri eiusdem speciei. Huiusmodi sunt, cicatrix post sanatum vuln' relicta, oculorum color celsus aut albus, atque id genus alia. Sunt enim haec inseparabilia accidentia, particularia tamen sunt. vt potest vni in individuo conuenientia, non similiter alteri. ¶ Alia vero sunt quae toti alicui speciei conueniunt, & omnibus eius indiuiduis. Vt coruus nigredo conuenit secundum totam speciem, & cygno albedo, ita vt vel in nino non vel vix, reperiatur coruus, nisi niger, neque cygnus, nisi albus, potissimum vbi tempus aduenit, quo solent hunc sibi colorem acquirere. Verum id forsitan parum videatur, cum legamus pullos coruorum non statim nigras pennas accipere, neque cygnorum albas. Nonnulli quoque vicos aliquando albos coruos afferunt. Illud vt minimum, quantum ad huiusmodi, constat: quod licet sic videamus coruos omnes fieri colore nigris, & cygnos albos, non apparere tamen vllam necessitatem ex parte speciei, quae videatur expostulare huiusmodi accidens. ¶ Magis vero mirandum est in hominibus, atque adeo in omnibus animalibus, de potentis quibusdam naturalibus, sine quibus nemo hominum, in o nullo animalium possibile est subsistere. Huiusmodi sunt, sensus, tactus, quem Aristot. attestatur omni animali esse necessarium, ita vt sine eo non possit subsistere, ipsoque ablato necesse sit mox animal corrumpi. Similiter & nutritiua potentia. Sicut enim idem author testatur, necesse est omne viuens quādiu viuat nutrirī, simile est de naturali calore (qui hominem non potest priusquam diem clausit extremum deserere) & vitali operatione, cordisque pulsione, & spirituum agitatione, quae omnia animali cuiuslibet adesse experimur, donec subsistat: nunquam verò abesse contingit, nisi cum subiecti corruptione. Constat tamen, hac omnia non aliud quam accidentia esse. Nam potentiae illae naturales, manifeste sub secunda qualitatis specie absque hesitatione constituentur, ob omnia philosophantibus. Cetera quoque aut qualitates sunt, ut actiones quaedam: quae omnia esse accidentia nemo potest negare. ¶ Ex his ergo dubitatio

Quaestio.



## DE PRÆDICABILIBVS

sus perplexa oritur, quinam fieri possit, vt hæc sint accidentia, cum tamen videantur necessario suo inesse subiecto, non contingenter, cum non possint abesse suis subiectis absque eorum corruptione. Accidenti verò supra definitum est, quod abesse potest, & quod contingit non inesse, absque subiecti iniuria & corruptione. Quomodo autem sine subiecti corruptione potest abesse, quod vbi primum abcesserit extinguitur que fuerit in subiecto, statim corrumpi facit subiectum cui inerat? Hæc autem questionem responderi potest, ex sublimiori consideratione & diligenti inspectione horum accidentium, & earum quæ supraposita sunt naturalium proprietatum. Naturales enim illas inclinationes ex natura & essentia speciei diximus effluere, atque ex compositione generis cuius differentia necessario effluxu prodire. Hæc autem accidentia quæ dicta sunt, quantumcumque videantur ad rei subsistentiam necessaria, non tamen fluunt à principiis essentialibus speciei. Alioquin, vnus esset idemque tactus in omnibus hominibus, non multi, neque diuersi in diuersis: sicut eadem omnino est specifica natura, & eadem eius principia essentialia in omnibus, non in diuersis indiuiduis diuersa: & sicut eadem est in omnibus hominibus risibilitas, aut in omnibus animalibus, ad sentiendum naturæ aptitudo. Similiter quoque dicendum de aliis, quæ supra fuerat assignata. Cui ergo hæc non fluunt ab ipsa natura speciei, neque ab ipsius essentia, consequitur etiam hoc, quod non necessario debeant subiectis abesse possintque abesse suis subiectis absque eorum corruptione, quantum est ex parte naturæ speciei, quemadmodum coruus, quantum ex parte specificæ naturæ, non est necessarius color niger, neque cygno albus. Sic quælibet accidentia prædicta, quantum ex parte ipsius naturæ specificæ hominis, abesse possunt. Vt enim Petrum intelligam sub hominis ratione, non opus est cogitare quod vllum sensum habeat: sed sufficit, quod ipsum ut animal rationalis naturæ considerem. Quam si quis obiciat, sic etiam proprium abesse posse, & rem posse intelligi absque naturali sua proprietate. Respondetur, sine iniuria specificæ naturæ proprietatem naturalem non posse intelligi absentem indiuiduo: Velot qui hominem intelligit vt non risibilem aut non disciplinæ susceptibilem, sine specificæ naturæ iniuria id non facit. Cum enim ex ipsius essentialibus prin-

Solutio.

cipiis effluat naturaliter & necessario risibilitas disciplinæ; susceptibilitas, fieri non potest, vt absque specificæ naturæ iniuria, quodcumque hominis indiuiduum imaginemur subsistere & simul ipsum non esse risibile aut disciplinæ susceptum. Includit enim hæc imaginatio manifestam repugnantiam specificæ naturæ hominis, eò quod in specie includatur proprium, tanquam ab ipsius essentia necessario & naturali fluxu effluens, ipsaque in se susciperet à suis intrinsicis principiis effluens. Cæterum, si intelligam Petrum vt non habentem qualitatem huiusmodi quæ tactus non inebet, aut vt non habentem qualitatem calorem, aut cordis actiualem pulsionem, nulla in hoc est repugnantia aut iniuria hominis specificæ naturæ: quemadmodum cum cygnum imaginor nigrum, nulla fit specificæ naturæ iniuria. Quantum enim ad naturam specificam, cygno perinde est, siue colorem habeat nigrum siue album. Quod si quis roget, vnde ergo hæc necessitas, vt secundum rei veritatem non possit subsistere animal, absque sensu tactus & cæteris? Si enim naturæ specificæ non repugnat, quid ergo prohibet, vt fieri id nunquam videamus, id neque fieri posse? Huius rei causam (quoniam in phisicis requiritur magis oportebat) breuiter assignantes, dicimus, quod ex parte formæ substantialis prouenit, & vniõne corporis cum anima rationali: quæ duo adinuicem vnita permanere non possunt, nisi quandiu certa quaedam harmonia, consensus atque proportio qualitatum in materia perdurat, quam sanè proportionem, sensus tactus consequitur: quæ etiam proportione dissoluta anima ultra non potest materiam informare, sicque subiectum cogitur deficere, & simul cum huius harmoniæ dissolutione perire sensus tactus. Similiter fere, & de aliis suprapositis, & si quæ sunt si nulla dicendum, quod ob hoc non possint à subiecto separari, quia absque illorum inexistencia non potest forma substantialis permanere in materia. Sed alius ista fortasse ac latius euiquam dicta videbuntur, quam Dialectica patitur considerare. Nos tamen ad plenam horum quinque prædicabilium cognitionem ea arbitramur non minimum habere momenti, apud illos potissimum, qui diligenti curiositate harum rerum naturam ac proprietatem exactius voluerint penetrare, penitusque introspicere. Nunc vero ad vniuersalium quin-

Solutio obiecto nis circa prædicta.



DE PRAEDICABILIBVS

que; differentiam & conuenientiam paucis describendâ tractamus.

CAP. XXIII.

De conuenientia prædicabilium.

V

T ergo breuiter ac summam recapitulem\* que hæcenus dicta sunt, conueniunt quidem in hoc omnia prædicabilia, quod de pluribus nata sunt prædicari, & habere certum aliquid subiectibile, siue potius subiectibile. Subiectibile enim, correlatiuum est prædicabile; & habet vnâquodque vniuersale; subiectibile, vel subiectibilia potius, ad que comparatum dicitur vniuersale vel prædicabile. Subiectibile enim generis est species que sub ipsa ponitur. species subiectibile, indiuiduum: differentie subiectibile, species quâ constituit, & omnia indiuidua. Proprii vero, species è cuius natura sunt, & omnia eius species indiuidua. Accidentium autem subiectibilia sunt, subiecta quibus inheret. Cum autem ita subiectibilia dicim\*, non intelligimus de subiectione que est secundum prædicamentalem ordinem (sic enim neque differentie subiectione constituta species, neque proprio sua species, neque item accidenti subiecti cui inheret) sed accipitur secundum prædicationem, quoniã videlicet secundum prædicationem rectâ & ordinatâ, vniuersalia de suis subiectibilibus prædicari nata sunt.

CAP. XXV.

De prædicatione ordinata & inordinata.

Quid sit prædicatione ordinata vel inordinata.

S

Orde autem hæ prædicationes in quibus aliquid quinque prædicabilium de suo subiectibili dicitur, à recentioribus ordinatæ nominantur, & secundum veritatem solæ ordinatæ sunt, quasi in quibus naturalis ordinis correspondentia obseruatur. Cæteræ verò, aut ordinem prædictum perturbantes sunt, aut male commutantes, quas proinde inordinatas contra ordinem appellant, cum videlicet subiectibile contra naturalis ordinis correspondentiam de suo prædicabili dicitur, utpote species de genere, aut indiuiduum de specie aut species vel genus de differentia constituyente, aut species de proprio quod ipsam consequitur, aut subiectum de eo, quod ipsi inheret accidenti. Vt si dicamus, animal esse hominem, hominem esse Petrum, &

LIBER I.

tionale esse hominem, risibile esse hominem, & nigrum esse egyptum. ¶ Et sicut cum ordinata prædicatione genus de specie, aut eius indiuiduis dicitur, prædicatione non solent vocare primi prædicabilis, id est, generis, quatenus genus est, eam verò que est speciei specialissimæ vocare solent: prædicationem secundi prædicabilis, id est, speciei quatenus species est. Differentie autem de specie constituta aut ipsius indiuiduis prædicationem, prædicabilis tertii, id est, differentie quatenus differentia est, atque ita & de proprio & accidente proportionabiliter: sic per contrarium, quoties ordine perturbato species de genere dicitur, prædicationem rectè vocant inordinatam, contra ordinem prædicabilis primi. Contra enim naturalem generis ordinem est, quod suæ speciei in prædicatione subieciatur. Cum vero indiuiduum de specie dicitur, prædicatione est inordinata contra ordinem prædicabilis secundi, id est, contra naturam speciei, cui magis conuenit secundum naturalem ordinem de indiuiduo prædicari, quâ ei subieci. Atque ita proportionabiliter in reliquis. ¶ Sic enim in his prædicationibus ordinis est perturbatio, & inordinata sunt omniacum id quod secundum suæ significationis natura subiectibile est prædicatur, quod autem prædicabile est subieciatur: quomodo in regimine agitur, cum is qui seruus natus est perturbato nature ordine, dominatur: qui verò liber & rex natus est, e contrario subieciatur. Vt enim hic regni, ita illic prædicationis est perturbatio, contra iustum ordinem.

Prædicatione inordinata contra ordinem.

CAP. XXVI.

De prædicationibus identicis, & per accidens.

N

Nullumquam verò prædicationes sunt que dicuntur, & sunt, non contra ordinem vilius prædicabilis: sed præter omnem ordinem, hoc est, proprius absque ordine. Illæ nimirum, in quibus nec vniuersale prædicatur de suo subiectibili, nec e contrario subiectibile de suo prædicabili. In his enim nullus ordo neque rectus neque commutatus potest inueniri, ita vt etiam si veritas extremas: non inuenias tamen prædicationem ordinatâ. Diuiditur autem hæc prædicatione inordinata præter ordinem, in prædicationem identicâ, per accidens & extrinsecâ. ¶ Prædicatione identicâ appellatur, in qua idem prædicatur de seipso. Vt cum dico, Ioannes est Ioannes, hic homo est hic homo, Marcus est

Prædicatione identica.



Tullius, Gladius est ensis, hic homo est Ioannes. Nihil enim refert, sine indiuiduo prædicatur de seipso, sine vniuersale. Neque refert, si vocabula sint diuersa, modo significatio sit eadem. Huiusmodi prædicationes manifestum est præter ordinem esse: quoniam nullus est ordo rectus eiusdem ad seipsum, quantum ad prædicationem atinet. ¶ Prædicatio per accidens dicitur, quando res per prædicatum significata, principaliter non est in re significata per subiectum, nec e contrario, ambo tamen reperiuntur simul in eodem tertio. Verbi gratia, cum dicimus, album est dulce, manifestum est nec dulcedinem esse in albedine, nec albedinem in dulcedine (que sunt res per extrema prædicationis illius principaliter significate) sed ambe simul in eodem tertio inveniuntur, neque in laete. Sic per accidens dicimus, calidum esse siccum, frigidum esse humidum. Non enim calor est in siccitate, nec e contrario siccitas in calore, simul tamen in eodem igne inveniuntur. Ita non est humiditas in frigiditate, neque hæc in illa, sed ambe sunt in eadem aqua. ¶ Hæc autem prædicatio: quoniam latè pater, & eius cognitio est philosopho admodum necessaria (cuius est vbique ea quæ per se ab his quæ per accidens diligenter separare) idcirco pauculas ad eius cognitionem hoc in loco regulas dabimus. Prima hæc est, Quando aliquis terminus consertius nouem vltimorum prædicamentorum vere prædicatur, de simili termino alterius prædicamenti, ferè est prædicatio per accidens. Vt cum dicimus, Quantum est quale, lineatum est coloratum. Pater est quantus. Filius est eruditus. Grammaticus ambulans. Existens in loco est in tempore. Sedens est vestitus. atque ita in alijs. ¶ Signanter adieci- mus ferè, particulam diminuentem & subtrahentem aliquid à generalitate regulæ, quoniam interdum contingit prædicationem esse ordinatam, & non per accidens, in qua terminus concretius vnius prædicamenti prædicatur de alio alterius prædicamento. Vt est in his prædicationibus. Quantum est coloratum. Superficiatum est album. Lineatum est figuratum. Corpulentum est sphericum atque ita in similibus in xta illorum probabilem sententiam, qui dicunt corporalia accidentia immediate in quantitibus subiectari, ac mediante quantitate in substantia. Idem est de his iudicium. Quantum est æquale aut inæquale. Album est simile. Nigrum est dis-

Prædicatio per accidens.

\*\*\*

Prima regula pro prædicationibus per accidens.

simile vbi terminus prædicamenti ad aliquid prædicatur de termino prædicamenti quantitatis vel qualitatis. ¶ Secunda regula. Quando verè prædicatur de se inuicem diuersa accidentia eiusdem prædicamenti sub diuersis generibus aut speciebus contenta prædicatio ferè est per accidens. Huiusmodi sunt istæ. Pater est filius. Dominus est seruus. Durum est coloratum. Album est dulce. Finnum est amarum. Lineatum est numeratum. Percutiens est intelligens. Vestitus est armatus, & alia consimiles. In singulis enim, subiectum & prædicatum sunt eiusdem prædicamenti, sed sub diuersis sunt generibus pater & filius, ambo sub ad aliquid sunt, sed pater est ad aliquid superpositionis, filius ad aliquid suppositionis. Idem est de domino & seruo. Durum & coloratum, ambo sub qualitate sunt, sed durum sub secunda specie, coloratum sub tertia. Ita in cæteris. ¶ Signanter adiecta est excipiens particula, ferè, quoniam interdum regula instantiam patitur. Vt cum dicimus, Corporale est superficiatum, superficies est lineata, secundum eorum sententiam qui dicunt superficiem esse in corporea quantitate vt accidens in subiecto, & lineam si militer in superficie. Verum harum rerum plenior cognitio, ex prædicamenti pendet. ¶ Tertia regula. Quandoque verè vna differentia vniuersalis prædicatur de alia item vniuersali, aut proprio vniuersale de alio simili, prædicatio est per accidens. Exempli gratia. Hæc sunt per accidens prædicationes, Rationale est sensibile. Sensibile est animatum. Animatum est corporeum. In quibus prædicantur differentia communes de se inuicem. Similiter & hæc. Riabile est flebile. Riabile est capax discipline. Rudibile est portatiuum onerum. Mugibile est natum lac dare. Riabile est mobile secūdam locum. Huius regulæ ratio est, quoniam vna natura differentialis nunquam est in alia, cum sit natura differentialis (vt supra declaratum est) omnino simplex & incomposita. Idem consequitur & de natura proprio, quod vnum non sit in alio, sed simul insunt ei sem naturæ specificæ à qua effluunt vt supra dictum est. ¶ Signanter autè dictum est in regula. Quando differentia cõmunis prædicatur de differentia simili, aut proprio cõmune de simili: quoniam (iuxta cõmunem multorum sententiã) quoties differentia cõmunis prædicatur de suo indiuiduo proprio,

„ Secunda regula.

„ Tertia regula.



## DE PRAEDICABILIBVS

est praedicatione ordinata, & secunda praedicabilis. Item & quod proprium commune praedicatur de suo in individuo. Vt cum sic dicitur. Hoc rationale est rationale, hoc sensibile est sensibile, hoc susceptivum disciplinae est susceptivum disciplinae. Dicunt enim, omne in differentiam universalem in conparatione ad suum proprium individuum esse speciem specialissimam, & speciem praedicabilem, similiter & de proprio universali dicunt respectu sui individui.

### CAP. XXVII.

#### De praedicatione extrinseca.

Praedicatione extrinseca.

Radicatio extrinseca est quando res principaliter significata per praedicationem, non est in re ipsa per subiectum significata, nec e contrario, nec ambo sunt in uno tertio, dicuntur tamen de se invicem propter certam aliquam habitudinem rerum significatarum ad invicem. Vt haec sunt extrinseca. Color videtur. Sonus auditur. Odor odoratur. Calor aut frigus tangitur. Lapis intelligitur. Caelum consideratur. Manifestum est enim quod visio, auditio, odoratio, tactio, intellectio, & consideratio non sunt in rebus visis, auditis &c. Sed in ipso homine, qui videt & intelligit. Est autem quaedam specialis habitudo coloris ad visum & visionem, soni ad auditionem, odoris ad odorationem, qualitatis tangibilis ad tactionem, rei intellectae ad intellectionem, nimirum habitudo obiecti ad actum, qui est circa ipsum vel de ipso. Atque ob hanc habitudinem sic de se invicem dicuntur, non ratione mutuae existentiae. Huiusmodi dicuntur esse omnes praedicationes, in quibus praedicantur termini, qui à Dialecticis appellantur secundae intentionis, aut impositionis, de terminis primae impositionis cuiusmodi sunt pene omnia, quae definiuntur in scientiis sermocinabilibus, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Vt cum dicimus. Ioannes est nomen. Amo est verbum. Amans est participium. Homo currit est propositio. Animal est genus. Homo est species. Petrus est individuum. Homo est secunda substantia. Petrus est prima substantia. Et quia hoc in loco oportune se nobis offert commoda occasio de terminis primae & secundae intentionis suae impositionis tractandi, operam praecium nobis visum est eorum differentiam hic proferre, idque non nisi ex

## LIBER I.

39

Sententia Severini Boetij inter commentatores Aristotelis fidelissima. Cuius haec est super ea re sententia. Primum omnium rebus ipsis singulis ad arbitrium imponentium fuisse imposita nomina, ut substantiae, quae est homo, suam est nomen assignatum, & illi quae est equus suum item peculiare quo appellaretur vocabulum. Ipsi quoque rerum accidentibus, quae & ipsae res sunt accidentales, sunt imposita sua nomina, ut accidens illud secundum quod dicitur homo quantus, diceretur quantitas: ut qualitas illa, quae visibilem facit substantiam, appellaretur color, atque ita in caeteris: ut operationes quae substantiis conveniunt, distinctis quoque vocabulis nominarentur, per huiusmodi vocabula, calefacere, frigefacere, agere, pati, percutere, secare, indurare, emollire, item ut habitudo ipsa ex parte rei inter substantiam generentem & genitam exprimeretur nominibus patris & filij, habitudo imperantis & subditi per nomina domini & servi, atque ita in caeteris omnibus habitudinibus, quae ex parte rei in ipsis rebus inveniuntur. Haec proinde omnia dicuntur vocabula primae intentionis, vel impositionis, quoniam haec prima fuit intentio, & hoc primum fuit studium impositoribus, ut rebus ipsis & substantiis & accidentalibus singulis singula inderent vocabula.

Postea vero quam huic primae intentioni fuisset satisfactum, & prima illa impositio circa res fuisset perfecta: animadvertum est inter vocabula illa primae impositionis, ex parte significationis acceptae per primam illam impositionem, quaedam cum se invicem convenire, alia differre, non secundum aliquod ex parte rei existens, sed secundum vim & usum significationis acceptae. Animadvertum est, quaedam vocabulorum illorum supponi & subterni ex suae significationis iam acceptae proprietate, alia vero substractis & subiectis apponi, omnia nimirum nomina apta esse ad subsciendum, non per se ad praedicandum, contra vero verba esse apta ad praedicandum per se, non ad subsciendum. Animadvertum est, quaedam vocabula ex impositis esse generalia valde, & multis etiam speciebus diversis convenire, alia non nisi unius speciei individuis, haec ergo fuit secunda impositorum intentio & studium subsequens, ipsis quoque vocabulis iam ante pro arbitrio effectis nova inderere vocabula, quae iam non rerum foris existentium, sed ipsorum tantum vocabulorum, ex parte acceptae si-



## DE PRAEDICABILIBVS.

gnificationis essent nomina siue vocabula. Vnde ex hac secunda intentione, cōsulto impositores illa vocabula, quae subiecti per se nata sunt, non per se praedicari, nomina decretiue appellanda: illa autem quae praedicari de aliis non subiecti nata sunt, essent verba. Item vt illa vocabula quae inueniuntur et accepta significatione de multis speciebus praedicari, dicerentur genera: quae autem solum de singularibus vnius speciei, dicerentur species: ipsa autem singularia quae de nullis subiectis possunt praedicari, dicerentur individua. Ita in ceteris potest declarari. ¶ Ecce habes intentionem secundam quae postea resequuta est, & quasi e priori enata. Ab illa enim ad hanc profecta est humani animi sagax industria, & praesumptio hanc illam. Hoc scilicet est dici vocabulum primae intentionis, id est, circa quod ac similia primum versata est imponentium intentio. Hoc est vocabulum primae impositionis, quod in illa prima repositio est institutum ad suam rem significandam. Secundae autem intentionis vocabula sunt, circa quae non primum studium primaque attentio & intentio imponentium fuit, sed postea ex prima impositione facta, excitata est impositorum intentio ad ipsa quoque postea resequuta significatione destinanda. Et haec sunt impositionis secundae vocabula, quae in illa secunda impositione post prima resequuta, suae significationi sunt deputata. Haec est vera & indubitata super praedictis Boetij sententia, quam nos iccirco prolixius declarauimus, quoniam pulchra est consideratio, sed capto satis difficilis, vt fere sunt (iuxta proverbium) difficultia quae pulchra. Haec autem vocabula secundae impositionis siue intentionis, non significant res ipsas foris existentes, nec substantias, nec eorum realia accidentia, sed tantum habitudines quasdam & comparationes siue relationes intellectus humani, quas proinde relationes rationis appellare solent: quae non in ipsis sunt rebus, sed tantum in intellectu humano. Quod ita euidenter monstratur. Quod enim vox homo dicatur nomen & non verbum, quod vox homo sit species & non genus, quod rationale differentia & non proprium, manifestum est non esse ex parte alicuius rei vel realis proprietatis, in ipsa voce realiter inexistens. Nam si nulla omnino circa vocem illam fiat mutatio realis, ex solo arbitrio hominum poterit fieri, vt vox illa homo sit genus & non

## LIBER I.

40

species: contra, animal fiat species, & non genus, rationale, proprium & non differentia: risibile, differentia & non proprium. Videlicet voce intacta & inuariata permanente, tantum ex suo arbitrio, homines autoritate praecellentes in lingua Latina, decernunt vocabula, homo & animal, permutare exaunc significationem: item rationale & risibile, vt quod haecenus laicus significauit animal, post hac significet homo, & e contrario: quod haecenus rationale, post hac risibile: procul dubio ex hac tantum mutatione humani arbitrij sine vlla sui mutatione, iam erit homo genus animal species, rationale, proprium, risibile differentia. Velint quoque homo iam significare, quod haecenus amo significauit & e contrario, statim erit vox homo sine sui reali mutatione verbum, & coniugabitur per personas homo, homas, homare. Amo autem nomen erit, & declinabitur amo amonis amoni. Patet ergo, quod nullam realem proprietatem vel accidens vllum realiter inexistens ipsis rebus significant termini secundae impositionis. ¶ Ex quo deinde manifesto consequo inferitur, quod in principio huius capitis diximus, praedicatibiles illas in quibus praedicantur termini secundae impositionis de terminis primae impositionis esse extrinsecas. Videlicet in propria est ratio: quoniam quod per praedicatum significatur, non est in illo quod per subiectum significatur in ipso, videlicet vocabulo pro quo est in tali praedicatione semper subiecti acceptio. Terminus enim primae impositionis (vt est regula Dialecticorum) qui subicitur respectu praedicti, quod est terminus secundae impositionis, non illic accipitur pro ipsa re, ad quam significandam ex primata impositione est impositus, sed pro ipsomet vocabulo, quatenus est significatiuum talis rei.

## CAP. XXVIII.

¶ De differentia quinque praedicabilium secundum diuersos modos praedicandi.

Differentia autem quinque praedicabilium, tametsi ex praedictis satis colligitur, placet tamen hic breuiter eam repetere. Sciendum itaque est genus & speciem differre secundum subiectibilitatem diuersitatem, nimirum quod genus praedicatur de specie differentibus, species vero de solis nune



## DE PRAEDICABILIBVS.

ro differentiabus: ceterum, ipse praedicandi modus, quo hec etiam de numero differentiabus, illud de differentiabus specie praedicatur, idem est, nempe in eo quod quid est, in responsione ad interrogatum signum quid. In reliquis autem, ex ipso praedicandi modo potissimum accipienda est differentia. Habet enim genus & species alium modum praedicandi, quam habeat differentia, alium quam proprium, alium quam accidens: differentia item alium habet a genere & specie, utque a proprio & accidente: faciuntque hi modi praedicandi, ordinatas praedicationes diuersi generis. ¶ Genus enim & species quoniam ad interrogationem quid est respondetur de subiectibilibus, praedicationes faciunt, quas (licet confusio, tamen ad rem significandam apto satis vocabulo) vocat Dialectici quidditatuas. In illis enim, subiecti quidditas, id est, quod sit exprimitur, ut in superioribus factum est dilucidum.

¶ Differentia vero non praedicatur quidditativa praedicatione, quoniam non ad interrogationem quid est respondetur, neque quid res sit exprimit, sed praedicatur in eo quod quale quid est, neque quomodo habet quale, sed essentialiter atque iccirco praedicationem essentialem facit & qualitatiuam, ut rebus secundum necessitatem accommodemus apta vocabula. Potestque hae differentia de suo subiectibili praedicatione, essentialiter qualitatiua, vel essentialis & qualitatiua nuncupari. Indicat enim de re, qualis essentialiter existat: & essentialem ipsi qualitatem (ut sic Porphyriano more loquamur) assignat.

¶ Proprium autem, neque quidditatuam facit praedicatione: quoniam non in eo quod quid est praedicatur: neque essentialem: quoniam non essentialiter de subiecto praedicatur, qualitatiuam tamen facit, sed accidentalem, id est, non essentialem, necessariam tamen. Unde praedicatione proprii de suo subiecto, accidentalis & necessaria recte nuncupabitur, sic accipiendo accidentaliter large, ut valeat, non essentialiter. Indicat enim proprium, qualis sit res necessario, & non essentialiter.

¶ Nouissime autem omnium accidens praedicationem facit contingentem: quoniam videlicet subiecto praedicatum conuenit contingenter, ita ut adesse possit & abesse praedicari & negari. Indicat enim de re qualis sit contingenter. His vero de praedicabilibus ita determinatis & assignatis per singula, finem huic imponamus tractatui, ad omni-

## LIBER II.

41

potentis Dei gloriam, qui sua prouidissima aeternae sapientiae dispositione sic res terumque naturas apusimo digessit ordine, ut quicquid de vniuersa rerum natura cogitari possit, id sub quinque vocum determinatione possit comprehendere. Ipsi honor & gloria in saecula saeculorum, Amen.

## LIBRI SECVNDI CONSIDERATIONIS DIALECTICAE, QVI de praedicationis inscribitur.

### PRAEFATIO.

Infinite rerum ab optimo maximoque Deo, ad ostentationem immensa potentiae, sapientiae, atque bonitatis suae conditarum, varietatem, quoniam sigillatim non potuit humanum ingenium inuestigare atque pertractare, laboriosa sagacitate infinitatem illam particularium, in pauca aliquot vniuersalia coegit, sub quibus illa omnia, tam multa, tam varia, tam abinucem distantia, saltem generatim concluderet, quae distincte & sigillatim nequisset comprehendere. Haec sunt decem illa prima genera, substantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, agere, pati, ubi, quando, situs, & habitus: ad quorum aliquod necesse est redigi, quicquid in creatis rebus, vel substantiale, vel accidentarium posset reperiri. Propter quod & prima vel generalissima genera appellatur, eo quod ante ipsa non sint alia priora genera, & ipsis subiciantur caetera omnia. Dicuntur quoque categoriae, id est praedicationes, quod ipsa de aliis omnibus generibus & speciebus atque individuis singula de sibi subiectis praedicentur. De his igitur decem primis generibus vniuersali significatione totam rerum infinitatem complectentibus, in praesenti libro sermo instituitur. In quo Aristotelis philosophorum facile principis ordinem atque determinationem praecipue insequimur, quomodo in praecedenti quinque praedicabilium libro Porphyrii potissimum traditionem pro viribus suimus insequuti.



## DE PRAEDICAMENTIS

### CAP. I.

¶ De triplici acceptione termini praedicamentum.

T primum quidem de Categorica siue praedicamenti vocabulo (ne ignoto nomine quis heret) sciendum est, triplici ipsum significatione usurpari. Interdum enim generaliter pro

vocabulo quolibet, quod dicitur siue praedicatur de alio sumitur: vt homo, equus, album, nigrum, curere, tacere dicantur praedicamenta, & in summa quicquid potest de altero praedicari. In quam fere significationem, vocabulo isto vsus est diuus Gregorius, homelia septima dicens, Ioannem Baptistam ad se venientibus respondisse praedicamenta vitae, id est, verba scilicet veritatis & iustitiae. Atque hoc modo omnia vocabula, quae in ordine quolibet praedicamentali ponuntur, praedicamenta dici possunt.

¶ Secundo praedicamentum accipitur pro tota aliqua collectione & coordinatione generum ac specierum, sub vno aliquo genere generalissimo, secundum suum ordinem dispositorum. vt tota illa coordinatio generum & specierum sub genere substantia, quae in libro praedicabilium posita est, dicitur praedicamentum substantiae, videlicet à genere supremo (quod caput est totius collectionis, & quasi primum principium) habens appellationem. Hoc modo accipitur praedicamentum, cum dicitur apud dialecticos, vocabulum aliquod in hoc aut illo praedicamento constitui, id est, in hac aut illa collectione praedicamentali.

¶ Tertio, praedicamentum accipitur specialiter pro ipso quod est summum in aliquo praedicamentali ordine, nempe pro primo tantum & generalissimo genere. Atque in hac significatione sumitur praedicamentum, cum dicitur, Homo est sub praedicamento substantiae, id est, sub illo praedicamento quod est substantia. Sic dicimus substantiam esse, primum praedicamentum, quantitatem secundum praedicamentum, &c. In proposito igitur cum dicimus, librum istum de praedicamentis pertractare, accipiendum est praedicamentum vel secundo vel tertio modo. Triquetrum enim liber iste de primis decem generibus, atque etiam de totis coordinationibus, quarum illa sunt capita.

### CAP. II.

¶ De ante praedicamentis, & primis de æquiuocis.

## LIBER II.

44

Ntequam ad praedicamentorum determinationem proceedat Aristoteles, quaedam praeimitit ad eorum cognitionem, praeparamenta siue praambula quae proxime à rectoribus, non improprie effecto vocabulo, appellata sunt ante praedicamenta, quasi ante praedicamentorum determinationem tradita. Haec sunt definitiones tres, nempe æquiuocorum, vniuocorum, & denominatiuorum, diuisiones duae, & duarum regularum. Quae omnia eo ordine quo ab illo sunt posita, nobis veniunt declaranda, priusquam praedicamentorum aggregationem elucidationem. Definitio igitur æquiuocorum haec est.

Æquiuoca dicuntur, quorum solum nomen est commune, & ratio substantiae secundum nomen diuersa.

¶ Pro cuius definitionis intellectu notandum est, æquiuocum dici dupliciter. Interdum enim dicitur æquiuocum, vocabulum ipsum quod plura habet significata, vel potius significationes plures quemadmodum dictus canis habet plures significationes, quarum vna significat animal domesticum, quod latrando domum seruat, altera caeleste sydus illud, quod se perdet ardor in diuocis exurit segetes, vnde canicularis dies vulgo appellatur. Quas duas significationes nemo dubitat esse diuersas.

Interdum vero æquiuocum dicitur ipsum significatum, & æquiuoca dicuntur ipsa significata diuersa, quae si per idem vocabulum significantur, medianibus diuersis significationibus sine conceptibus. Vt canis domesticus latrans, & caeleste illud extris sydus, æquiuoca sunt comparatione ad vocabulum canis, per quod ambo significantur, medianibus diuersis significationibus aut conceptibus. ¶ Quod signanter adicitur: quoniam non omnia plura significata eiusdem vocis, dicuntur æquiuoca in comparatione ad illam vocem, sed oportet plura illa significata secundum diuersas significationes, aut diuersos conceptus significari. Homo namque & equus diuersa sunt significata vnius termini animalis, non tamen æquiuoca sunt, sed vniuoca: quoniam licet plura sint significata vnius termini animalis, significantur tamen per illum mediane vno conceptu, vel secundum eandem significationem. Secundum vnam quippe & eandem significationem, & secundum conceptum siue cogitatum vnum

Definitio  
æquiuocorum.



genus animal, significat hominem, equum asinum, & omnes species. ¶ Interdum itaque æquiuocū dicitur ipsa dictio plures habens significationes, interdum verò ipsum significatum quod per dictionem talem significatur. Ad quarum duarum acceptionum distinctionem, recentiores non incommode efficitis vocabulis, prius appellant æquiuocum æquiuocans, id est, æquiuoce plura significans: posterius dicunt æquiuocum æquiuocatum, id est, æquiuoce significatum. ¶ Hoc præmissis, ad elucidandam Aristotelis suprapositam definitionem accedamus. Quæ licet possit & æquiuocantibus & æquiuocatis citra absurditatem, suo modo applicari, commodius tamen de æquiuocatis intelligitur hoc modo. AEquiuoca æquiuocata, dicuntur alienius vocabuli plura aliqua significata, quibus solum nomen æquiuocans commune est, per significationem atque etiam per prædicationem, sed ratio substantiæ secundum illud nomen est diuersa, id est, licet idem nomen plura significet, & de illis prædicetur, nõ tamẽ secundum eandẽ rationẽ, vel secundũ eundẽ conceptũ essentialẽ, vel secundum eandẽ definitionẽ substantialem. Exẽpli gratia, canis latrans in domo, & canis æstiuans in celo, plura sunt significata, quibus vnum nomen canis in significando, atque etiam in prædicando, cõmune est. Dicitio siquidem canis virumque significat, & de vtroque prædicatur. Verũtamen solum nomen cõmune est illis, ita quod non est communis ratio substantiæ, sed diuersa, quia non secundum eandẽ significationem, canis virumque significat, nec mediante eodẽmque conceptu, sed medianibus diuersis significationibus, & conceptibus. Ideo plura illa significata, dici debent æquiuoca æquiuocata, cõparatione ad terminum canis, æquiuoce illa plura significata. ¶ Per rationem autem substantiæ, quidem intelligitur conceptum substantialem siue essentialẽ, alij definitionem essentialẽ, vel (si desit definitio) descriptionem. Et vtrunque ferẽ in idem redit. Siquidem adinuicem connexa sunt, diuersus conceptus & diuersa definitio: vt si terminus aliquis plura significet medianibus diuersis conceptibus, etiam de eisdẽm dicatur, secundum diuersas rationes, siue definitiones: cõtra vero, si mediante vno conceptu essentiali, etiam mediante vna definitione essentiali. Exẽpli gratia, animal mediante vno essentiali cõceptu, significat hominem, equum, asinum, &

\*\*\*  
Ratio substantiæ.

idcirco de omnibus illis etiã secundum vnã rationem siue definitionẽ essentialẽ prædicatur. Homo enim est animal quia corpus animatum sensibile: equus itẽ est animal, quia corpus animatum sensibile: atque ita in reliquis. Cõtra vero terminus canis, quia secundũ diuersas significationes, aut medianibus diuersis cõceptibus significat sidus vrens & latrans animal, idcirco non secundum vnã definitionem vel rationẽ de vtroque dicitur. Si enĩ quæras, quare sidus celeste illud canis dicatur, non eadem assignabitur ratio, ac si quæretur de latrante animali, sed longe diuersa. Nihil itaque aut perparum refert, siue per rationem substantiæ, in hac definitione æquiuocorum, atque item in illa quæ sequitur vniuocorum intelligatur conceptus siue definitio. ¶ Si vero de æquiuocis æquiuocantibus cuiquã placeat interpretari suprapositam definitionẽ, ad hunc modũ eã explicabit. AEquiuocata dicuntur vocabula aliqua, quorũ nomen est cõmune, id est, quæ secundum nomẽ sunt cõmunia, pluribus suis significatis, sed ratio substantiæ nominis est diuersa, id est, diuersa ratione significant plura illa, aut de pluribus illis dicuntur. Verum prior expositio commodior, minúsque torta videtur.

Cap. III.

¶ De æquiuoco à casu & à consilio.

St autem duplex æquiuocum, nempe æquiuocum à casu, & æquiuocum à consilio. ¶ AEquiuocum à casu dicitur, quod plura habet significata æque principalia, ita vt non vnũ significet propter similitudinẽ cũ altero, vel relationẽ ad alterum. Sic dicitio canis æquiuocũ est respectu animalis latrantis, & celestis sideris, Sic dicitio Petrus, æquiuoce significat hunc atque illũ. Malus æquiuoce significat arbore pomifera, & malũ nauis. Polypus æquiuoce significat piscem & morbum. ¶ AEquiuocũ autem à consilio dicitur, quod plura habet significata, sed vnum principalis, & aliud minus principale, vt pote propter similitudinẽ vel cõparationẽ aut relationẽ ad significatum principale, vt homo æquiuoce significat hominem viuũ, quod est ipsius principale significatum, & hominis imaginẽ depictã, aut sculptam, aut fuscã, quod est significatum minus principale, vt pote quod non nisi propter similitudinẽ imaginis cum viuo homine, secundum lineamentorum protractionem & colorum dispositionẽ, per dictionẽ

AEqui  
uocum.  
AEqui  
uocum  
à consilio.



## DE PRAEDICAMENTIS

homo representatur. ¶ Sic deus prima & praecipua significatione, significat id quod naturam habet divinam, sive quod secundum naturam. Deus est, deinde minus principaliter quod sola estimatione Deus potatur, significat item & eos qui secundum aliquam participationem similitudinis dii appellantur, ut in diis & praepositi populi dii appellantur in sacris literis, eo quod aliqua ex parte Deo vero sint similes, secundum acceptam ab eo potestatem atque autoritatem. Ita sanum principaliter id quod sanitatem in se habet, significat, ne pro ipsam animal quod in se habet sanitatem. Minus autem principaliter significat id quod sanitatis est effectus, quo modo: medicinam dicimus sanam, atque etiam id quod est indicatum sanitatis, quomodo vinum dicimus sanum. ¶ Ratio autem harum appellationum, secundum quam distincte, priora æquiuoca vocentur à casu, ista posteriora à consilio, hæc est: quoniam id quod plura habet significata æque principalia, quorum non alterum propter similitudinem cum altero, vel relationem ad alterum significat, manifestum est casu & fortuito nactum esse plures illas significationes, nimirum quod casu obtigerit idem vocabulum pluribus accommodari significationibus. Quod verò plura habet significata, sed alterum tantum propter similitudinem cum altero, vel comparationem ad alterum, manifestum est, id non casu sic obtigisse, sed ex consideratione, iudicio, & consilio hominum, qui considerantes similitudinem huius cum illo, eodem nomine iudicant appellandam similitudinem, quo ipsum præcipuum cuius est similitudo. Ut si detes statuaem Cæsaris similitudinem habere in lineamentis, atque habitus apparatus exteriori, cum viuo ipso Cæsare, statuaem appellat Cæsarem. ¶ Appellatur quoque istud æquiuocum à consilio alio nomine analogum quasi secundum relationem aut comparationem plura significans. Verumtamen non dicitur dictio aliqua analogum, nisi respectu significati alicuius minus principalis. Ut verbi gratia, homo non dicitur analogum respectu hominis viui, quoniam non ipsum significat per relationem aut comparationem, sed per propriam impositionem. analogum autem dicitur respectu hominis picti, quoniam non ex propria & primaria impositione, sed ex similitudine & comparatione significat. A æquiuocum tamen à consilio dicitur, respectu amborum significatorum alterius principalis, & alterius minus principalis.

## LIBER II.

44

### CAP. III.

¶ Tres ponuntur de æquiuocis regulae.

¶ De his autem æquiuocis tres solent poni regulæ, quarum prima & tertia omnibus generatim conueniunt, secunda tantum æquiuocis à consilio sine analogis.

¶ Prior hæc est.

De æquiuoco primæ regula.

Nullum æquiuocum ut æquiuocum, potest constitui in vilo prædicamento, neque vlla definitione potest definiri, neque diuisione diuidi.

¶ Huius dicti ratio est, quia æquiuocum ut æquiuocum nihil vnum significat, sed plura indeterminate. Oportet autem determinate vnum habere significatum, quod debeat in prædicamento constitui, aut definitione aliqua definiti, aut diuisione diuidi. Quod intelligi debet de diuisione proprie dicta. Nam impropria diuisione posset eandem diuidi in canem latrantem, & sydus celeste. Verum hæc potius enumeratio est significationum terminum æquiuoci, quam ipsius diuisionis.

¶ Signanter dicitur æquiuocum ut æquiuocum, non posse in vilo prædicamento & e quomam æquiuocum secundum vnam significationem consideratum, recte in prædicamento constitui, & definitur, & diuiditur. Sic enim non ut æquiuocum consideratur, sed ut vniuocum.

Secunda regula.

¶ Secunda regula.

Analogum per se positum stat pro suo significato famosiori.

¶ Hoc est, pro significato præcipuo & primario accipitur, & pro eo vno verificatur id quod dicitur. Dicitur autem per se pro analogum, id est, æquiuocum æquiuocans à consilio, quando non additur ei dictio alia quæ ipsum trahat ad significatum minus principale, aut quæ ipsum indicet pro minus principali accipi. Exempli gratia, dictio Cæsar, cum dico, Cæsar est longus sex pedes. Cæsar agit Romæ, per se ponitur, quoniam non additur ei aliqua particula, distrahens ipsum ad significatum alterum minus principale, sed in sua consistit li-



bertare. Ideo pro suo significato praecipuo sine haestitatione accipitur. Cum autem dico, Caesar sculptus, pictus, fufilis, aut fufilis: item Caesar terreus, vel aureus, vel argenteus, vel huiusmodi aliquid, manifestum est per aliquam illarum adiectio- num distrahi terminum a significato praecipuo ad secundarium & minus principale. Facile enim quilibet intelligit, illic non de vero Caesare, sed de eius imagine fieri sermonem.

¶ Tertia regula.

Tertia re-  
gula.

**A Equiuoco non debet esse vsus in di-  
sciplinis, nisi fuerit distinctum.**

¶ Hoc est, nisi prius fuerit indicatum, pro quo significato de-  
beat accipi. Cuius ratio est: quoniam aequiuocum indistin-  
ctum (vt recte dici solet) confusionem parit. A disciplinis au-  
tem omnis confusio longe arcenda venit, vtpote in quibus om-  
nia conuenit esse quam ordinatissima, minimeque pertur-  
bata. Qui enim confusio & perturbationi reru vocumque  
student, hoc costat, no bonae disciplinae, sed sophisticae cauilla-  
tionis esse studiosus. Haeten° de equiuocis aequiuocantibus, &  
aequiuocatis a casu ite & consilio. Nunc ad vniuoca pergami.

CAP. V.

¶ De definitione vniuocorum.

Definitio  
vniuoco-  
rum.

**Niuoca dicuntur, quoru & nome**

**V est commune, & ratio substantiae  
secundum nomen est eadem.**

¶ Huius definitionis intellectus, magna ex parte haberi po-  
test ex supraposita & declarata definitione equiuocoru. Se-  
cundum coparationem naque omnia sic dicenda sunt de vniu-  
ocis, quaedam odum illic de equiuocis diximus. Quomodo  
enim equiuoca diximus aequiuocata vel aequiuocata, sic vniu-  
oca dicimus vniuocantia vel vniuocata. Vniuocum quippe  
vniuocans est dictio vniuocae plura significati. quae mediante  
vno essentiali conceptu plura significat, aut secundum vnam  
orationem siue definitionem essentialem de pluribus praedi-  
cari potest. Vt animal genus est vniuocum respectu omniu spe-  
cietum suaru, quas oes mediante vno conceptu essentiali si-  
gnificat, & de quibus omnibus secundu vnam essentialem ra-

tionem siue definitionem praedicatur. Homo enim est ani-  
mal, quia corpus animatum sensibile, & eadem ratione est e-  
quus, animal, & item asinus, atque ita in reliquis. Vniuocata  
vero dicuntur ipsa plura, significata, quae sic per vnum voca-  
bulum mediante vno conceptu essentiali significatur.

¶ Ex his facile est, supradictam Aristotelis definitionem ex-  
ponere in hunc modum. Vniuoca vniuocata dicuntur plura  
aliqua significata quorum est vnum commune nomen vniu-  
ocans, id est, quae per vnum aliquod vocabulum vniuocans si-  
gnificantur, & non solum nomen est illis commune, verum  
etiam ratio substantiae secundum illud nomen est eadem, id  
est, mediante eodem conceptu essentiali, per illud nomen si-  
gnificantur, vel secundum eandem rationem siue definitio-  
nem essentialem. De eis praedicatur illud nomen. Quid autem  
sit ratio substantiae, patet ex dictis circa declarationem defi-  
nitionis aequiuocorum. ¶ Signanter vero in definitione di-  
citur, quod ratio substantiae secundum illud nomen commu-  
ne, debeat esse eadem: quoniam ad rationem vniuocorum no  
sufficit qualibet rationem esse communem, sed oportet rationem  
substantiae esse cum nomine communem, id est, oportet voca-  
bulum illis significatis pluribus conuenire secundum eundem  
conceptum essentialem, vel secundum eandem definitionem essen-  
tialem. Homo enim & equus non possunt dici vniuoca a res-  
pectu albi: attamen homo & equus habent nomen albi sibi  
commune, siue per praedicationem dicendo homo est albus,  
equus est albus, siue per significationem & conceptum, quo-  
niam albam generali significatione omnia illa in quibus est  
albed, significat. Verum non est illis, secundum nomen istud  
ratio substantiae eadem. Nam ratio albi non est homini & e-  
quo substantialis, sed tantum accidentalis.

Exponi-  
tur defini-  
tio.

CAP. VI.

¶ De quibusdam ad cognitionem denominatiuorum spe-  
ciantibus.

**R O intellectu definitionis denominatiuorum  
quam subsequenter ponit Aristoteles, praemitten-  
da est differentia quam ponunt Dialectici con-  
formiter ad communem vsu & modum loquen-  
di, inter terminos concretuos siue concreta, &  
terminos abstractiuos siue abstracta. Terminus concretus si-**

\*\*\*



DE PRAEDICAMENTIS

Quid sit concretum.

ve concretum, dicitur vocabulum quod de subiecto aliquo per semetipsum accidentaliter praedicatur. Huiusmodi sunt nomina aut verba, quae a Grammaticis adiectiua appellantur, ut albus, niger, doctus, sedere, currere, &c. Haec enim de subiectis per semetipsa praedicantur accidentaliter, dicendo, Petrus est, albus, niger, studet, currit. Dicitur autem de praedicatione accidentali, quoniam proprie non dicitur terminus concretius ille, qui solum essentialiter de aliquo praedicatur. Ut homo licet praedicetur vere de hoc homine & illo, non proprie tamen concretum dicitur, licet aliquando sic minus proprie dicatur. ¶ Terminus autem abstractiuis sive abstracti dicitur vocabulum significans aliquam formam accidentalem subiecto alicui inexistentem: per semetipsum tamen non potest de illo subiecto vere praedicari, sed tantum mediante altero termino adiectiuo sive coeuetiuo: ut albedo, nigredo, sensio, cursus & huiusmodi infinita. Significant enim ista nomina formas accidentarias inexistentes suis subiectis. Attamen non per semetipsa possunt praedicari de subiectis illis, quibus insunt res per ea significata: Non enim vere quis dixerit, Petrum esse albedinem, aut nigredinem, cursum aut sessionem. Sed mediante aliis terminis adiectiuis debent ista praedicari, dicendo, Ioannem esse album vel nigrum, sedere, vel currere. ¶ Inter haec autem abstracta & concreta est quaedam conuenientia, & quaedam differentia. Siquidem abstractum & suum concretum in principali significato conueniunt, sed in minus principali differunt. Abstractum enim ipsam formam accidentariam nudam representat, concretum vero formam quidem illam principaliter significat, non tamen nudam ipsam, sed cum ipsa simul subiectum cui inest, quoniam ipsam formam tanquam inexistentem subiecto significat. Exempli gratia, terminus albedo, nihil nisi puram formam accidentariam in suo conceptu representat, album vero, principaliter quidem significat illam formam accidentariam, sed circa subiectum eam determinat quod non facit terminus albedo, id est, significat formam illam tanquam subiecto inexistentem, sicut minus principaliter & secundario ipsum subiectum significat. ¶ Atque hinc procedit, quod terminus abstractiuis per semetipsum vere non possit dici de subiecto, cui tamen res per ipsum significata vere & realiter inexistit. Nimirum quia tan-

Quid sit abstractum.

Differentia inter concreta & abstracta.

LIBER II.

tum formam significat, non etiam subiectum. Nullus autem terminus potest vere praedicari de eo quod in suo conceptu non significat. Terminus autem concretius, quia in suo conceptu subiectum significat, tanquam id quod in se formam accidentalem habet, ob hoc recte quoque per semetipsum, & vere potest praedicari de subiecto. ¶ Atque ex his facile est intelligere rationem huius appellationis, quare videlicet concreta, & abstracta appellantur. Nimirum abstracta dicuntur eo quod significant formam nudam & quasi abstractam a subiecto, ita ut ipsum non simul cum forma significant. Concretum vero dicitur, eo quod subiectum concernat, simulque subiectum cum forma representet, & in suo conceptu velut coniungat atque commisceat, nempe uno conceptu suo significans & formam, ut inhaerentem, & subiectum, ut in se eam continent. Haec etiam ratione videntur a Grammaticis nominata esse adiectiua, verba vel nomina, quod videlicet significet formam accidentariam tanquam adiacentem rei, sive quatenus rei inexistit. ¶ Haec autem quae diximus sic appellari concreta vel adiectiua vocabula. Aristoteles in praesente definitione vocat paronyma, id est, denominatiua, eadem utique ratione nimirum, quod secundum huiusmodi vocabula debeat fieri denominatio subiectorum, & quod ipsa denominationem suam, qua subiectum denominant, habent a nomine abstracto, id est, a re per ipsum significata. Forma enim accidentaliter in subiecto existens, ipsum semper aliquale denominat, dans ei esse quoddam accidentarium: quae quidem denominatio cum non possit apte vereque fieri per nomen abstractum, necesse est, eam fieri per concretum sive denominatiuum. Ut iustitia in Petro existens, ipsum denominat appellarique facit non per abstractum nomen iustitiam, sed nomine concreto iustum. Petrum namque habentem in se iustitiam, non denominamus iustitiam, sed iustum: ita cum in quo est actio vel passio, cursus vel sessio, denominamus ab huiusmodi formis accidentariis agentem, patientem, currentem, sedentem, non actionem passionem &c.

Concreta & abstracta quare sic appellantur.

¶ Vnde pro dictorum clariori notitia, ac post explicandae definitionis faciliori intelligentia, tria hic adinuicem pertinentia, & velut coherentia, sed abinuicem distincta assignamus, nempe, Denominans, denominatiuum, & denominatum.



Quid sit  
denominans  
denominatum  
& denomi-  
natum.

Denominans appellatur ipsa forma accidentaria, quae subie-  
ctum denominat aliquale, ut albedo, cursus, & huiusmodi.  
¶ Denominatiuū, dicitur ipsum vocabulum quo mediante fit  
denominatio, ut iam dictum atque declaratum est.  
¶ Denominatum verò dicit ipsum subiectum, quod à forma  
denominante secundum vocabulum denominatiuum deno-  
minatur aut appellatur tale vel tale. Exempli gratia, Humili-  
tas est denominans, humilis est denominatiuum, homo est de-  
nominatum, quia ab humilitate homo denominatur humilis.  
¶ Denominans vero & denominatum possunt indifferentes  
dici res vel termini. Ipsa namque forma accidentaria in exi-  
stens subiecto realiter, proprie dicitur denominans, vel mi-  
nus proprie ipse terminus qui formam illam nodam signifi-  
cat terminus videlicet abstractiuus. Ita subiectum illud in  
quo realiter est forma, proprie dicitur denominatum, vel mi-  
nus proprie terminus ipse subiectum significans. ¶ Denomi-  
natiuum vero non potest dici nisi ipse terminus, quo medi-  
ante fit denominatio, & per quem simul denominans forma cum  
subiecto denominato significatur. His praemis ad explican-  
dam Aristotelis definitionem accedamus quae talis est.

CAP. VII.

¶ Explanatio definitionis denominatiuorum.

Definitio  
denomi-  
natiuorū.

**Denominatiua dicuntur, quaecunque  
ab aliquo solo differētia, casu, secū-  
dum nomen habent appellationē.**

¶ Quam definitionem ita intellige. Denominatiua sunt  
vocalia, quae ab aliquo denominante siue abstractiuo voca-  
bulo, aut ab aliquibus abstractis, differunt solo casu, id est, so-  
la finali terminatione, vel transfiguratione, ita ut in princi-  
pio vocis sint conuenientia: & deinde secundum illud nomen  
habent appellationem, id est, accidentalem habet praedicatio-  
nem, secundum rem per nomen illud, abstractum significatā.  
Haec enim accidentalis praedicatio, in proposito appellatur  
denominatio. Exempli gratia, humilis, superbus, vocabula  
haec sunt denominatiua. Nam à suis abstractis siue denomi-  
nantibus (quae sunt humilitas & superbia) differunt sola

transfiguratione siue terminatione finali, quae in proposito ca-  
sus appellatur. In principio namque conueniunt, neque nisi in  
finali terminatione est differentia. Deinde appellationem ha-  
bent secundum illa abstracta, id est, accidentalem praedicatio-  
nem, secundum res per nomina abstracta significatas, quonia  
humilis & superbus accidentaliter praedicantur de subiectis,  
ratione humilitatis & superbiae, dicendo, iste est humilis, il-  
le superbus.  
¶ Circa quam definitionem aduerte, tri-  
plici distingui solet denominatiua, nempe voce tantum, si-  
gnificatione tantum, voce significatione simul: in proposito  
tamen sola definiuntur denominatiua voce, & significatione.  
¶ Denominatiuū voce tantum dicitur, quod cum aliquo ab-  
stracto habet quidem secundum vocem conuenientiam in prin-  
cipio, & differentiam in terminatione finali, sed non conue-  
nit cum eo in significatione, nec habet secundum rem per ip-  
sum significatam denominationem, siue accidentalem praedi-  
cationem. Ut pugillator est denominatiuum voce tantum,  
respectu pugillatoriae, accipiendo eam ut significet habitum  
artis pugillandi: pugillatorem vero, ut significet naturalem  
potentiam ad pugillandum. Sic enim licet in principio conue-  
niant, & differant in fine, in significatione tamen non conue-  
niant, neque habet concretum appellationem secundum rem  
per abstractum illud significatam. Non enim dicitur quis pu-  
gillator secundum illam significationem ab habitu artis, sed à  
naturalis potentia. Ita somnolentus respectu somni est denomi-  
natiuum voce tantum, quia non dicitur quis somnolentus à  
somno, sed à somnolentia. Sic cursor respectu cursus, est de-  
nominatiuum voce tantum: quoniam non dicitur quis cur-  
sor à cursu, sed ab habitu & arte quae cursoria dicitur. Ita  
quoque in aliis dicendum. ¶ Denominatiuum autem signi-  
ficatione tantum dicitur, quod cum aliquo abstracto conue-  
nit in significatione, secundum rem per ipsum significatam  
habet denominatam praedicatiōem: attamen ab eo non dif-  
fert sola finali terminatione, verumetiam in principio. Ut dor-  
miens est denominatiuum somni secundum significationem:  
quoniam à somno animal denominatur dormiens. Sic pro-  
bus aut sapiens, aut studiosus, est denominatiuum virtutis. E-  
nim qui virtutem habet, dicimus probum, aut sapientem, aut  
studiosum, virtutum autem non dicimus, quoniam vox illa

Denomi-  
natiuum  
voce  
tantum

Denomi-  
natiuum  
significa-  
tione tan-  
tum.



DE PRAEDICAMENTIS

Latinis auribus est incognita. Maxime autem in Graeco idiomate non nisi aerei quod virtutem significat, nullum proprium concretum inuenitur, sed assignatur illi propter defectum spō- deos, id est, studiosus. Denominatiuum autem voce & significatione simul dicitur quod cum aliquo abstracto conuenit in principio, & differt in fine, & insuper secundum rem per illud idem nomen significatam habet denominationem, sicut ut denominet aliud ipsum videlicet in quo fuerit res per abstractum significata, ut album respectu albedinis, somnolentus respectu somnolentiae. Atque haec sola denominatiua in definitione Aristotelis intelliguntur definiti. Denominatiua quippe voce tantum excluduntur a definitione, per secundam eius particulam, eo quod non habeant appellationem secundum illud nomen. Denominatiua autem significatione tantum, abiciuntur per partem priorem: videlicet quia non differunt solo casu ab abstracto. Non enim solo casu, id est, sola finali terminatione differunt, quae etiam differunt in principio.

CAP. X.

De praedicatione aequiuoca, vniuoca, & denominatiua. X praedictis triplex sumitur praedicatione, nempe aequiuoca, vniuoca, & denominatiua. Praedictio aequiuoca est, in qua aequiuocum aequiuoce sumptum, praedicatur de aliquo significatorum suorum. Quae praedictio a disciplinis recitatur, tanquam incommoda ad dicendum vel discendum propter confusionem indistincti vocabuli. Praedictio vniuoca dicitur, in qua praedicatur vniuocum de aliquo suo significato, id est, vniuocans de vniuocato. Ut homo est animal, equus est animal, iustitia est virtus, superbia est viciu. Et vniuocatur, omnis praedictio generis de aliqua specierum, est vniuocaturus speciei de indiuiduis. Adiciunt quoque praedicationem essentialis differentiae de specie constituta, & eius indiuiduis. Praedictio autem denominatiua dicitur, in qua denominatiuum praedicatur de subiecto huius denominato. Ut Petrus est iustus, fortis, bonus, humilis &c. Et vniuocatur omnis praedictio accidentalis de suo subiecto, dicitur denominatiua.

LIBER II.

Adiciunt quoque hi praedicationem propriam de suo subiecto. Ut homo est risibilis. Habet enim etiam proprium, secundum rem per abstractum significatam denominationem, id est, accidentalem praedicationem, si accidentalis praedictio sumatur largius. Haecenus ante praedicamentales Aristotelis definitiones tractauimus, nunc ad diuisiones transeamus.

CAP. IX.

Prima diuisio antepredicamentalis. Eorum quae dicuntur, alia secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione.

Prima diuisio.

Cuius diuisionis sententia est, terminorum quosdam esse complexos sine compositos ex pluribus, quosdam esse simplices, incomplexos, atque incompositos. Terminum incomplexum dicitur, qui ex pluribus dictionibus significatiuis non componitur, ut iustus, superbus, homo, equus, currere, sedere &c. Terminum autem complexum dicitur qui ex pluribus dictionibus significatiuis adiuuicem recte unitis componitur. Ut homo albus, Petrus & Ioannes, Petrus est probus, Ioannes est doctus &c. Signanter dicitur, ex pluribus dictionibus significatiuis, quoniam terminum complexum non facit compositio syllabarum aut literarum, neque etiam dictionum plurium non significantium, sed tantum compositio plurium significantiarum dictionum. Imo neque hoc sufficit ad terminum complexum, quod componatur ex partibus, quae extra compositionem per se sumptae, sunt significantiae sed oportet in illa complexione eas habere significationem. Quod dicimus propter nomina quae appellatur figuratae compositae, quemadmodum corpus animatum, ut pro genere accipitur, respublica, aliaque huiusmodi. Haec enim proprie non dicuntur cum complexione, sed sine complexione: quoniam licet ex partibus componantur per se & separatim, significantibus, illic tamen in compositione illa non significant. In nominibus enim compositae figurae partes nihil significant, sed ex compositione partium resultat una totius nominis significatio. Alioqui si partes accipiantur ut significantes non erit compositum nomen, sed oratio appellari debet. Oportet ergo terminum complexum ex partibus in ipsa complexione significantibus componi.

Terminus complexus.



Signanter quoque dictum est, ex partibus recte adiuuicem vnitas, quoniam terminum complexum non facit multarum dictionum etiam significantium, sine ordine coaccruatio, nisi adiuuicem recte fuerint ordinatae atque cointitae. Nam si dixerit sine coniunctione, homo, equus, hoc Grammaticus, logicus, musicus, complexum nullum terminum habebit, sed multos incomplexos terminos: quoniam non est ibi debita partium vnio. Non enim secundum aliquam Grammaticam constructionem sine compositionem viuuntur. Cum vero adiuuicem plures dictiones secundum aliquam grammaticam constructionem bene viuuntur, inde terminus complexus efficitur. Vt pote cum per coniunctionem adiuuicem viuuntur, dicendo homo & equus, Petrus vel Paulus, vel siue coniunctione ex vi alterius regiminis, ut pote adiectiui & substantiui, dicendo homo iustus. Vel demonstratiui & rei demonstratae, dicendo iste homo, vel possidentis & rei possessa. Dicendo domus petri, vel secundum appositionem coniungendo in eodem casu adiuuicem pertinentia, ut animal homo. Virgo Maria, atque ita in ceteris, quae apud Grammaticos tractantur ex aduersus. Quemadmodum enim non facit aedificium vnu multorum lignorum & lapidum aceruus nisi fuerint partes adiuuicem debito ordine compositae: ita non facit complexum terminum multarum dictionum congeries nisi debito ordine adiuuicem fuerint cointitae.

CAP. X.

De triplici complexo & triplici incomplexo.

¶ Olent autem ad plenitorem huius diuisionis noscitur triplex distinguere complexum, & triplex item incomplexum: nempe complexum voce tantum, complexum significatione tantum, complexum voce & significatione simul: atque item incomplexum voce tantum, incomplexum significatione tantum, voce simul & significatione.

Cople-  
xū vo-  
ce tan-  
tum

¶ Complexum voce tantum dicitur, quod secundum apparen-  
tiam vocabuli ex pluribus componitur dictionibus signifi-  
cantiuis, quae tamen secundum veritatem in illa composi-  
tione significantiae non sunt, sed vnam simplicem signifi-  
cationem: totum habet huiusmodi sunt nomina & verba sic

turae compositae, de quibus iam supra diximus. ¶ Complexum significatione tantum dicitur, quod secundum vocem non habet partes significantias ex quibus componitur, in mente tamen plures habet conceptus adiuuicem cōmactos, & significationem habet cōpositam. Vt cum dico, curro, subintellecto pronome, secundum vocem quidē. Hoc incomplexum est, in mente tamen respondet conceptus pronominis & verbi, ego curro. Ita putant nonnulli de verbis impersonalibus passiuis legitur, docetur, curritur. Videntur enim significatione esse complexa, quoniam legitur tantumdem valet, ac si dicas, lectio fit curritur. fit cursus, docetur, fit doctrinatio. Similiter sentitur, de illis Verbis quae vocantur exemptae, actionis pluit, mugit, tanat, grandinat, &c. ¶ Complexum autem voce & significatione, est quod & in voce & in mente plures habet dictiones significantias adiuuicem compositas, ut homo iustus, vir bonus, Deus viuus. Et de hoc principaliter fit sermo.

Cople-  
xum si-  
gnifi-  
catio-  
nem ita,

¶ Per contrarium vero facile est definire incomplexum voce tantum, significatione tantum, voce & significatione simul. Incomplexum enim voce tantum est, quod secundum vocem non componitur ex partibus significantibus, at tamen in mente est cōpositio, & conceptus respondet compositus. Incomplexum autem significatione tantum est, quod secundum vocem est compositum ex pluribus dictionibus, sed in mente non est compositio, tantumque simplex conceptus toti vocabulo, respondet in animo. Estque omne complexum voce tantum, incomplexum significatione tantum, quemadmodum omne coplexū significatione tantum, est incomplexum voce tantum & contrario. Incomplexo autē voce & significatione simul omnino ex aduerso opponitur complexum voce & significatione simul. Ipsum est quod neque secundum vocem ex pluribus dictionibus componitur significantiuis, neque etiā secundum rem & significationem. Et hoc propriissime incomplexum dicitur. Nihilominus etiā proprie incomplexū dicitur, quod est incomplexum significatione tantum, & incomplexum voce. In proposito namque complexionem maxime reputamus secundum significationem, ita ut vbi significatio inueniatur cōposita proprie dicamus coplexionē: incomplexionem verō, vbi fuerit significatio simplex & conceptus incompositus. ¶ Conducit autem haec diuisio ad distinguendum incomplexa ab incomplexis

Cople-  
xū vo-  
ce, &  
signifi-  
cacione  
Triplex  
incomplexū.



DE PRÆDICAMENTIS

propter ordinem predicamentorum: quoniam (vt maxime habet dialctica) nullò complexum in predicamento aliquo locum habet, intelligendo de complexione secundum significationem. Nam secundum vocem complexio nihil impedit.

CAP. XI.

Secunda diuisio antepredicamentalis.

Secunda diuisio.

**E**orum quæ sunt, alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, alia in subiecto quidem nullo sunt, alia in subiecto quidem nullo dicuntur: alia de subiecto, quodam dicuntur: & sunt in subiecto, alia vero neq; in subiecto sunt, neque de subiecto dicuntur.

Dici de subiecto & esse in subiecto quid

Pro cuius diuisionis intellectu explicandum est, quid in proposito sit, esse in subiecto & dici de subiecto. Possunt autem ista, vel rebus applicare, vel vocibus, sicut & alibi admonuimus, quæ rebus conueniunt, ea & uocabulis suo modo aptari: atque e contrario, quæ de uocibus dicuntur, suo modo rebus applicari. Loquendo de uocibus, dici de subiecto est prædicari essentialiter de aliquo: esse autem in subiecto, est prædicari de aliquo accidentaliter. Vt animal dicitur de homine, tanquam de essentialiter subiecto, & album dicitur de homine accidentaliter, tanquam de subiecto accidentali.

De rebus autem loquendo dici de subiecto est essentialiter esse in aliquo, vel mediante uocabulo de aliquo essentialiter prædicari. Esse uero in subiecto, est accidentaliter esse in aliquo, tanquam in subiecto accidentali, vel mediante uocabulo accidentaliter de aliquo prædicari. Sic natura generica animalis dicitur de homine, & ipsa albedo est in homine.

Ex quo patet, aliter accipi subiectum, cum dicitur prædicari de subiecto: aliter cum dicitur esse in subiecto. Illic enim subiectum intelligitur essentialiter, quod uidelicet in se

LIBER II.

50

aliquid essentialiter continet, tanquam sui partem essentialiter, si de rebus loquamur. Vel uocabulum quod essentialiter prædicacione alicui prædicabili subicitur ut est species respectu generis, indiuiduum respectu suæ speciei, & constituta species respectu constituentis differentie. De quibus in præcedenti prædicabili libro plenius est determinatum. Cum autem dicitur esse in subiecto, intelligitur subiectum accidentale, cui uidelicet aliquid inheret accidentaliter: si de rebus loquamur, vel uocabulum quod subicitur alicui prædicato in prædicacione accidentaria hoc præmissio ita est intelligenda diuisio.

Eorum quæ sunt, id est, inter omnia quæ subsistunt in rerum natura, hæc est quadruplex differentia, ut aliqua dicantur de subiecto aliquo essentialiter, de nullo autem accidentaliter. Alia sint in subiecto aliquo accidentaliter, & accidentaliter prædicantur de eo, essentialiter tamen de nullo subiecto possint prædicari. Alia & prædicantur de aliquo essentialiter, & de aliquo alio (nunquam autem de eodem) accidentaliter. Ultima neque essentialiter de aliquo prædicantur, neque item accidentaliter de aliquo. Hæc autem diuisio quadrimembris omnia complectitur, quæ inueniuntur in rerum natura subsistentia. Omne enim quod est creatum, vel est substantia, vel accidens: & rursum, omnis substantia vel uniuersalis & communis est, vel particularis. Sic ite accidens vel est uniuersale vel singulare: ex quorum adiunctione compositione, ista confurgit quadrimembris diuisio. Sub primo namque membro comprehenduntur omnes substantiæ uniuersales, omnes uidelicet naturæ genericæ & specificæ prædicamenti substantiæ: quæ omnes dicuntur de subiectis, quoniam essentialiter insunt speciebus & indiuiduis sibi subiectis, sed nulla illarum potest esse in subiecto, quoniam nulla substantiæ natura generica vel specifica, potest alicui subiecto inesse accidentaliter, aut de aliquo accidentaliter prædicari. Nihil enim potest dici accidentaliter homo, vel animal, vel substantia. Sub hoc membro comprehendi etiam uidentur, naturæ differentiales, quæ species constituunt. Nam & ipse essentialiter insunt speciebus, quas componunt, & nulli insunt mere accidentaliter, secundum cum modum, quem paulo post dicemus in definitione Aristotelis, qua definit ipse quid sit esse in subiecto. Nihil enim potest assignari quid sit

Exponitur diuisio.

Primum membrum.



Secundum membrum.

Tertium membrum.

Quartum membrum.

DE PRAEDICAMENTIS.

accidentaliter rationale, aut sensibile: sed quicquid tale est, essentialiter tale est. ¶ Sub secundo membro comprehenduntur, accidentia singularia, vt hæc albedo, ista humilitas atque ita in cæteris. Hæc enim in subiecto aliquo sunt accidentaliter, & de eo prædicantur accidentaliter median[te] v[er]bis suis denominatiuis. De nullo autem essentialiter; valent prædicari, neque essentialiter vili inesse. ¶ Sub tertio membro continentur omnia accidentia vniuersalia, vt albedo in generali, virtus, scientia, & similia. Hæc enim communia accidentia, & subiecta habent in quibus accidentaliter inhaerent, & insuper singularia accidentia habent, quibus insunt essentialiter, sicut natura specifica accidentalis est in omnibus suis indiuiduis, id est, singularibus accidentibus illius naturæ. Vel etiam accidentia vniuersalia inferiora habent quibus insunt, vt natura generica accidentalis est in naturis specificis sibi subiectis, vt natura coloris est in natura albedinis, & natura albedinis, in hac atque illa albedine, & in singulis indiuiduis. Sub hoc membro propria communia simul comprehendendi solent, vt risibile, febile, sicut propria particularia ad membrum secundum reducuntur. Sunt enim propria accidentibus similia, vt differentiæ generis & speciei. ¶ Quartum verò membrum habet substantias particulares, siue indiuidua prædicamenti substantiæ. Quæ neque de subiecto aliquo dici possunt essentialiter, cum nihil habeant se inferius de quo possent prædicari. Neque in vilo subiecto possunt inesse accidentaliter, cum æque repugnet substantiæ, esse in aliquo accidentaliter, atque accidentia repugnat, ex sua natura per se subsistere. Ad hunc autem modum enarrata diuisione ac rebus applicata facile est eandem & vocibus eò modo accommodare.

LIBER II.  
Figura ad oculum demonstrans singulorum membrorum prædictæ diuisionis conuenientiam aut differentiam.

Substantia vniuersalis.

Dicitur de subiecto, & nõ est in subiecto.

Accidens vniuersale.

Dicitur de subiecto, & est in subiecto.

Partim conueniunt quia neutrum est in subiecto.

Marine, quia in nullo.

Marine, per in nullo.

Eorum quæ sunt.

Et autem quia conueniunt.

Pugnant, conueniunt.

Partim conueniunt, quia vtrumque est in subiecto.

Substantia singularis.

Neque dicitur de subiecto, neque est in subiecto.

Accidens singulare.

Est in subiecto, & non dicitur de subiecto.

G iij





DE PRAEDICAMENTIS  
FIGURA BOETII.

Substantia      A syltaton.      Accidens

De subiecto dicitur, & in subiecto nullo est.  
Non dicitur neque est in  
Eorum que sunt.  
De subiecto & est in  
In subiecto aliquo est, & de subiecto nullo dicitur  
de subiecto  
dicitur subiecto.

Vniuersale.      A syltaton      Particulare.

Inter substantiam & accidens: ite vniuersale & particulare ponit a syltaton, quoniam simul nequeunt consistere aut conuenire. Inter substantiam autem & vniuersale non ponit a syltaton: quoniam simul constant, item in aliis.

Cap. XII.

Definitio esse in subiecto posita ab Aristotele.  
Vid autem sit esse in subiecto, & quae sit natura eorum quae sunt in subiecto, plenius definit Aristoteles, in hunc modum.

Esse in subiecto definitio.

In subiecto esse dico, quod cum in aliquo sit, non sicut quaedam pars, impossibile est sine eo esse in quo est.

Cuius definitionis hic est sensus, Illud est in subiecto, quod existens in aliquo non per modum partis, neque integralis, neque essentialis, sic ipsi tamen inhaeret & sic in illo sustentatur cui inest, vt separatim extra ipsam subiectum non possit subsistere, sed quam diu est, in subiecto debet sustentari. Quae definitio pulchre explicat naturam accidentis, ipsamque ab essentialibus distinguit. Modum enim describit quo accidens suo inhaeret subiecto, longe differentem a modo, quo essentialis natura inest illi, cuius est. Natura enim essentialis, generica & specifica, atque etiam differentialis, inest rei in qua est, sicut pars ipsius essentialis, nimirum ipsam componens & constituens essentialiter, quemadmodum in priori libro ostendimus naturam genericam esse in speciebus subiectis, specificam in indiuiduis, & differentialem in specie constituta ac subiectis indiuiduis. Accidens vero, dicit Aristoteles, esse in subiecto, non sicut partem aliquam.

Quod tamen ita supplendo exponunt, vt id quod in subiecto est secundum propositum loquendi morem, debeat esse in aliquo, non sicut pars ipsius subiecti, neque etiam alterius vnius quod simul cum ipso constitueret atque componeret, ita vt id quod dicitur in aliquo vt in subiecto esse, non solum non possit ipsum constituere: sed neque cum ipso aliquid vere & substantialiter vnum possit constituere. Quemadmodum iustitia existens in anima, nec est animae pars, nec cum anima aliquid vnum componit. Similiter nec color cum corpore, vt cui subiecto inest. Ex accidente quippe & subiecto nihil proprie vnum constat, sed aggregatione tantum sunt vnum.

Hoc autem ita supplendo exponitur, propter formas



## DE PRAEDICAMENTIS

substantiales, quae non dicuntur esse in materia tanquam in subiecto, cum non sint formae accidentales, sed omnino substantiales. Attamen definitio tota iam posita illis conveniret, si non supplementum illud adiecteretur. Sunt quippe formae substantiales in materia non sicut eius quaedam partes, est quoque impossibile eas esse sine materia vel extra eam, loquendo de omnibus formis substantialibus, sola anima rationali excepta. Verum per adiectivum supplementum illius aperte excluduntur, quoniam sunt formae in materia, tanquam partes eius, quod simul cum ipsa componunt atque constituunt. Si quidem forma cum materia rem naturalem componit, quod verum & propriissimum quidem unum est. Ut verbi gratia, anima rationalis cum corpore humano constituunt hominem, anima equi cum materia constituunt equum, anima vegetativa arboris cum materia, in qua est, componit arborem: atque ita in reliquis, iuxta quod plenius tractavimus, in libris de consideratione rerum naturalium, lib. i. qui inscribitur de materia & forma. Quamvis itaque forma substantialis non sit in materia, tanquam pars eius, non tamen est in ea, ut in suo subiecto, eo quod sit pars compositi, quod simul cum ipsa componit, id est, quia simul cum ipsa aliquid vere unum constituit. Similiter dicuntur & de differentiali natura respectu naturae genericae quam dividit, & contrahit ad certam speciem compositam, iuxta modum in priori libro determinatum, in capite de differentia. Sic enim videtur se habere natura differentialis ad genericam naturam, quam contrahit in constituendo certam speciem cum ea, quemadmodum se habet forma substantialis respectu materiae in componendo cum ipsa unum aliquid suppositum individuale. Unde sicut non admittitur forma esse in materia, ut in subiecto: ita neque videtur concedendum, differentiam esse in genere ut in subiecto. Possit tamen ei definitio dicta recte applicari, nisi adderetur supplementum illud. Est enim natura differentialis in generica, quam dividit & contrahit, non sicut pars aliqua ipsius: cum manifestum sit, genus non componi ex differentiis suis divisionis, sed tantum constituitur. Per praedictum autem supplementum fit, ut ei definitio non possit applicari: quoniam licet ipsa sit in generica natura non ut pars aliqua ipsius, est tamen in ea ut pars eius quod simul cum ipsa componit, nempe speciei quam simul co-

## LIBER II.

53

ipsa constituit, facitque cum ea quid vere unum, nempe specificam naturam. Sic enim in libro precedenti declaravimus, naturam genericam, adveniente natura differentiali, pariter constituere specificam naturam. Quod autem pro secunda definitionis parte subiungit Aristoteles, dicens, impossibile est ipsam esse sine eo in quo est, partis facit ad declarandam naturam eius quod est in subiecto, quemadmodum Porphyrius in libro praedicabilium definiendo accidens, dixit se propter ipsum in subiecto subsistere, id est non posse separatum extra subiectum esse: sed debere quando est, suo subiecto inherere. Cui assipulatur, quod ait in Physicis Aristoteles, Accidentis esse, est inesse: quoniam videlicet sicut de natura substantiae est per se subsistere, ut non possit alteri inherere: ita de natura accidentis, in subiecto aliquo haerere, atque ab illo portari & sustentari. Loquimur in his naturalibus, secundum naturalem tantum potentiam, secundum quam philosophorum dicta (quae rationi inveniuntur non fidei) semper sunt exponenda. Hinc enim edocti sumus, auctori naturae Deo non est impossibile omne verbum, ut posita ipse accidens quod in subiecto est & de subiecto hoc transfundere idem numerum in aliud, & prorsus extra omne subiectum constituere: quemadmodum de speciebus in Sacramento altaris apparentibus, credunt, omnes qui pie & recte credunt, iuxta normam orthodoxae fidei. Partim quoque addita est particula illa, propter excludenda ea quae secundum alios modos essendi in, ab eo de quo nos loquimur diversos, sunt in aliquo. Quae nammodum videlicet vinum in vase est, tanquam locatum in loco, & annulus est in manu, tanquam circumdatus & ornans eum, item res temporales sunt in tempore quo mensurantur. Haec autem non sic sunt in illis, ut in subiectis. Neque tamen per priorem particulam definitionis excluduntur, quoniam locatum est in loco non ut pars quaedam eius, similiter annulus in digito, & res temporals in tempore. Per posteriorem ergo hanc particulam excluduntur, quoniam possibile est illa esse sine his in quibus ita sunt. Potest enim vinum esse sine vase, & annulus sine digito, & res potest esse elapsa hoc tempore in quo nunc est, & quo nunc mensuratur. Pro cuius rei pleniori intellectu, operae pretium fuerit hic paucis annotare octo modos essendi in aliquo, quos in physicis suis Aristoteles in aliquo



enumerat, Primo enim dicitur aliquid esse in alio, vt pars integralis in toto integrali, vt manus hominis in homine. Secundo, totum esse in omnibus suis partibus, id est, in eis & ex eis consistit, quia ex ipsis est compositum, Tertio, species dicitur esse in genere, id est, sub genere: quoniam genus sua commonitate ambit, & intra se complectitur omnes suas species. Quarto genus est in suis speciebus, tanquam pars earum essentialis. Quinto, forma substantialis est in materia quam informat, & accidens in subiecto suo. Inter quae tamen est haec distinctio (vt supra latius declaratum est) quod forma facit cum materia quid vnum, non autem accidens cum subiecto. Sexto, dicitur esse quod esse in causa, secundum virtutem & efficaciam, vt in sole dicitur esse calor. Septimo, dicitur esse rex in regno, secundum auctoritatem, scilicet potestatem, & imperium. Octavo modo dicitur locatum esse in loco, vel contentum in continente. Haec ita paucis diei a sufficiant, pro intellectu antepredicamentaliu divisionum: quarum quae sit utilitas, in subsequentibus sit manifestum.

## CAP. XIII.

De prima regula antepredicamentali.

Ost tres definitiones & duas diuisiones, duas aduersus regulas antepredicamentorum tractatum praemittit, quarum prior haec est.

Prima regula.

Quando alterum de altero praedicatur vt de subiecto, quaecunque de eo quod praedicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur.

Huius regulae sensus est. Quando alterum de altero praedicatur essentialiter, quicquid de illo prius praedicatur essentialiter vt de subiecto potest praedicari, omne illud necessario debet etiam de primo subiecto praedicari. Vt, verbi gratia, animal de homine praedicatur essentialiter, dicendo, homo est animal. De animali vero praedicatur essentialiter corpus animatum, dicendo, animal est corpus animatum. Propter hoc & corpus animatum de homine primo subiecto, debet vtriusque

aque essentialiter praedicari, dicendo, homo est corpus animatum. Signanter dictum est, quando alterum de altero praedicatur essentialiter vt de subiecto, ac deinde iterum repetitur, essentialiter, dicendo quaecunque de eo quod praedicatur essentialiter dicuntur: quoniam non nisi in praedicationibus essentialibus habet haec regula certam veritatem. Id quod manifeste probatur exemplo, illic etiam vbi prior praedicatione essentialis erit. Homo namque essentialiter de Ioanne praedicatur, dicendo, Ioannes est homo. De homine vero praedicatur (sed accidentaliter non essentialiter) humilis, bonus, sanctus, dicendo, homo quidam est sanctus & iustus & bonus. Hinc tamen non licebit inferre, praedicata illa dici de primo subiecto, nempe Ioanne, qui forsitan totus est improbus.

Quaquam autem hoc in loco regulam istam constituens Aristoteles non intenderit argumentationum formam, describere, eo quod hic non sit argumentationum locus, sed tractatus vocum simplicium, certum est tamen, ex vigore & virtute eius validas sumi posse argumentationes, eaque sub duplici forma. Prius quidem (per propositiones, quas vocant neoterici de actu signato) ad hunc modum. Homo praedicatur de Ioanne, & animal praedicatur de homine. consequens igitur est, animal praedicari de Ioanne, vbi que intellige essentialiter. Secundo (per propositiones quas appellant de actu exercito) ad hunc modum, Ioannes est homo, & homo est animal, est igitur Ioannes animal. Intellige item vbi que essentialiter. Sic in accidentibus, humilitas est virtus, virtus est habitus, humilitas ergo est habitus.

Non est tamen bona haec argumentandi forma, sed ratione tantum materiae valent istae iam factae argumentationes: quoniam videlicet ex materia conficiuntur certa, nempe praedicationum essentialium: vbi si alia acciperetur materia, praedicationum videlicet accidentalium, seruata penitus eadem argumentandi forma, male concluderet argumentatio, quemadmodum est supra exemplo monstratum. Si vero modum huius argumentandi volumus ad bonam formam redigere, ita vt ipsa forma argumentandi valeat, quaecunque accepta materia vtpote tam in accidentalibus, quam in essentialibus praedicationibus, nihil opus est nisi secundum praedicationem vniuersalem accipere: ita videlicet vt terminus ille, qui in prima praedi-



catione predicatur de altero, in secunda ubi subiicitur, cum vniuersali signo sumatur. Sic enim erit bona & infallibilis argumentandi formula ad hunc modum, Ioannes est homo, omnis autem homo est animal, est ergo & Ioannes animal. In accidentalibus prædicationibus similiter argumentare. Ioannes est homo, omnis autem homo est iustus ac probus est ergo Ioannes iustus ac probus. ¶ Hanc formam argumentandi ne mentandi retenta, vlla argumentatio mala inueniri, in qua possit antecedens dari verum sine consequente. Hoc etiam seruat, quod si prima propositio fuerit particularis, inferatur conclusio similis. Nam si prima propositione existente particulari, conclusio inferatur vniuersalis, mala esset forma, tamen si forsitan interdum ratione materiae valeret argumentatio. Ut si quis ita argumentaretur. Animal est homo, & omnis homo est rationalis, igitur omne animal est rationale. nihil valet forma eiusmodi, quoniam manifestum est illic antecedens esse verum, consequente existente falso quod in bona argumentatione fieri non potest.

¶ Argumentationes autem quæ ex vi huius regulæ formantur à disputationibus, interdum ab ipsa regulâ solent appellari argumentationes primæ regulæ antepredicamentales, vel per primam regulam antepredicamentalem factæ, eò quod suam bonitatem sumant ex vi huius regulæ secundum debitum modum intellectæ, iuxta quod supra expositum est. Interdum appellantur argumentationes à primo ad vltimum eò quod in conclusione tandem fiat reditus ad coniungendum vltimum prædicatum eius propositionis, quæ in antecedente fuit vltima, cum subiecto primæ propositionis.

¶ Hæc frequenter hæc argumentatio multiplex, ita vt vna in se multas concludat. Exempli gratia, cum ita argumentor. Ioannes est homo, homo est animal, animal est corpus animatum, corpus animatum est corpus, corpus autem est substantia, igitur Ioannes est substantia. Vel secundum formam bonam, hoc modo. Ioannes est probus, omnis probus credit in Deum, omnis credens in Deum est gratus Deo, omnis Deo gratus est filius regni, igitur Ioannes est filius regni. Huiusmodi autem argumentationes propriæ appellantur à primo ad vltimum, in quibus sic per multas prædicationes fit

transitus. ¶ Omnes autem huiusmodi argumentationes, etiã quæ sunt ex non essentialibus prædicationibus, ex vi regulæ huius accipiunt robur, si ita intelligatur. Quæcunque de eo quod prædicatur dicitur vniuersaliter, si ita tantum ad dicitur addatur vniuersaliter. Manifestum tamẽ Aristotelem nõ esse loquutum nisi de essentialibus propositionibus, neq; à propositio hic tractare voluisse vllã argumentandi formã. Quare hæc tanquã à proposito nostro extranea, omitamus psequi longius, inque syllogismorũ librũ (vbi proprius est eorũ locus) plenius tractandẽ argumentationũ formæ seruetur. Pauca tamen hæc quæ ita dicta sunt, hoc in loco breuiter tractare volumus, ne multũ disputatoribus celebrẽ hæc argumentandi modũ, qui secundũ regulam istam sumitur, profus non attingere videremur.

## CAP. XIII.

Secunda regula antepredicamentalis.

**D**iuersorũ generũ, & nõ subalternatorũ, diuersæ sũt species & differentiæ. Subalternorũ vero genũ nihil prohibet eadẽ esse differentiã.

¶ Vbi primo notandum est, in exemplaribus vulgatis hanc regulam corruptam legi. Sic enim passim legitur, Diuersæ sũt species & differentiæ, vt & coniunctio copulet inter species & differentiam, tanquam inter duos nominatiuos. Ex originali autem Græco textu manifesta inuenitur corruptio. Sic enim habet. *Ἔν τῶν ὁμοίων καὶ μὴ ἐκείνων διαφέρουσιν, ἴσταν τῶν ἰδίων καὶ ἀ διαφορῶν.* Hoc est, Diuersorũ generum & nõ subinuenitẽ positorũ, diuersæ species, vel secundum speciem sũnt etiã differentiæ. Atque ita legit Boetius, ita in cõmentariis, quã in textu interposito. In textu enim sic legit, Diuersorũ generũ & nõ subalternatorũ positorũ, diuersæ sũnt specie differentiæ. In Cõmentariis autem sic legit, Diuersæ sũnt secundũ speciem &c. Cõmentator quoque Auertrois, locum istũ exponens sic ait. Genera diuersa & non subiecta vel ordinata, alia sub aliis, differentiã habent diuersas in specie. Atque

Secunda  
regula

DE PRAEDICAMENTIS

Autem hanc corruptionem literæ factam esse à non intelligi  
sibus, quibus mentandum videbatur, dicere, differentias spe-  
cie diuersas. Quoniam non est in hoc difficultas permagna.  
Dicimus enim differentias diuersas secundum speciem, quæ  
species diuersas constituunt, sicut differentias diuersas gene-  
re, quæ constituunt diuersa genera. ¶ Habet autem hæc regu-  
la Aristotelica duas partes. Diuersorum generum,  
& non subalternatum posteriorum, id est, quorum neutrum pon-  
nitur sub altero, esse etiã diuersas differentias. Id declarat ex-  
plo, in animali & scientia, quæ manifestum est genera esse non  
subalternatum posita, quoniã nec animal sub scientia, nec sibi  
animali scientia ponitur. Habent autem differentias diuersas.  
Animal enim habet differentias per quas diuiditur, gressibile,  
le, volatile, bipes, aquatile. Volatile namque sub animali, con-  
stituit autem aquatile, piscem sicut reptile serpentem : & ob  
hoc quod sic sub eodem genere diuersas species constituunt,  
recte dicuntur differentie secundum speciem diuersæ. Scientia  
verò non illas easdem habet differentias. Non enim scien-  
tia diuiditur in gressibilem, volatilem, aquatilem, aut bipede-  
dem, sed potius in sermocinalem, rationalem, & moralem. Ita  
in eodem predicamento substantie, corpus animatum & cor-  
pus inanimatum, duo genera non subalternatum posita habet  
diuersas differentias, per quas diuiduntur. Nam corpus animatum  
diuiditur per sensibile & insensibile, corpus inanimatum  
verò, diuiditur in cœleste & elementare. ¶ Loquitur autem  
Aristoteles, in hac parte priori de differentiis diuisiuis, id  
quod ex ipsius declaratione exemplari facile patet. Loquen-  
do enim de differentiis constitutiuis superioribus, sic gene-  
rum etiã non subalternatum posteriorum eadem possent assi-  
gnari differentia. Vt verbi gratia, animal & planta genera  
sunt non subalternatum posita : quoniam nec animal sub plan-  
ta ponitur, nec e contrario planta sub animali, sed sub eodem  
genere corpus animatum ex æquo sunt posita, vt species pro-  
xime. Habent tamen easdem aliquas differentias superiores  
constitutiuas, sibi communes, nempe animatum & corpus.  
¶ Veritatem de constitutiuis propriis generum differentiis  
loquendo, id foret impossibile, vt duo genera non subalter-  
nata, easdem haberent differentias, vel eandem differentiam  
constituentem vtrumque genus. Proximas enim & proprias

LIBER II.

56

generum diuersorum constitutiuas differentias oportet di-  
uersas esse, quemadmodum in prædicabiliu libro plenissi-  
me tractatum est. ¶ Secunda pars regulæ ita habet, subal-  
ternorum generum nihil prohibet easdem esse differentias.  
Vbi primo notandum, genera subalterna hic accipi pro subal-  
ternatum positis. Simpliciter enim genera subalterna, vt in li-  
bro prædicabiliu definita sunt differunt à subalternatum po-  
sitis, cum possint assignari subalterna genera quæ non sint  
subalternatum posita. Vt verbi gratia, animal & planta sunt  
genera subalterna, quemadmodum ex prædicabiliu li-  
quet, nõ sunt tamen hic subalternatum posita, quoniam neu-  
trum ponitur sub altero. Horum ergo generum subalternorum  
sive subalternatum posteriorum, nihil prohibet (inquit A-  
ristot.) easdem esse differentias. ¶ Quod ita declarat, quoniam  
superiora semper de inferioribus prædicantur : atque  
ob hoc quæcunque erunt differentia prædicari, easdem &  
inferiori subiecto conuenire secundum prædicationem, iux-  
ta priorem regulam. Quando alterum de altero &c. In qua  
parte, dum ita loquitur, Nihil prohibet easdem esse differen-  
tias, indicat, non omnes necessario differentias easdem esse eo-  
rum quæ subalternata sunt, posset tamen aliquas esse easdem.  
Atque ita sane res habet. Nam auis & animal genera sunt  
subalternata, quæ aliquas differentias habent easdem, sed  
non omnes. Gressibile namque, volatile, aquatile, reptile,  
bipes, omnes sunt differentia animalis, auis autem tantum  
vna harum differentia, nempe volatile, quæ auis est con-  
stitutiuæ.  
¶ Non igitur omnes differentia in his  
subalternatis generibus sunt eadem. Aliquæ tamen eadem  
inueniuntur. Primum, illa quæ est animalis diuisiua & auis  
constitutiuæ, est vtriusque differentia, licet diuerso modo, il-  
lius nempe diuisiua, & huius constitutiua. Deinde, ea quæ  
immediate constituit animal, nempe sensibile, aliquo modo  
vtriusque est differentia. Sicut enim est animalis immediate  
constitutiuæ, sic auis, quod sub animali ponitur, est consti-  
tutiua mediate : & de aue essentialiter vtrique prædicatur, sicut  
de animali. Ita & de omnibus aliis differentiis superiori-  
bus dicendum. Nulla enim differentia constitutiua, neque me-  
diata, neque immediata alicui generi conuenit, quæ non si-  
mul omnibus etiã conueniat, sub ipso positis.



DE PRAEDICAMENTIS

¶ Ac de his quidem constitutionis differentis intelligere se posterioriorem istam partem monstrat Aristoteles, cum declarando subiungit, Superiora de inferioribus praedicantur. Quare quaecumque fuerint praedicati differentie, erunt eadem & subiecti. In diuisionis namque id manifestum haberet falsitatem. Quamuis enim animal de homine praedicatur, vt de subiecto non tamen quaecumque sunt diuersimodum praedicati, eodem errore & subiecti. Generum itaque subalternatum positurum, nihil proficit esse easdem differentias, sed non necesse est omnes esse easdem. His ergo de antepredicamentis vicinque tractatis, & qualicumque claritate elucidatis, ad praecipuum praedicamentorum tractatum alacres transeamus, illo prius adnotato, ne ista nostram in antepredicamentis huiusmodi qualemcumque prolixitatem, quasi superuacaneam, aut superfluosam, & morosam a gre accipiat. Solet enim nimia in fundamentibus initiis quaesita breuitas, ita se vlcisci, vt postmodum in praecipuo negotio, vel obscuritate confundat omnia, vel moram duplo maiorem adducat. Ac proinde hanc nostram in initiis, inque preparamentis praecipui negotij moram, aliquantulo longiorē, in subsequentibus magno iure nobis futuram speramus.

CAP. XV.

¶ De enumeratione decem praedicamentorum.

¶ Incipiens Aristoteles de praedicamentis tractatu primo diuisionem constituit, in qua praedicamenta singula enumerat. Ea est haec.

Diuisio  
praedica-  
mentalium.

Eorū quae secundū nullā cōplexionē dicuntur, singulum aut substantiā significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut fieri esse, aut habere, aut facere, aut pati.

¶ Vbi dom pro diuiso constituit ea quae dicuntur, manifeste indicat, de verbis se loqui, sicut & in eo quod sequitur, singulum aut substantiam significat &c. Vocabuli quippe est significare sicut rei est significari. Dat quoque exempla

LIBER II.

57

golorum membrorum per ordinem. Est autem substantia (inquit) vt homo, equus, quantitas, vt bicubitum, tricubitum, qualitas, vt album, grammaticum: ad aliquid, vt duplum dimidium: vbi, vt in foro esse, vel in lycio: quando, vt heri fuisse, aut cras fore: fieri esse, vt sedere, iacere: habere, vt calciatum esse vel armatum: facere, vt fecare, vrere: pati, vt secari, vi.

¶ Enumeratur autē hęc decē genera, maxime quantum ad accidētia, vel in concreto, vel in abstracto. In abstracto sic, quantitas, qualitas, ad aliquid siue relatio, vbi siue in loco existentia, quando siue in tempore existentia, situs, habitus, actio, passio. In concreto vero sic enumerantur. Quantum, quale, aliquid siue relatum, vbi siue in loco esse, quando siue in tempore esse, fieri esse, habere, agere, pati. Est autem hęc diuisio siue potius enumeratio decem primorum generum sufficiens, quoniam neque superfluit neque deficit vllum membrum. Nec enim aliud genus poterit inueniri, quod his decem primis adiciatur, neque ex enumeratis aliquid recte subtrahi poterit.

CAP. XVI.

¶ De substantia in speciali.

¶ Inter omnia praedicamenta, merito primum obtinet locum substantia: quoniam cetera omnia sunt accidentium praedicamenta. Substantia autem, acci-

dentem est dignior, vt pote quae ipsum debeat sustentare, & quia accidentia omnia propter substantias sunt, ad eas videlicet ornandas atque perficiendas. Inter substantias autem distinguit Aristoteles, quasdam vocans primas substantias, alias, autem secundas. Primas substantias (vt figuratim dicimus) appellat substantias indiuiduas siue singulares, id est, indiuidua praedicamenti substantiae, Ioannem, Petrum, hunc equum, illum asinum. Secundas autem substantias appellat substantias communes siue vniuersales, id est, genera & species praedicamenti substantiae: vt homo, equus, asinus, animal, & huiusmodi, sunt secundae substantiae.

¶ Definitio autem siue descriptio, quam Aristoteles assignat primae substantiae, haec est.

Substantia quae proprie, principaliter, & maxime dicitur, est, quae neque de sub-

Definitio  
primae  
substantiae.



iecto dicitur, neque in subiecto est.

¶ Quæ definitio siue descriptio, duas in se includit. Prior in periphrasi, quæ ponitur à parte definiti, innuitur, nempe ista prima substantia est, quæ proprie, principaliter, & maxime substantia dicitur. Posterior hæc est, Prima substantia est, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. In priore explicatur ratio nominis, quare videlicet substantia singularis dicatur prima substantia. In posteriore ex iis quæ prius dicta sunt notificatur, quæ appellandæ sunt primæ substantiæ. ¶ Quantum itaque ad priorem illam descriptionem, sciendum est, tres illas particulas, proprie principaliter, & maxime, accipi posse pro eodem, vt ad maiorem rei declarationem tria illa vocabula adinuicem sic dicantur coniuncta. Nam id frequenter iis qui aliquid intellectu difficile explicare laborant, euenire solet, vt ita per conjunctionem copulatiuam plura vocabula adinuicem connectant, vt quod vno minus sufficienter, aut non satis lucide potest explicari, saltem per plura dicatur lucidius. Secundum hanc ergo sententiam proprie subitare, vt substantiam esse, nihil est aliud quam subitare principaliter, & hoc iterum nihil est aliud, quam subitare maxime.

¶ Quare autem primæ substantiæ dicantur maxime subitare, aut esse maxime substantiæ ratio est, quia plus omnibus sunt subiectæ, & plus omnibus substant. Quæ autem magis sunt subiectæ aut amplius substant, merito magis substantiæ dicuntur: & quæ maxime sunt subiectæ, merito maxime substantiæ dicuntur. Quod autem primæ substantiæ plus omnibus substant iattu subiectæ sunt, ita declaratur: quoniam omnia vel in ipsis sunt, vel de ipsis dicuntur. Omnia quippe accidentia, tam communia, quam singularia, singularibus substantiis insunt, vt in subiectis. Omnes verò substantiæ vniuersales, de primis substantiis essentialiter vt de subiectis prædicantur. Sunt igitur primæ substantiæ, & subiectæ omnibus accidentibus accidentaliter, & subiectæ omnibus secundis substantiis essentialiter. ¶ De accidentibus singularibus, id est, manifestum ad oculum: quoniam omnis color est in aliquo corpore, omnis item magnitudo, omnis qualitas, in aliqua singulari debeat esse substantia, vt in subiecto. De accidentibus vniuersa-

libus, ex consequenti idem patet quoniam accidentia vniuersalia sunt in singularibus accidentibus essentialiter. Sicut ergo accidentia singularia sunt in substantiis primis accidentaliter, ita & accidentia cõmunia, quæ non possunt nõ esse vbi sunt singularia. De substantiis quoque vniuersalibus manifestum est, quomodo eis sunt primæ essentialiter subiectæ: quoniam de primis substantiis secundæ prædicantur essentialiter, vt ex libro prædicabilium notum relinquatur. Merito ergo substantiæ singulares peculiariter veniunt appellandæ primæ substantiæ, eo quod maxime subitent, & maxime subiectæ sint.

¶ Severinus autem Boetius, tres illas suprapositas particulas, proprie, principaliter, & maxime, subtili consideratione distinguit. Proprie nãque substantiis ait dici substantias singulares, eo quod sensui primum subiectæ sint, & proprie atque immediate cognoscantur per sensum: ac deinde ex ipsis præcognitis acquiritur cognitio vniuersaliũ substantiarum. Quemadmodum videlicet sensui primum proponitur & offertur Ioannes, petrus, Paulus, hic equus, ille equus, ac deinde ex his elicitur cognitio vniuersalis, hominis & equi: ex quibus deinde elicitur cognitio animalis, atque ita semper ascendendo in superiora, de quo modo, cognoscendi per abstractionem vniuersalia ex singularibus, suo loco plene determinauimus, in libris de consideratione rerum nãtoralium, lib. 11. de intellectu, cap. 11. & 12.

¶ Principaliter verò substantias appellari dicit, eo quod omne accidens prius insit substantiæ singulari, quam vniuersali, vt quæ secundo loco in vniuersale veniat. Exempli gratia, color quilibet primum & immediate est in hoc aut illo homine, & secundario est in homine. Sic & per predicationem, prius dicitur hic homo esse albus aut doctus, ac postertus, quasi ex consequenti, dicitur homo esse albus aut doctus, nimirum quia hic vel ille homo est albus aut doctus. Idcirco enim de substantiæ vniuersali dicitur accidens quia de prima aliqua secundaria illam includente dicitur. R est igitur (inquit) quod prius subiectum est, principaliter substantia dicitur.

¶ Maxime autem substantiam appellari dicit eadem ratione quam supra nos assignauimus nimirum quia maxime subiecta est rebus aliis quoniam omnia aut de primis substantiis dicuntur, aut in ipsis sunt, vt iam ante declarauimus.

De secundis substantiis.  
Secundas substantias ita definit Aristoteles,  
**S**ecundæ substantiæ dicuntur species  
in quibus illæ quæ principaliter  
substantiæ dicuntur, insunt: hæ quidē  
& harum specierum genera.

Cuius definitionis hic est sensus. Secundæ substantiæ dicuntur species illæ, in quibus insunt, id est, sub quibus continentur essentialiter illæ quæ dicuntur principaliter substantiæ, id est, substantiæ singulares: & non solū species earū immediate, sed etiā genera illarum specierū. Ut homo & equus sunt secundæ substantiæ: quoniam sunt species in quibus sunt, & sub quibus continentur essentialiter primæ substantiæ. In homine enim vel sub homine, essentialiter continentur hic homo, ille homo, & cætera omnia individua hominis. Sic in equo vel sub equo sunt, iste equus, ille equus & cætera omnia equi singularia. Capitur autem hic, esse in secundum eum modū, quo inferius esse dicitur in suo superiori: ut puta individū in sua specie, & species in suo genere. Ne verō putemus solas species specialissimas proximas individuis esse secundas substantias, adiungitur: hæ quidē, & harum specierum genera. Qua adiectione indicat, omnes substantias vniuersales dici secundas substantias: quoniam omnes substantiæ vniuersales, quæ non sunt species specialissimæ, sunt genera aliquarum specierum, quas sub se, siue in se comprehendunt. Quare autem istæ dicantur secundæ substantiæ, facile quivis potest intelligere, contrariis nimirum ratione ad eam quæ de primis substantiis est red dita. Secundæ enim substantiæ merito dici debent, quibus alie sunt priores substantiæ. Dici quoque possunt substantiæ minus propriæ, minus principaliter, & minus substantiæ, comparatione ad primas substantias, iuxta suprapositam Boetij declarationem. Minus propriæ quidem, eo quod posterius cognitioni hominis subiciatur, utpote quarum cognitio non nisi ex primis substantiis possit elici. Minus principaliter verō, quoniam accidētia eis posterius insunt, prius autē in

individuis. Simpliciter autem dicuntur minus substantiæ, quoniam non tantum subiectæ sunt, quantum primæ. siquidem substantiæ omnibus subiciuntur quibus secundæ fuerint subiectæ, & præterea ipsis subiciuntur secundis: propter quod, nemo dubitat primas esse magis & maxime subiectas.

Ponuntur quædam regulæ ad cognoscendum, inter secundas substantias, quæ sint magis substantiæ.

Vanquam autem genera omnia & species prædicamenti substantiæ dicantur communi nomine secundæ substantiæ, sunt tamen inter eas alie aliis magis substantiæ, quædam autem æqualiter substantiæ dicuntur. Pro cuius rei intellectu, notandæ sunt duæ regulæ, quas ponit & declarat Aristoteles. Prior hæc est.

**S**ecundarum substantiarum, species magis est substantia quàm genus.

Cuius sensus est, inter secundas substantias magis proprie, magis principaliter, & simpliciter, magis substantias dici species, quàm ipsarum genera. Ut homo & equus, magis sunt substantiæ, quàm animal, ut pomus & pirus, magis sunt substantiæ, quàm arbor aut planta. Declaratur hæc regula dupliciter. Primo sic, Illud quod est magis propinquum primæ substantiæ, merito debet dici magis substantia; quàm quod est magis elongatum ab ea: quoniam in vnoquoque genere, id quod magis appropinquat maxime tali, est magis tale, quàm id quod longius abest. Species autem viciniores sunt primis substantiis, quàm ipsarum genera. Recte ergo magis substantiæ sunt dicendæ. Secundo idem declaratur. Primæ substantiæ dicuntur maxime substantiæ, eo quod maxime sint subiectæ, nempe omnibus accidentibus, & in omnibus secundis substantiis. Cum ergo species sint magis subiectæ quàm sua genera, utpote quæ subiectæ sint omnibus quibus genera subiciuntur, ac præterea ipsis generibus, cōsequens est, species dici magis substantias quàm sua genera. Sicut enim se habent primæ substantiæ ad secundas substantias, ita species ad omnia genera supraposita. Quomodo autem supra ex Boetio declaratum est de prima substantia, dici eam proprie substantiam, & principaliter, & maxime, sic per ordinem distinctæ

\*\*\*

Regula de secundis substantiis



Definitio secundum substantiarum.



tria ista accommodando speciei, in comparatione ad genus declarari potest, speciem magis proprie, magis principaliter, & simpliciter magis substantia dici, quam suum genus. Magis proprie, quoniam propinquius obicitur sensui speciei quam genus, id est, vicinior est cognitio speciei cognitioni primae substantiae ex qua immediate elicitur, quam cognitio generis quae ex speciebus diuersis elicitur. Magis item principaliter, quoniam prius accidens venit in speciem, quam genus. Sicut enim prius dicimus hunc hominem esse doctum, ac posteriorius hominem doctum esse, ita prius dicimus hominem esse doctum quam animal. Simpliciter quoque magis substantia dicitur species quam genus, quoniam omnibus subsistat speciei quibus, genus, ac praeterea ipsi generi: qua parte genus in substando excedit. ¶ In praedicta autem regula, cum de specie loquimur, non solum species specialissimas intelligimus, sed generaliter omnes species subsistibiles, in comparatione ad iura genera. Quemadmodum enim homo est magis substantia quam animal, sic animal est magis substantia quam corpus animatum, corpus animatum vero est magis substantia quam corpus: & genus substantia, cum sit generalissimum est minus substantia quam corpus, quemadmodum enim substantia praedicamenti substantiae, nempe individua dicuntur primae substantiae: ita per oppositum, supremum genus dicitur debet ultima substantia, quoniam minime subsistat aut substantia. Nam solis subsistat accidentibus, nulli autem substantiae: cetera omnia genera & species & individua sub ipso possunt, subsistat sunt etiam substantiae, quaedam quidem omnibus universalius, ut individua, quaedam pluribus, ut species quaedam paucioribus, ut superiora & generalissimo viciniora generalia. Sicut enim secundae substantiae, quanto viciniores sunt primae, tanto dicuntur magis substantiae, ita quanto viciniores sunt generalissimo, tanto sunt minus substantiae, tanto minus proprie & minus principaliter substantiae dicuntur.

Altera regula.

¶ Posterior regula quam ponit Aristoteles de secundis substantiis haec est.  
**Specierum quae non sunt genera, una non est magis substantia quam alia.**

¶ Hoc est, species specialissimae quae solae species sunt & non etiam genera, sunt aequaliter substantiae, non alia magis alia. Cuius ratio est, quoniam illarum alia non est magis subiecta quam alia, neque illarum alia est propinquior primae substantiae, quam alia. Omnes enim species specialissimae sunt aequae propinque suis individuis, proxime nimirum & immediate. Quomodo ergo primarum substantiarum nulla dicitur magis substantia quam altera, sed omnes simpliciter primae dicuntur, quoniam aequae omnes subiectae sunt omnibus, quae in ipsis dicuntur, vel quae in ipsis sunt, ita species earum proxime aequaliter omnes substantiae sunt dicendae. Secus vero dicendum est, de speciebus illis quae sunt etiam genera, siue de speciebus subalternis, illarum namque, alia potest esse alia magis substantia vel minus. Ut animal est magis substantia, quam corpus, & corpus magis quam substantia.

CAP. XIX.

¶ De conditionibus, siue de communitatibus, & proprietatibus substantiae.

D pleniorum substantiarum cognitionem, ponit Aristoteles quasdam condiciones substantiarum. Ex quibus earum profectius cognosci poterit, id tamen quod ultimo loco ponit solum appellat proprium, cetera autem non omnino propria audeat appellare. Tamen enim in praedictabilibus distinxerimus proprii quatuor modos, solus tamen quartus modus vere & perfecte proprii meretur appellacionem. Vnde quia nulla earum conditionum, quas hic positurus est Aristoteles, conuenit substantiae conuertibiliter, id est, omni & soli substantiae, & semper (sed aliqua tantum) soli & non omni, alia omni sed non soli) eo excepto quod ultimo loco ponendum est, iecirco hoc solum audeat substantiae proprium nominare. Cetera autem dicit substantiae conuenire, vel inesse, vel comunia esse, non autem dicit ea esse substantiae propria.

¶ Prima igitur proprietas haec est.

**Commune est omni substantiae in subiecto non esse.**

Prima proprietates substantiae.

¶ Id manifeste probatur per inductionem: quoniam omnis substantia, prima est vel secunda. Sed neque prima, neque



secunda substantia vlla in subiecto potest esse, igitur commu-  
ne est omni substantiæ, in subiecto non esse. Quod autem pri-  
ma substantia non sit in subiecto, manifestum est quoniam  
hic homo & hic equus in nulla re existunt vt in subiecto, sed  
ipsa potius sunt accidentium subiecta. Quid autem sit esse in  
subiecto, ex his quæ dicta sunt in secunda diuisione antepre-  
dicamentali, notum relinquatur. ¶ De secunda autem substan-  
tia, forsitan magis videri possit, quod in subiecto aliquo sit,  
eo quod de primis substantiis prædicatur. Secundum veritatem  
tamen, non amplius secunda substantia quam prima, ali-  
cui subiecto potest inesse. Licet enim secunda substantia præ-  
dicetur de prima, id sit essentialiter, tanquam de subiecto es-  
sentiali. Vnde non consequitur secundam substantiam in pri-  
ma esse accidentialiter, vt in subiecto accidentali. Propter quod,  
supra dictum est, secundas substantias contineri sub membro  
illo. Quædam dicuntur de subiecto, & non sunt in subiecto.  
¶ Præterea, nullum vniuersale potest esse in aliquo subiecto,  
nisi secundum aliquod suum singulare in sit eodem. Vt exem-  
pli gratia, albedo est in subiecto ratione huius albedinis sin-  
gularis, quæ est in subiecto eodem, & si nulla albedo singu-  
laris in subiecto fuerit, neque poterit vere dici, albedinem esse  
in subiecto. Si igitur secunda substantia posset esse in sub-  
iecto, consequens esset & primam substantiam in subiecto,  
posse existere, quod est sibi repugnans, ac profecto impossibile.  
Est igitur omni substantiæ commune, in subiecto non esse.  
¶ Verum istud licet communiter omni conueniat substantiæ,  
non tamen meretur dici proprium quarto modo ipsi substantiæ,  
eo quod non solum conueniat substantiæ. Nam & differen-  
tiis substantialibus conuenit, quæ in nullo sunt subiecto. Nam  
si in aliquo essent vt in subiecto, id maxime videretur de con-  
stituta specie sue genere. Sed de his id minime verum est,  
quoniam de his vt de subiectis essentialibus dicuntur. Quæ  
admodum enim secundæ substantiæ, genera & species, de pri-  
mis dicuntur, vt de subiectis essentialibus, sic & differentiæ  
constitutivæ de generibus & speciebus constitutis, atque om-  
nibus eorum indiuiduis dicuntur vt de subiectis, prædicatio-  
ne vtique essentiali. Differentiæ autem substantiales, non sunt  
substantiæ, sed substantiarum tantum differentiæ. Primæ enim  
substantiæ esse non possunt, quoniam illa secundis sub-

stant, quod non faciunt differentiæ. Secundæ quoque non sunt  
substantiæ quoniam ille supra primas ponitur, tanquam species  
earum vel genera, vt ex definitione secundarum substantiarum est  
manifestum, quod substantialibus differentiis non conuenit.

CAP. XX.

**I**n secunda communitas siue proprietates substantiarum.  
Nest secundis substantiis & differen-  
tiis vniuoce prædicari.

Secunda proprietates substantiarum.

Maxima Aristotelica.

¶ Hoc est, substantiis & differentiis substantialibus hoc  
est commune, vt omnes prædicationes quæ ab ipsis egredi-  
untur, sint prædicationes vniuoce, intelligendo de prædica-  
tionibus ordinatis. Quod declarans Aristoteles, primum in  
prædicatione excludit primam substantiam, dicens, A prin-  
cipali, id est singulari substantia, nullam exire prædicationem  
eo quod nihil habeat sibi subiectum, neque essentialiter, vt  
manifestum est, neque accidentaliter, quoniam in subiecto  
nullo est, vt ex præcedenti conditione liquet. ¶ Debet autem  
hoc intelligi de prædicatione ordinata, qua secundum verum  
ordinem aliquid, vel in subiecto, vel de subiecto dicitur. Nam  
prædicatione quæ identicam appellant, nihil prohibet pri-  
mam substantiam prædicari. Vt cum dico, Ioannes est Ioan-  
nes, vel hic homo est Ioannes. Sic item prædicatione inordi-  
nata dicitur, homo est Ioannes. Hoc igitur supposito, quod à  
prima substantia nulla exeat prædicatio, facile est ostendere,  
omnes prædicationes ordinatas, quæ egrediuntur à substan-  
tiis atque differentiis substantialibus, esse vniuoce. Omnes  
enim prædicationes quæ à secundis substantiis egrediuntur  
sunt speciei de indiuiduo, vel generis de specie aut indiuiduo.  
Quæ autem à differentiis substantialibus sumuntur, vel sunt  
differentiæ de genere constituto, aut subiectis eius speciebus  
& indiuiduis vel de specie constituta, aut eius indiuiduis. Om-  
nes autem hæc prædicationes, sunt vniuoce, quæ ad nomen  
plantissime liquet ex his quæ supra in antepredicamentis sunt  
dicta de prædicatione vniuoce. Verum est ergo, omnes præ-  
dicationes quæ à substantiis aut earum differentiis sumuntur  
esse vniuoce. ¶ Loquimur semper de ordinatis prædicatio-



nibus. (Inordinatas enim, philosophi non dignas reputant praedicationis nomine) Secundum inordinatam namque praedicationem non praedicantur vniuocae secundae substantiae, neque differentiae. Nam si dixeris, animal esse hominem, aut rationale esse hominem, praedicationes istae vniuocae non sunt: sed si conuertas praedicationes illas, vt fiant ordinatae, inuenies simul & vniuocas, dicendo homo est rationalis, homo est animal.

CAP. XXI.

Tertiapro  
pretas sub  
stantie.

**O**mnis substantia videtur hoc aliquid significare.

Posuerat Aristoteles duas condiciones substantiae, quae ideo propriae dicit non poterant, quod non solum substantiae, sed etiam differentiis conuenirent. Nunc aliam ponit conditionem, quae ob hoc non recte dicitur substantiae proprium, quia secundum veritatem non omni substantiae conuenit, tamen si prima facie aliquo modo id videatur. Ait ergo, omni quidem substantiae hoc esse commune, vt videatur hoc aliquid significare: at tamen secundum veritatem non omnem substantiam hoc aliquid significare. De prima enim substantia fatetur, secundum veritatem eam significare hoc aliquid, id est, aliquam particularem, singularem, & indiuiduam substantiam. Vt vocabulum Ioannes hoc aliquid, id est, hunc hominem significat: & hic equus significat hoc aliquid, equum particularem. De secunda autem substantia ait, videri eam significare hoc aliquid, secundum appellationis figuram, id est, propter modum denotandi primas substantias, & appellandi per secundas substantias. Vt quia Ioannem & Petrum dicimus esse hominem & animal, sicque nominibus secundarum substantiarum appellamus primas substantias, hinc videntur secundum appellationem externam secundae illae substantiae significare hoc aliquid, id est, singularem & indiuiduam substantiam. Verum non ita rem habere asserit, sed potius ipsas quale quid significare, id est, substantiam communem, sine naturam communem substantiale. Quod est intelligendum de primario & magis principali significato. Secundae enim substantiae primario & magis principaliter significant quale quid: hoc est

\*\*\*

vniuersalem substantiam sine naturam aliquam substantialem, & vniuersalem communem, in qua videlicet conueniunt multa indiuidua aut plures species: minus principaliter vero & quasi secundario significant hoc aliquid, id est, substantiam singularem: illa, scilicet indiuidua aut illas species, quae in illa natura communi primario significato conueniunt. Significat enim secundae substantiae naturam illam communem, tanquam essentialiter inexistentem aliquibus: atque ita secundario etiam illa significat, quibus vt existens natura communis significatur. Exempla gratia, vocabulum homo secunda substantia, significat primario naturam humanam, id est, naturam omnibus particularibus hominibus essentialiter communem, quam dicimus humanitatem, quia tamen non absolute ac nude naturam ipsam significat terminus homo, sed etiam significat vt essentialiter inexistentem aliquibus, ob hoc secundario dicitur omnia illa quae in natura humana conueniunt, significare, omnes videlicet indiuiduos homines. Sic animal, primario naturam omnibus animalibus communem significat, secundario autem omnia animalia. Quod autem secundae istae substantiae, homo animal, & similes, non significant solum vniuersalem substantiam, id est, nude ipsam communem naturam, dupliciter ostenditur, ex comparatione duorum horum terminorum, homo & humanitas, adinuicem. Primum namque manifestum est, duas istas dictiones differre in significando. Non videtur quem assignanda differentia alia, nisi quod vocabulum humanitas nude ipsam humanam naturam significat homo autem significat ipsam naturam principaliter atque primario, sed simul secundaria significatione omnia in illa natura communicantia: id quod etiam explicando voce monstratur, quoniam homo tantumdem valet atque humanam naturam participans. Deinde, ipsa praedicationis significationem arguit. Na quia terminus homo de singularibus substantiis praedicatur, dicendo: Ioannes est homo, Petrus est homo, consequens est, etiam singulares substantias per ipsum significari. Absurdum namque foret praedicari aliquid de eo quod non aliquo modo significet. Hic itaque declarat Aristoteles, quod a principio proposuit, secundas substantias non significare hoc aliquid. Intellige principaliter, sicut primae substantiae principaliter hoc aliquid significant, sed primario significare quale



## DE PRAEDICAMENTIS

quid, id est naturam communem substantialem, quam tamen ita significant, ut eam circa substantiam determinent, id est, tanquam particularibus substantiis inexistentem significant. Unde consequitur, secundo & minus principaliter, etiam secundas substantias significare, hoc aliquid siue substantiam singulare. ¶ Ex quo etiam patet intellectus eius quod subiungit de hac determinatione Aristoteles, dicens, Plus autem siue plurium in genere, quam in specie determinatio fit. Dicens enim animal, plus complectitur, quam dicens hominem. Quo verbo significatur, genus substantialem illam naturam quam significat genericam, circa plura determinare, quam species naturam suam specificam determinat, hoc est (ut nostro more dicamus) genus plura secundo significare, quam ipsius speciem. Quod ita evidenter monstratur, quoniam species suam quam significat specificam naturam tantum determinat circa sua individua, significando naturam illam communem, ut omnibus singularibus existentem, & omnia illa singularia individua secundo significando ut in specifica ipsa natura essentialiter communiantia. Genus vero, genericam naturam quam significat determinat, non solum circa individua unius speciei, sed circa plures species, & omnia eorum individua. Animal enim non solum singularia omnia unius speciei, sed omnia singularia omnium suarum specierum secundo significat, ut participantis animalis naturam: & ipsarum naturam illam genericam principaliter significat, ut omnibus communem siue communicabilem.

### CAP. XXII.

Quarta  
proprietates  
substantie.

¶ Quarta proprietates siue communitates substantie  
Nest esse substantiis, nihil esse con-  
trarium.

¶ Hoc est, substantiis convenit, non esse alicui contrarium, neque contrarium vllum habere. Id patet, tam in primis quam in secundis substantiis. Neque enim hic homo vel hic equus aliquid habet contrarium, neque etiam homo vel equus. Conuenit proinde haec conditio omnibus substantiis. ¶ Quod si quis obiciat, ignem & aquam subiunctum contrariari, eo quod ignis sit calidus & siccus, aqua frigida, & humida. Responde-

## LIBER II.

63

tor, ignem & aquam per se non contrariari, sed tantum per accidens. Illa autem dicuntur per se contraria, quae ex sua propria natura ad invicem contraria sunt, ut albedo & nigredo, calor & frigus, humor & siccitas. Illa autem per accidens, quae non ex sua natura contrariantur, sed tantum ratione accidentium contrariorum sibi inexistentium. Sic ignis & aqua, quia qualitates in se contrarias retinent, nempe calorem & frigus, siccitatem & humorem, ideo per accidens contraria dici possunt, quemadmodum etiam homines duo, contrarias habentes opiniones, contrariari dicuntur per accidens, ratione earum quae in eis sunt contrariarum opinionum. Per se autem nequaquam huiusmodi contrariantur. ¶ Conuenit igitur omni substantiae, non esse vlli contrarium, neque vllum habere contrarium. Verum non solum substantiae conuenit. Nam & quantitates contrarium non habent, ut duo, tria, nihil habent contrarium, neque bicubitum, tricubitum. Neque hoc igitur potest dici substantie proprium secundum quartum modum, sed tantum iuxta modum secundum.

### CAP. XXIII.

¶ Quinta communitates vel proprietates substantie.

Videtur substantia non suscipere magis, aut minus.

Quinta  
proprietates  
substantie.

¶ Hoc est, nullus terminus substantialis potest praedicari cum adverbio magis & minus, neque vlla substantia realis, aut res substantialis potest suscipere intentionem vel remissionem. Ut Ioannes non dicitur magis homo quam Petrus, neque iste equus magis equus quam ille, neque homo est magis animal quam brutum, atque ita in ceteris. Natura enim substantialis si specifica fuerit ex aequo participatur, non secundum plus & minus omnibus individuis. Generica vero ex aequo omnibus speciebus ac earum individuis. Ac proinde, non possunt termini naturas illas siue genericas, siue specificas significantes, praedicari de speciebus vel de individuis, secundum magis vel minus. Eadem ratione, facta comparatione ad seipsum non potest dici Ioannes magis homo nunc quam ante, quoniam non potest natura substantialis, secundum plus & minus, pro diuersis temporibus communicari speciei, vel individuo. In qualitatibus autem inuenitur pra-



## DE PRÆDICAMENTIS

dicatio secundum magis & minus, siue comparando adiuu-  
cem diuersa, siue idem ad seipsum secundum diuersa temp-  
ora. Ut iohannes est magis albus, vel magis doctus, vel magis  
iustus. Petro. Imo idem homo nunc est magis, aut minus do-  
ctus vel iustus, quàm ante fuerat. ¶ Quod si quis obiciat,  
ex his quæ prædicta sunt, Audire sunt primæ substantiæ dici  
magis substantiæ quàm secundæ, ac rursus inter has dicte  
sunt species magis esse substantiæ quàm genera. Videtur er-  
go substantia suscipere magis & minus. Hoc ita dissoluit Ari-  
stoteles, non negans vnâ substantiam magis dici substan-  
tiam quàm alteram quemadmodum dictum est primam substan-  
tiam esse magis substantiam quàm secundam, sed vnâ  
quodque dici secundum hoc ipsum quod est, non dici magis  
& minus, ut si aliquid est homo, ipsum non est magis homo  
altero, neque seipso. Sic id quod animal est vel corpus, non  
est magis animal, vel magis corpus. Hoc est genera & species  
prædicamenti substantiæ non prædicari de sibi subiectis in-  
diuiduis aut speciebus, secundum magis & minus.

¶ Ad pleniorē autē & clariorē huius difficultatis dis-  
solutionem, solent distinguere duplicem significationem hu-  
ius vocabuli substantia. Dicunt enim substantiam dici, vel  
à substando, vel à subsistendo. Substantia vt à substando di-  
citur relatiuum esse videtur. Dicitur enim aliquid hoc modo  
substantia, in respectu vel comparatione ad alterum, vt primæ  
substantiæ dicuntur substantiæ, in respectu ad secundas qui-  
bus substant, & in respectu ad accidentia, quibus item sub-  
stant. Secundæ quoque substantiæ, similiter dicuntur substan-  
tiæ, respectu superiorum generum & accidentium, vt supra  
declaratum est. Ita accipitur substantia, cum diuiditur in pri-  
mam & secundam. In hac autem significatione non est ter-  
minus iste, substantia generalissimum genus prædicamenti  
substantiæ. Cum enim relationem significet, qui fieri potest,  
vt supra ponatur terminus absolutam naturam absque omni  
relatione significantibus? Cuiusmodi sunt omnes termini præ-  
dicamenti substantiæ. ¶ Substantia verò vt dicitur à subst-  
stendo, relative non dicitur, sed absolute sine relatione & cõ-  
paratione ad alterum. Quemadmodum enim id quod dicitur  
homo, aut animal, aut corpus, ita dicitur non per relatio-  
nem ad aliud vel alia, sed omnino absolute videlicet, quia na-

## LIBER II

64

turam hominis, animalis aut corporis participat: ita & sub-  
stantia hoc modo dicitur absolute, sine comparatione ad al-  
iud, eo quod naturam substantialitatis participet. Atque hoc  
modo acceptum vocabulum substantia, genus est generalissi-  
mum supra omnia genera, & species prædicamenti subst-  
antiæ, neque vilo modo dicitur secundum magis & minus, sicut  
nec cetera genera subiecta. Nihil enim est magis substantia  
altero, quoniam quæcunque naturam substantialitatis habet,  
eamdem ex æquo participant, sicut & de ceteris generibus  
supra dictum est. ¶ Hanc autem distinctionem propositio  
applicantes, pro dissolutione propositi argumenti, clare di-  
cimus, quanquam terminus ille substantia, vt à substando de-  
ducitur, secundum magis & minus prædicetur. Dicendo vn-  
nam substantiam esse magis substantiam quàm alteram, non  
tamen hinc consequitur, vllam substantiam dici secundum  
magis & minus. Nam substantia à substando, non est terminus  
substantialis, sed relatiuus. Vult autem supraposita conditio  
siue proprietas, nullum terminum prædicamenti substantiæ  
prædicari secundum magis & minus, id est, cum aduerbiis e-  
iusmodi magis & minus, vel nullam substantiam suscipere hu-  
iusmodi prædicationem secundum aliquod prædicatum sibi  
essentialiter conueniens. Non enim est quod dicit Aristote-  
les, vnâquamque substantiam secundum hoc ipsam quod est  
non dici magis aut minus. ¶ Quomodo autem hæcenus o-  
mnium conditionum prædictarum nulla inuenta est proprie-  
tate substantiæ, sic neque ista. Quamuis enim omni sub-  
stantiæ conueniat, non tamen soli. Conuenit enim & quanti-  
tati: vt bicubitum non dicitur alio magis bicubitum, neque  
linea vna dicitur magis linea quàm altera. Ac proinde pro-  
prium dici potest secundo modo, quarto modo non potest.

## CAP. XXIII.

¶ De sexta proprietate substantiæ, quæ singulariter dici me-  
retur proprietas.

¶ Vt hæcenus posite sunt conditiones, sunt substan-  
tiæ, potius cõmunitates dicendæ sunt quàm proprie-  
tates. Quod autem nunc dicendum est, id proprie vi-  
detur substantiæ conuenire. At ergo Aristoteles.

Maxime autem proprium videtur esse substantiæ, cum vnū & idem numero sit, contrariorum susceptibile esse.

¶ Conuenit enim hoc omni substantiæ, quemadmodum per inductionem potest ostendi oculum. Videmus namque eundemque hominem, nunc calorem in se habere, nunc frigus, nunc bonum esse & probum, postea malum & improbum, modo album, postea nigrum, nunc huius opinionis, postmodum contrariæ, modo velle aliquid, modo idem nolle.

¶ Sic in omnibus corporibus consideratione facta ad contrarias qualitates, videbitur easdem numero substantias contrariorum esse susceptibiles. In substantiis autem incorporeis, oportet considerare qualitates contrarias spirituales, quæ ad corpus non atinent. Nam & angeli contrariorum sunt susceptiui quoniam contrariarum opinionum, aut volitionum sunt susceptibiles. Possunt enim modo nolle quod antea volebant, & e contrario. Possunt mutari ex sua natura secundum odium & amorem, prosecutionem & fugam, tristitiã & gaudium, aliisque huiusmodi, quæ omnia sunt contraria.

¶ Notandum verò quod non dicuntur substantiæ suscipere contraria, sed susceptibiles esse contrariorum: quoniam non potest fieri, vt substantia vna & eadem numero actu simul contraria suscipiat. Hoc enim naturæ contrariorum repugnat, simul eidem inesse: sed temporis successione substantiæ dicuntur esse contrariorum susceptiue, ita vt vno migrante possit substantia eadem manens acquirere alterum. Quemadmodum accedente calore, venit frigus in corpus & e contrario, ægritudine pulsa, introducit sanitas, & e contrario.

¶ Notandum quoque non hic dici quod substantia quælibet sit contrariorum quorumlibet susceptibilis, sed tantum aliquorum contrariorum. Non enim necesse est, vnã eandemque substantiam omnium contrariorum esse susceptibilem: satis autem fuerit, si aliqua possit suscipere contraria. Siquidem arbor ista vna & eadem non potest omnia contraria suscipere. Non enim est susceptibilis gaudij & tristitiæ, odij & amoris contrariarum opinionum, volitionum, & nolitionum, aliorumque huiusmodi. Quorumdem autem contrariorum

est susceptibilis. Quamquam & vniuersaliter intelligi potest, quamlibet substantiam quorumlibet contrariorum esse susceptibilem ad hunc sensum, vt quoties substantia quælibet ex contrariis duobus, alterum susceperit, possit etiam alterum eorum eadem numero in se suscipere. Vt verbi gratia, si quod susceptiuum est albedinis, est idipsum nigredinis quoque susceptiuum: si quid capax est huius opinionis, est & contrariæ capax: si quid amoris & odij, atque item in cæteris. Contraria namque ex sua ratione fieri habent circa idem subiectum, seque pellunt mutuo. ¶ Excipiuntur si quæ sint qualitates à natura determinatæ aliquibus substantiis: vt ignis est naturaliter deputata caliditas & siccitas & leuitas. Propter quod, ignis licet habeat in se istas qualitates, contrariorum tamen non videtur susceptibilis. Verum hic, proprie loquendo non vere dicimus, ignem esse susceptiuum caloris, siccitatis & leuitatis. Porius namque ignis dicendus est habere naturaliter deputata illa quàm suscipere. Suscipitur enim in aliquo, quod ipsi est extraneum, & à natura ei non est deputatum, quemadmodum annotauit & Boetius. Atque ita simpliciter adhuc remanet veritas generalis dicti illius, substantiam esse susceptibilem quorumlibet contrariorum, ita vt si alterum quorumlibet suscipiat, possit & reliquum suscipere. ¶ Ita ergo probatum est, omni substantiæ prædictam conditionem conuenire. Nunc autem & quomodo soli conueniat substantiæ, declaraueris. Patebit autem hoc per singula accidentia discurrendo. Non enim poterit inueniri color aliquis, qui vnus & idem numero dicatur, nunc albus, nunc niger: neque aliquis habitus numero idem potest dici nunc bonus, nunc malus (neque aliqua eadem actio numero, bona esse potest & mala) & ita in reliquis, non poterit inueniri aliquid accidentis, quod contraria possit idem numero suscipere conuenit igitur soli substantiæ, esse contrariorum susceptibilem.

## CAP. XXV.

¶ Proponitur & soluitur obiectio de opinione & oratione. Etum aduersus hanc proprietatem, Aristoteles obiectiõnem ponit, de oratione vocali vel opinione mentali quæ eadem numero manens susceptiua



videtur veritatis & falsitatis, cum dicatur modo vera, modo falsa. Exempli gratia, haec oratio, Ioannes dormit, modo vera est, vere dormiente Ioanne. Poterit autem eadem fieri falsa, si expergitur Ioannes à somno, manebit tamen oratio una & eadem numero, eadem igitur oratio una & eadem numero, vera esse potest ac falsa successu temporis. ac proinde contrariorum est susceptibilis, cum verum & falsum videantur esse contraria. Quod si admittatur, consequens est, non soli substantiae id esse proprium quod dictum est. ¶ Propter hanc obiectionem dissolvendam. Aristoteles proprietatem suam propositam supplet in hunc modum. Proprium est substantiae, cum sit una & eadem numero, cum sui mutatione esse susceptibilem contrariorum. Per adiectionem autem hanc, cum sui mutatione, excludit obiectionem, dicens, orationem aut opinionem, licet eadem numero possit esse vera & falsa, non tamen per hoc fieri circa eam aliquam mutationem. Quod enim haec propositio nunc vera dicitur nunc falsa, id non fit per aliquam mutationem circa ipsam propositionem, sed per mutationem rei significatae. Dicitur enim propositio vera, ex eo quod ita sit in re quomodo ipsa significat. Falsa vero, ex eo quod aliter sit in re quam ipsa significat. Ex sola igitur mutatione circa rem significatam, propositio paulo ante vera fit falsa, & e contrario. Ut ex hoc quod ipse homo Petrus mutatur à statione in sessionem, propositio ista, Petrus sedet, ex falsa efficitur vera, absque sui reali aliqua mutatione. Poterit verò & aliter responderi propositae obiectioni, simpliciter negando quod assumitur, nempe opinionem vel orationem eandem suscipere contraria. Nec valet probatio, eadem oratio vel opinio modo vera est modo falsa, eadem numero manens, igitur contrariorum est susceptibilis. Mala siquidem est ista illatio, laborans defectu duplici. Primum enim verum & falsum proprie non videntur contraria, cum contrarietas proprie dicta (ut posterius dicetur) in solis inveniatur qualitatibus. Veritas autem & falsitas non videntur esse qualitates, sed potius ad aliquid sunt vel relationes. Dicitur enim veritas ex aequatione & correspondentia rei significatae ad propositionem significantem, quod videtur ad relationem magis quam ad qualitatem spectare, cum sit quasi iras omnis, quid absolutum non consistens in relatione una

ad alterum. ¶ Deinde, etiam si veritas & falsitas contrariae essent, non tamen oratio eadem ex hoc quod modo vera est, modo falsa dicenda esset suscipere contraria. Ipsa namque oratio non suscipit in se veritatem & falsitatem, cum veritas (ut iam dictum est) non sit in oratione vera. Si enim veritas & falsitas susceperentur in ipsa oratione vera, iam nec Aristotelis valeret solutio, qua dicit, orationem eandem dici modo veram, modo falsam, absque sui mutatione. Profus enim cum sui mutatione id fieret, si vere in ipsa susceperetur veritas & falsitas. ¶ Amplius autem adversus supra dicta in proprietatem obiicitur, de materia prima, & quantitate corporea, quae suscipiunt in se contrarias qualitates, non tamen sunt substantiae. Propter hanc obiectionem, recentiores ut per omnia convertibilem faciant hanc proprietatem, ita eam complent, Maxime proprium est substantiae esse susceptibilem contrariorum: tamquam completum & ultimum subiectum. Prius adiungunt, ut proprietates conveniant ipsi materiae primae, quae proprie loquendo non est substantia, sed tantum substantiae pars. Materia namque est contrariorum susceptibilis, quoniam omnia accidentia corpora alia suscipiuntur in corporali materia, quemadmodum in Physicis nostris declaravimus. Verum ipsa non est subiectum completum, quoniam pars tantum est altera compositi. Substantia autem est subiectum completum atque perfectum. Alterum adiungunt propter quantitatem, quae (iuxta quorundam probationem opinionem) immediate in se suscipit corporeas qualitates, ut colorem dicunt suscipi in superficie, figuras idem subiecti in superficie aut corpulentia, iuxta quorum opinionem necesse est fateri, etiam quantitatem esse contrariorum qualitatum susceptibilem. Verum ipsa non est subiectum earum ultimatum, quoniam ulterius sunt in ipsa substantia mediante quantitate. Sed harum rerum determinatio, à Dialectica consideratione est aliena, magisque Physicæ convenit: quam obrem ista tetigisse contenti, explicito utrunque substantiae praedicamenta, ad quantitatem recto cursu pergamus.

## CAP. XXVI.

¶ De praedicamento quantitatis.

DE PRAEDICAMENTIS.

**P**ost praedicamentum substantiae proximo loco suble-  
quitur praedicamentum quantitatis, quod maior sit con-  
uenientia, & similitudo substantiae cum quantitate  
quam cum qualitate. Sicut enim substantia non suscipit magis &  
minus, nihilque habet contrarium, sic & de quantitate, paulo post  
declarabitur. Item iuxta quorundam probabilis sententia quan-  
titates corporales suscipiuntur in substantia mediante quan-  
tate, ita ut quantitas sit subiectum immediatum qualitatis, atque  
haec consideratione videtur quantitas assimilari ex aliqua  
parte substantiae, quoniam modo quodam subsistat, tamen si non  
ut ultimatum & per se consistens subiectum, quoniam & ipsum  
est in alio, nempe in substantia. ¶ Tractatus autem de quan-  
titate Aristoteles ipse non perit definitionem, quoniam ge-  
neralissimum genus proprie definiti non potest, vixit quod  
aliud supra se genus non habeat per quod possit definiti, aut  
differentiam aliquam constituentem. Possit tamen aliquo mo-  
do describi per suum concretum, hoc modo.

Definitio  
quantitatis.

**Quantitas est, secundum quam ali-  
quid dicitur quantum.**

¶ Vixit longum, latum, profundum, multum, paucum, ma-  
gnum, paruum, diuturnum, vel brevis durationis.

¶ Incipit autem Aristoteles tractatu quantitatis, ponens duas  
eius divisiones. Quarum prior haec est.

Divisio  
quantitatis.

**Quantitatis aliud continuum, aliud  
discretum.**

¶ Hoc est, quantitas, alia est continua, alia discreta. Quae divi-  
sio duas species immediate sub quantitate posita assignat, nempe  
pe quantitatem continuam, & quantitatem discretam quarum defini-  
tiones siue descriptiones ex Aristotelis declaratione colliguntur.

CAP. XXVII.

Definitio  
quantitatis  
continuae.

**Quantitas continua est, cuius par-  
tes copulantur ad aliquem ter-  
minum communem.**

LIBER II.

67

Ut partes lineae copulantur ad punctum. Dicitur autem in  
propositione terminus communis aliquorum partium, quod est  
principium unius & finis alterius. Ad quartum definitionem  
intelligitur nam non tantum est, quod est quantitatis communis se-  
cundum praesentiam enumerationem sunt quatuor species, nempe  
linea, superficies, corpus, siue (ad distinctionem a corpore  
praedicamenti substantiae) corpulentia, & tempus. Nam de lo-  
co quoniam velut quatuor species prioribus connotate vi-  
dente Aristoteles, communiior est sententia, non esse a super-  
ficie speciem distinctam, sed tantum secundum connotantem  
ab ea differre, quatenus videlicet supra significationem super-  
ficie locus connotat vel visus significat, alicuius rei infra se  
continentiam. Siquidem locus dicitur superficies continens  
aliquid, non per rem locatam.

¶ Priores autem quatuor species sunt distinctae sub quanti-  
tate continua, ut species sub eodem immediato genere con-  
tinetur. Linea namque, superficies, corpulentia, & tempus quan-  
titates sunt, & communis quantitates. Quantitates quidem, quo-  
niam secundum ipsam, res dicuntur quae, vixit secundum  
lineam longae, secundum superficiem latae, secundum corpulen-  
tiam crassa aut profunda, secundum tempus diuturna.  
Communes autem dicuntur, quoniam singulae earum partes  
suas habent per aliquem communem terminum adiuven-  
compositas. Lineae enim partes copulantur per intermedium  
punctum, qui unus & idem numero, sunt partem una, & al-  
teram incipiatque ideo per punctum dicitur terminus com-  
munis lineae. Superficie item partes continuantur per termi-  
num communem, nempe per lineam. Corpulentiae vero par-  
tes per superficiem continuantur, ipsa tamen nullius alterius  
quantitatis partes copulat. Ac proinde sicut punctus est com-  
munis terminus lineae, sic linea superficiei, sic deinde super-  
ficies corporis, corpus vero nullius alterius quantitatis est ter-  
minus. ¶ Habet quoque tempus partes suas continuatas per  
communem terminum. Pars enim quae praecessit iamque effluxit,  
& ea quae subsequitur quaeque iam incipit, per praesens tem-  
pus, siue (ut magis proprie loquamur) per praesens instans, aut  
momentum aut indivisibile temporis continuatur: quod qui-  
dem momentum praesens, terminus est partis iam elapsae si-  
ue praeteritae, & initium partis euestigio absque intermedia





Defini-  
tiones  
lineæ  
superfi-  
cici, cor-  
poris  
& tempo-  
ris.

DE PRAEDICAMENTIS

distancia subsequenter. ¶ Ex quibus colligi facile possunt singu-  
larum suprapositarum specierum quaecumque definitiones  
hoc modo. Linea est quantitas continua, cuius partes copula-  
tur per punctum. Superficies est quantitas continua, cuius par-  
tes copulantur per lineam. Corpus est quantitas continua, cuius  
partes copulantur per superficiem. Tempus est quantitas conti-  
nua, cuius partes copulantur per praesens tempus, sine instanti  
praesens. Sed harum rerum ratio deductio atque plenior de-  
claratio, ad physicam magis quam ad Dialecticam spectat.

CAP. XXVIII.

¶ De altera specie quantitatis, nempe de quantitate discreta.

Definitio  
quantita-  
tis discre-  
tae.

**Q**uantitas discreta est, cuius par-  
tes non copulantur per aliquem  
terminum communem, sed ab in-  
vicem distinctae sunt & separatae.

¶ Sub hac quantitate discreta continetur numerus cum omnibus  
speciebus suis, utpote binario, ternario, & ita de aliis. Num-  
meri siquidem partes per nullum terminum communem copulantur.  
Ut partes denarii, quinque, & quinque, non communiter  
adinvicem per aliquid quod esset unius partis in unum, & tertius  
nus abertius, sed ab invicem sunt discretae & segregatae, pro-  
pter quod etiam discreta quantitas appellatur. ¶ Addit quoque  
Aristoteles numero oratione dicens, etiam eam esse quantitatem  
discretam, eo quod partes vocales habeat ab invicem discre-  
tas & discontinuas. Ut cum dico, Ioannes, Andreas, curter,  
partes orationum harum ab invicem sunt discretae & discontin-  
tinae. Ideo oratione dicit esse quantitatem discretam. ¶ Verum  
de hac oratione difficultas est non minus a, quid per eam de-  
beat intelligi. Nam si per orationem intelligatur ipsa vox ex  
partibus pluribus constans, id est, ex pluribus vocibus parti-  
libus, non videtur hoc modo oratio recte dici quantitatem, cum  
omnes voces, imò omnes soni proprium sibi habeant locum  
in praedicamento qualitatis, una cum ceteris obiectis aliorum  
sentium, quemadmodum suo dicitur loco. Si autem ista vocalium  
oratio hic non intelligatur ab Aristotele, difficile videbitur

aliquid aliud ad propositum commodè assignari. ¶ Huius  
difficultatis duplex est solutio. Quidam per orationem in pro-  
posito intelligunt ipsum numerum, qui subiectatur in parti-  
bus orationis vocalis, quo videlicet partes, plures unius dictio-  
nis numerantur. Ut in hac oratione dominus, ternarius quo  
numereatur tres istae voces aut syllabae, do, mi, & nus iuxta  
horum sententiam appellatur oratio. Verum his nova emer-  
git difficultas. Si enim oratio ista non aliud est quam nume-  
rus, ille in partibus orationis vocalis subiectatur, quomodo  
ergo Aristoteles tanquam species diversae aut genera diver-  
sa, sub quantitate discreta atque immediate tangit numerum  
& orationem? Sic enim oratio sub numero comprehenditur,  
quoniam omnis talis oratio est numerus. Quam tamen obie-  
ctionem ita solvunt, dicentes, orationem non esse speciem di-  
versam, vel genus aliud à numero, sed ambo unum esse secun-  
dum principale significatum, nec esse differentiam, nisi in cõ-  
notato (ut appellant) siue consignificato: quemadmodum su-  
pra dictum est de superficie & loco, non esse illa diversa ge-  
nera vel species diversas, sed tantum connotato differre. Sic e-  
nim dicunt orationem principaliter significare numerum, si-  
mul tamen significando numerum, ut est in partibus oratio-  
nis aliquis subiectatus. Vnde hanc dicunt praedicationem in-  
denticam. Oratio est numerus sicut & illa, locus est superfi-  
cies & econtrario, aestimatur identica quonia in utrobique,  
secundum principale significatum, idem significant subie-  
ctum & praedicatum. ¶ Haec autem solutio tamen vicin-  
que satisfaciatur, si exacte perpendantur. Aristotelis ver-  
ba & penitus introspiciantur, videbitur aliud aliquid vo-  
luisse per orationem intelligere, nec ita pro eodem ista com-  
posuisse. Propter quod ab aliis dicitur, per orationem in pro-  
posito intelligi certam mensuram & quantitatem syllaba-  
rum, per quam oratio vocalis secundum syllabas longas vel  
breves pronunciat, ut ex singularum syllabarum quanti-  
tatibus, de quibus ars metrica tractat totius orationis con-  
statat una mensura, quae quantitas recte dicitur, eo quod  
orationem mensuret & quantam denominet. Discreta, autem  
quantitas dicitur eo quod quantitates illae singularum syl-  
labarum, ex quibus constatur una quantitas totius orationis  
uno spiritu prolata, per nullum terminum communem sunt



## DE PRÆDICAMENTIS

coniundæ, sicut nec ipse syllabæ vilo communi termino adiuuicem coniundæ sunt. Quam sententiam aperre satis indicare videtur Aristoteles, cum de ea sic ait, Quod autem quantitas sit oratio, manifestum est. Mensuratur enim syllaba longa & breui. In quo verbo indicare videtur, istâ quantitatē potius accipiendâ esse secundû inensuram longitudinis vel breuitatis syllabarum, quàm secundum numerum tantû earum.

CAP. XXIX.

De secunda diuisione quantitatis.

Secunda diuio quantitatis.

**Q**uantitatis aliud constat partibus habentibus adiuuicem positionem, aliud constat ex partibus non habentibus positionem adiuuicem.

Pro huius diuisionis intellectu, explicandum est primo quid sit partes alicuius habere positionem, ac deinde quæ quantitates tales sint aut non sint. Requirit autem (vt Boëtius tradidit) ista partium adiuuicem positio, tria. Primum, vt, partes ipsæ alicubi sint, ita vt possint demonstrare hanc partem in tali loco, & illam in alio, atque ita vnicuique parti suum locum vel suam partem loci designare. Secundum vt partes non sint in fluxu, nec pereant, sed simul permanent. Tertium, vt partes adiuuicem coniungantur & coniungantur. Huiusmodi autem quantitates sunt, linea, superficies, & corpus, ac iuxta Aristotelis connumerationem locus. In linea siquidem partes adiuuicem positionem habent, quoniam singula partes certum locum suum obtinent, & singulis suis locus potest designari, dicendo hæc pars lineæ est ad dexteram, illa ad sinistram hæc finem ibi accipit, illa initium. Item partes non fluunt nec pereunt, sed permanent, & simul existunt. Adiuuicem autem continuantur & copulantur per punctum, vt supra dictum est. Ita suo modo dicendum de superficie & corpore. Vbi cunque verû horum aliquid defuerit, illuc non dicuntur partes habere positionem. Vnde tempus quauis quantitas continua sit, non tamen habent partes eius positionem, defectu duorum priorum requisitorum. Nec enim partes temporis alicubi sitæ sunt, vt possit eis suis cuique locus assignari. De-

## LIBER II.

69

inde neque permanent simul subsistentes, sed in continuo fluxu sunt, vt vna adueniens, altera cogatur cedere: & vna abeunte, altera debeat succedere, quoniam iuxta illud potest, Fugit hora, & hoc quod loquimur, inde est. Rectè tamen dicimus eas habere ordinem, videlicet secundum successiorem, quoniam vna est prior, altera posterior vna præcedens, altera subsequens. Numerus quoque non constat ex partibus habentibus positionem defectu primi & tertii: quoniam partes non habent continuationem adiuuicem, imò neque determinate sitam aliquem habent, vt demonstrari possit, hæc pars numeri hic est, illa, illic. Possunt tamen partes eius dici adiuuicem habentes ordinem, quoniam binarius est prior ternario, vt ternarius prior est quaternario, atque ita in cæteris.

CAP. XXX.

De communitatibus, &amp; proprietatibus quantitatis.

Vt admodum autem substantiæ secundum suam naturam supra assignauimus certas quasdam conditiones, quas vel communitates, vel proprietates nominauimus, sic & quantitati veniunt assignari aliquot ipsi ex natura sua competentia, vel communiter cum aliis, vel proprio. Prima conditio quantitatis hæc est.

**Quantitati nihil est contrarium.**

Non est autem hoc quantitati proprium quarto modo. Prima pro est enim ei cum substantia commune. Secundo tamen modo proprietas proprium dicitur, quoniam omni quantitati conuenit, id quod quantitati in singulis est manifestum. Linea enim non contrariatur substantiæ, superficie vel corpori, quoniam simul in eodem sunt linea superficies & corpus. Imò & in seiuicem existunt, & à plurisque dicuntur in se tanquam accidentia. Vt verbi gratia, lineam esse dicunt in superficie, tanquam accidens in subiecto, ita superficiem in corpore. Non enim cum veritate dici poterit, lineam esse in superficie aut superficiem in corpore per modum partis integralis, quoniam non componitur superficies ex lineis tanquam ex suis partibus, neque corpus ex superficiebus, sicut nec linea ex punctis componitur. Sed habet superficies lineam pro termino communi, ad suarum partium continuationem, & corpus superficiem suas partes continua-

tem, Impossibile est autem contraria idem simul esse, ac magis etiam sibi inuicem inesse. ¶ Tempus quoque nulli est contrarium, Nam dies & nox licet videantur quandam habere oppositionem, non tamen proprie contraria sunt, sed sunt priuatio & habitus. Dies quoque ut nocti opponitur non ipsum tempus significat, sed illuminationem aëris, aut praesentiam solis supra nostrum hemisphaerium. Neque hyems & aestas per se contraria sunt. Per accidens enim videntur aliquo modo contrariari, ratione contrariorum effectuum, qui vigent tempore hyemis & tempore aestatis. Hyeme nanque humiditas & frigiditas, aestate vero siccitas & caliditas vigent. Ceterum inter tempus ipsum hyemale & aestiuum, nulla est per se contrarietas. Ita enim & linea rectam per accidens dicimus contrariari lineae curuae, quoniam videlicet rectitudo & curuitas qualitates per se contrariae sunt, à quibus illae duae lineae dicuntur per accidens contrariae, sicut superius in substantia diximus, hominem album nigro contrariari per accidens. ¶ Praeterea, numerus nullum habet contrarium. Nam duo non contrariantur tribus, neque tres quatuor, atque ita in ceteris. Quod ita declarat, quoniam non videtur maiore ratio contrarietatis inter binarium & ternarium, quam inter binarium & quaternarium aut quinarium. Idem igitur binarius infinita habet et contraria, quod est impossibile, cum determinate vnum vni sit contrarium, ut albedo nigredini, vitius vicio, aut plurius vnum duobus, in illis videlect vbi secundum excessum & defectum à medio sumitur contrarietas, quemadmodum eadem liberalitas secundum excessum habet contrariam prodigalitatem, secundum defectum vero auaritiam. Relinquitur itaque, binarium nullum esse contrarium, ac proinde nec vlli numerorum. Par siquidem est de omnibus ratio. Praeterea, contrariorum alterum non includitur in altero, sed numerus alius alium includit, utpote ternarius binarium, quaternarius ternarium. Non igitur possunt numeri, esse adinuicem contrarii. Per singula ergo discutentes ostendimus nulli quantitati quicquam esse contrarium. ¶ Contra hanc autem proprietatem facit obiectionem Aristoteles, de magno & paruo, multo, & paucio. Ista enim videtur esse contraria & nihilominus quantitates. Videntur igitur quantitates sibi inuicem esse contrariae. Cui obiectioni

satisfacit dupliciter. Primo negando quod assumitur, magnum & paruum esse quantitates. Non enim proprie quantitatem significant magnum & paruum, multum & paucum, sed ad aliquid siue relationem. Quod ita declarat. Dicimus enim aliquid magnum, aut paruum, secundam comparationem vel relationem ad alterum. Ut montem istum dicimus paruum, in comparatione ad alterum maiorem, & granum mille vel sinapis dicimus magnum in comparatione ad aliud simile granum minus. Non dicemus autem montem paruum, & mille, aut sinapis granum magnum, si simpliciter & absoluto diceretur magnum & paruum, & non magis secundam relationem vel comparationem. Similiter de multis & paucis declaratur quoniam in ciuitate aliqua magna dicimus esse paucos homines, in vico autem vel pago multos, cum tamen simpliciter illic plures sint quam hic. Nisi igitur secundum relationem & comparationem diceretur multum & paucum, nonquam ita dicerent homines. Nunc autem in ciuitate illa magna dicunt homines esse paucos, comparatione facta ad ciuitatem aliam in qua longe plures sunt homines, & in vico dicunt esse multos comparatione ad vicum alium in quo sunt pauciores. Manifestum est ergo magnum & paruum, multum & paucum esse ad aliquid, & secundum comparationem vel relationem dici. ¶ Secundo respondet Aristoteles praedictae obiectioni, negando assumptum alterum de contrarietate magnum & parui, multi & pauci. Haec enim adinuicem non sunt contraria. Quod primum quidem ex praecedentibus consequitur, quoniam contrarietas proprie dicta non nisi in qualitatibus inuenitur. Magnum autem & paruum non qualitates sunt, sed ad aliquid, in quibus non inuenitur contrarietas. Deinde & ita probatur. Si multum & paucum, magnum & paruum essent contraria, consequens esset contraria simul de eodem praedicari. De eodem siquidem monte vere dicitur, hic est mons magnus & non paruus. Magnus quidem, comparatione ad montem alium minorem: paruus vero comparatione ad alium maiorem. Sic demonstrata eadem hominum multitudine, vere dicitur, isti homines multi sunt & pauci. Multi quidem respectu pauciorum: pauci vero respectu plurium. Simul igitur eidem inueniuntur contraria, si magnum & paruum dixerimus esse contraria.



Secunda  
proprie-  
tas quan-  
titatis.

## DE PRAEDICAMENTIS

### CAP. XXXI.

¶ Secunda proprietas quantitatis.

### Quantitas nō suscipit magis & minus

¶ Non est item hoc proprium quarto modo quantitatis, quoniam non solum quantitati conuenit, quod supra dictum. & declaratum est conuenire etiam substantiæ. Proprium tamen secundo modo dicitur, *Omni enim quantitati, etsi non solum, conuenit. Omnis enim quantitas non suscipit magis & minus. Id in singulis liquet. Linea enim, vna non est magis quam altera, neque superficies vna est magis superficies quam altera, neque corpulentia ista est magis corpus vel corpulentia quam altera. Sed neque tempus vnum est magis tempus quam alterum, neque numerus vnus est magis numerus quam alius. Itē in faciendo comparationem generum & specierum aduincem, non dicitur quantitas continua magis quamitas quam discretas, vel e contrario. Neque linea dicitur esse magis quantitas vel continua quantitas, quam superficies aut corpus. Neque tempus magis quam numerus. Neque denarius dicitur magis numerus quam binarius, atque ita in singulis. Patet igitur per inductionem, omni quantitati hoc conuenire: vt neque at magis aut minus suscipere. ¶ Quod si quis obieciat, lineam vnam dici maiorem altera, aut magis longam. Itē superficiem dici maiorem vel magis latam, sic & corpulentiam maiorem vel magis spissam, ita tempus dici maius vel magis longum, numerum quoque alium alio dici maiorem vel magis multum. Videntur igitur quantitates istas dici secundum magis & minus. Solutur obiectio, per negationem consequentiam. Aliud enim est suscipere magis & minus, sic loquendo per aduerbia, aliud maius & minus, loquendo per comparatiua nomina. Quantitatem enim non suscipere magis & minus est, nullum genus aut speciem prædicamentis quantitatis prædicari: vt eadem cum istis aduerbiis se determinantibus. Atque ita res habet. De nulla enim quantitate potest dicere. Hæc est magis quantitas quam illa, aut magis continua vel discretas quam illa, aut magis linea vel superficies, vel tempus quam illa. Neque item in concretis, hoc est magis quantum illo, hoc est magis continuum aut magis discretum illo, hoc est illo*

\*\*\*

## LIBER I I.

71

magis lineatum vel superficiatum &c. Cuius ratio est, quoniam realis ipsa quantitatis natura non recipit inuentionem vel remissionem. Atque ob hoc nullus terminus prædicamenti quantitatis prædicari potest cum aduerbis illis quæ proprie significant inuentionem vel remissionem formæ: per ipsum quod deteminent significare. ¶ Cum autem dicitur linea esse maior, aut magis longa, & alia huiusmodi, manifestum est nullum terminum prædicamenti quantitatis illic prædicari cum aduerbis magis & minus, nec illam ibi inuentionem vel remissionem significari. Significatur enim tantum excessus vel defectus in extensione secundum longitudinem, aut latitudinem, aut corpulentiam, vel secundum diuturnitatem aut numerum. Sic etiam substantia vna dicitur magis longa quam alia, aut magis alba, vel nigra, non tamen ob hoc dicitur suscipere magis & minus, vt suo loco declaratum est.

### CAP. XXXII.

¶ Tertia proprietas quantitatis.

### Maxime proprium quantitatis est æquale, vel inæquale dici.

¶ Hoc est. Quantitati proprie & quarto modo proprium est, vt secundum ipsam aliquid dicatur æquale vel inæquale. Exempli gratia, secundum longitudinem aut latitudinem, aut corpulentiam dicuntur res æquales, aut inæquales, id est, æque longe, æque late, aut æque corpulente. Item secundum tempus dicuntur res æquales duratione, id est, æque diuturnæ. Secundum numerum dicuntur æquales multitudine, id est, æque multe. In omnibus autem his significatur æqualitas. ¶ Non sumitur autem æqualitas vel inæqualitas proprie dicta, nisi secundum aliquam harum quantitatum. Secundum enim qualitates, vt albedinem vel nigredinem, non sumitur æqualitas vel inæqualitas, sed tantum similitudo & dissimilitudo. Non enim simpliciter æquales dicuntur secundum albedinem vel nigredinem, scientiam vel virtutem, sed ex his similes dicuntur aut dissimiles. ¶ Sumitur autem æqualitas vel inæqualitas non eodem modo in quantitativis continuis & discretis. In discretis enim, secundum identitatem tantum speciei sumitur æqualitas, & e contrario, secundum speciei di-

Tertia  
proprietas  
quantitatis.

\*\*\*

uerſitatem inæqualitas. Vt duo binarij æquales dicuntur, item duo ternarij, duo quaternarij: & ſecundum duos binarios dicuntur duo homines numero æquales, duobus equis quatuor homines quatuor equis. Binarius autem & ternarius ſunt inæquales, item binarius & quaternarius: & vniuerſaliter, binarius omni numero præterquam binario eſt inæqualis. Vnde ſecundum numerum duo homines tribus aut quatuor dicuntur inæquales. Inter quantitates autem continuas, non ita facile cognoscitur æqualitas vel inæqualitas. Non enim ſufficit ad æqualitatem identitas ſpeciei. Non enim omnes linee dicuntur æquales, nec omnis ſuperficies, nec omnia corpora. Neque item inæqualitatem facit diuerſitas ſpeciei: quæ ad æqualitatem nec requiritur, nec ſufficit. Non quidem requiritur: quoniam vna linea alteri ejuſdem ſpeciei inæqualis eſſe poteſt. Nec ſufficit, quoniam linea non dicitur eſſe inæqualis ſuperfici. Sciendum itaque eſt, inter quantitates continuas illas eſſe æquales quæ ſunt ejuſdem ſpeciei, & ejuſdem menſuræ ſpecialis illas autem inæquales, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei ſed diuerſarum menſurarum ſpecialium. Vt linea quæ menſuratur longitudine vnius cubiti aut pedis, dicitur æqualis alteri lineæ, ſimiliter cubitali aut pedali, & bipedalis linea alteri bipedali. Item ſuperficies quæ menſuratur latitudine trium pedum, dicitur alteri ſuperfici æque latæ æqualis: & corpus profundum ſex pedes dicitur alteri eandem profunditatem habenti equale ſecundum profunditatem. Atvero linea longitudinis pedalis inæqualis eſt alteri lineæ habenti bipedalem longitudinem, & ſuperficies latitudinis trium pedum, eſt inæqualis habenti latitudinem quatuor pedum, & ita in cæteris. Sic tempus quod vnius horæ duratione menſuratur, dicitur æquale alteri quod menſuratur duratione equali. Tempus autem vnius horæ & tempus duarum horarum, dicuntur inæqualia tempora. Modus itaque menſurandi ſpecialis in eadem ſpecie facit æqualitatem vel inæqualitatem inter quantitates continuas.

¶ Signanter dicimus, modus menſurandi ſpecialis, quoniã generalis modus menſurandi, nempe ſecundum longitudinem aut latitudinem, aut profunditatem, aut durationem, in generali, non facit æqualitatem. Alioqui omnia tempora eſſent æqualia, & omnes linee æquales, & omnes ſuperficies ſibi inuicem. Sed ſecundum ſpeciales modos menſurandi, ſumi debet

æqualitas vel inæqualitas. Vtpote ſecundum longitudinem tantam vel tantam, ſecundum latitudinem tantam vel tantam, ſecundum profunditatem tantam vel tantam, ſecundum durationem tantam vel tantam.

## CAP. XXXIII.

¶ De prædicamento ad aliquid.

Oſt prædicamenta ſubſtantie & quantitatis, Ariſtoteles adiungit prædicamentum ad aliquid, forſitan ea ratione, quod in quantitate relatiuorũ quorundam ſiue ad aliquid feciſſet mentionem, nempe multi & pauci, magni & parui, propter quod continua determinatione nunc eorum vult tractatum abſoluere. Ponit autem duas ad aliquid definitiones, quarum prior hæc eſt.

Ad aliquid talia dicuntur, quæcũque hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud.

Prior de finitio ad aliquid.

¶ Pro cuius definitionis intellectu, notandum eſt ad aliquid in propoſitio idem eſſe quod relatiuum, ſiue id quod refertur, aut dicitur in ordine ad aliud. Vt pater dicitur in ordine vel in reſpectu ad aliquid, nempe ad filium cuius eſt pater: ſicut e contrario dicitur filius in comparatione ad patrem. Sic dicitur dominus in relatione ad ſeruum, & e contrario. Inter hæc autem quæ relatiue ſic dicuntur adinuicem, quædam inueniuntur ex principali ſuo ſignificato relationem ſignificare, ſiue habitudinem vnius ad alterum, vt ea quæ iam poſita ſunt exempla, dominus & ſeruus, pater & filius. Principale nanque ſignificatum quod hi termini important: eſt habitudo aliqua, vel eius qui genuit ad eum qui genitus eſt, aut e contrario: vel eius qui habet imperium ſiue authoritatem præcipiendi ad eum in quem habet imperium. Et hæc vocantur ad aliquid ſecundum eſſe, videlicet qui a ſecundum eſſe ſuum, id eſt, ſecundum principale ſignificatum ita referuntur. ¶ Quædam autem inueniuntur vocabula dici relatiue, quæ tamen ex principali ſignificato nõ important relationem, ſed abſolutum aliquid, vtpote vel ſubſtantiam vel qualitatem: quemadmodum Ariſtoteles exempla ponit de virtute & vicio, habitu & diſpoſitione, cũ ta-

men ista manifestum sic ex principali significato non habere relationem, quoniam ex principali significato repraesentant qualitates absolutas. Dicuntur tamen aliquo modo relative, ut habitus dicitur respectu eius qui eo dispositus, siue (ut ita loquar) habituatus est, & dispositio respectu eius qui ita dispositus est. Vel habitus dicitur respectu eius ad quod homo per habitum illum disponitur: sicut scientia dicitur ad suum scibile vel scitum, obiectum scientiae, & contrario scibile vel scitum dicitur in respectu ad scientiam quae est de ipso. Sensus quoque dicitur in comparatione ad sensatum vel sensum & contrario.

¶ Cur ergo ista non significant ex principali significato relationes vel habitudines aliquas, sed meras & absolutas qualitates, manifestum est quod non possint dici ad aliquid secundum esse, id est, secundum principale significatum, sed tantum secundum dici, eo quod non nisi ex significato minus principali hoc habeant, ut relative dicatur. Vnde dicunt vocabulum scientia praeter principale significatum, quod est absoluta qualitas, adhuc ex connotato importare quandam relationem siue quandam habitudinem, qua ipsa scientia se habet ad scibile aut scitum, tanquam ad suum obiectum, quod speciali modo respicit: atque ex hac co-significatione dicunt illam procedere relationem qua dicimus scientiam esse scibilis scientiam, & scibile esse scientia scibile. Sic habitum & dispositionem praeter qualitates absolutas principales dicunt significare quasdam relationes, nec habitudines ipsorum habituum vel ad ipsos in quibus sunt vel ad id ad quod ad habentem disponunt, atque ex eiusmodi connotatis praedictam ponunt vocabulorum relationem. Haec autem ad aliquid tantum secundum dici, quoniam non proprie sint ad aliquid, generaliter tamen ad aliquid nuncupantur, & sub priore ista definitione comprehenduntur, quemadmodum ex declaratione Aristotelis patet. Est enim prior definitio generalis, conueniens tam ad aliquid secundum dici quam secundum esse.

¶ Et notandum quod quaedam ex praedictis adiuuicem referuntur secundum casum genitiuum, ut patet dicitur filij pater, & dominus dicitur serui dominus, duplum dimidij duplum, & contrario. Quaedam secundum casum datiuum, ut simile dicitur simili simile, aequale aequali aequale, vicinum vicino vicinum, & huiusmodi. Quaedam sec-

cundum casum ablatiuum, ut maius dicitur minore maius & contrario. Quaedam secundum casum diuersos referuntur ut sensus refertur ad sensibile vel ad sensatum sub casu genitiuo dicendo, Sensus est sensati vel sensibilis sensus. Contra verò sensatum vel sensibile ad sensum refertur sub casu ablatiuo dicendo, Sensatum sensu sensatum: ita scibile scibile vel scitum: contrario autem scientia dicitur scibilis vel sciti scientia. Ita habitus dicitur habituati siue habilis habitus, & habituatus vel habilis habitus dicitur habituatus. Dispositio quoque dispositi dispositio, dispositum verò dispositione aliqua dispositum. Interdum verò prorsus secundum vim nullius casus sic relatio, sed mediante vi praepositionis addita casui. Ut magnum dicitur non parui magnum, neque parui magnum, sed mediante praepositione dicitur magnum ad paruum ubi manifeste vis ipsa comparationis per praepositionem aduenit.

¶ Propter hunc autem tam varium referendi modum, dicitur in definitione ad aliquid sub distinctione. Aliorum dicitur vel quomodo libet aliter ad aliud. Inter quas duas partes sub distinctione positas, plerique talem ponunt distinctionem ut illa intelligant dici aliorum, quae referuntur ad sua correlatiua secundum genitiuum casum: illa verò quomodo libet aliter ad aliud, quae aliter quam secundum datiuum vel secundum ablatiuum, vel secundum accusatiuum cum praepositione ad. Aliter tamen potest sumi ista differentia, hoc modo, ut illa intelligantur dici aliorum, quaecumque adiuuicem referuntur secundum aliquem casum vel aliquos casus. Illa vero quomodo libet aliter ad aliud, quae non secundum vim alicuius casus referuntur, sed per aliquam praepositionem. Ut magnum dicitur ad paruum, & contrario.

¶ Atque hanc expositionem manifeste indicat Boetius, his verbis. Quid sit (inquit) vel quomodo libet aliter ad aliud expediemus. In relatione per quam dicimus, filius patris filius, nulla coniunctio mixta est, nisi tantum sola casuum vis praedicationis huius membra coniungit. Cum autem dico montem magnum, ad alium referens paruum, ita propono: mons magnus ad montem paruum, & in id paruum ad montem magnum, hic nullum casuum vis est. Quia quam enim accusatiuus videtur esse permixtus, tamen ille huius relationis vim non tenet, sed praepositio quae ad accusati-





## DE PRÆDICAMENTIS

uum additur. Cum enim dico, mons magnus, ad paruum montem, sola præpositio est, quæ vim huius continet relationis. Ut si quis dicat, magnus mons paruum montem, nihil significant definitum. Quocirca quantum accusatiuus casus in hac prædicatione sit, non tamen vim relationis casus tenet, sed præpositio. Atque hoc est quod ait Aristoteles, vel quomodolibet aliter ad aliud: ut quoniam superius secundum casus relationes fieri dixerat erant quædam relationes quæ nullis casibus tenerentur, adiecit hoc, vel quomodolibet aliter ad aliud. Ac si diceret, Omnis relatio aut casibus sit, quod per hoc demonstrat, quod ait. Quæcumque id quod sunt aliorum dicuntur, aut præter casus, quod hæc sententia docet, vel quomodolibet aliter ad aliud. Hactenus Severinus Boetius. In quibus verbis manifeste ille insinuat, quæ distinctione partes illas duas intelligat.

### CAP. XXXIII.

De communitatibus & proprietatibus ad aliquid.

Onit autem Aristoteles aliquot conditiones ad aliquid quid generaliter sumpti, ut sit commune tam iis quæ secundum dici quam quæ secundum esse. Quarum quædam rectius communitates, aliæ proprietates videntur appellandæ. Prima hæc est.

### Contrarietas inest relationi.

Prima proprietatis ad aliquid.

Hoc est, inueniuntur nonnulla ad aliquid quæ adinuicem contrariantur. Pro exemplis assignat Aristoteles virtutem & vitium, scientiam & ignorantiam, siue (ut appellat Boetius) inscientiã, accipiendõ ignorantiam aut inscientiã non ut priuationem significet, sed habitum oppositum scientiæ, quæ solet appellari ignorantia præuæ dispositionis, ad distinctionem ignorantie priuationis. Hæc enim ad aliquid sunt secundum dici, & contrarietatem habent. Veruntamen non in omnibus ad aliquid contrarietas reperitur. Duplum enim non habet contrarium, neque pater item contrarium habet. Si enim aliquid contrarium haberet duplum, maxime videretur illud esse dimidium: & patris contrarium si vllum esset, maxime videretur esse filius. Hæc autem non possunt esse con-

## LIBER II.

74

traria, quoniam de eodem simul prædicantur. Ut idem est duplum & dimidium, comparatione ad diuersa: sic idem est pater & filius, respectu diuersorum. Simpliciter autem impossibile est, contraria simul de eodem prædicari: non sunt igitur contraria, ac proinde non omnibus ad aliquid conuenit contrarietas. Imo proprie loquendo, nulli ad aliquid secundum esse contrarietas conuenit, utpote quæ solum in qualitibus inuenitur. Sed neque solum ad aliquid ista contrarietas inest, cum etiam qualitati conueniat. Non ergo proprietates est ad aliquid sed potius communitas.

### CAP. XXXV.

Secunda proprietatis ad aliquid.

Videtur relatiua magis & minus suscipere.

Secunda proprietatis.

Exempla ponit Aristoteles, simile & dissimile, æquale & inæquale: quoniam dicitur aliquid magis aut minus simile, & magis aut minus inæquale. Non tamen omnibus ad aliquid hoc conuenit. Nihil enim dicitur magis aut minus duplum altero, neque magis aut minus pater alio. Neque enim si quis centum habeat liberos, dicitur ob hoc magis pater altero, qui tantum unam habet prolem de se genitam. Sic qui mille habet seruos, non dicitur magis dominus quam habens tantum unum seruum. Dici quidem potest centum liberos habens, esse pater plurium, & mille seruos habens dicitur plurium dominus: non autem magis pater aut magis dominus. Huius ratio est quoniam habitudo ipsa quæ per ista ad aliquid principaliter significatur, non potest intendi vel remitti. Intentio siquidem & remissio solis qualitibus per se conuenit.

Quod si quis interroget, Quomodo ergo dici possunt simile & dissimile secundum magis & minus? Responso est, non per se illa dici secundum magis & minus, id est, non secundum habitudines per ipsa vocabula significatas, quibus non amplius quæ alia habitudinibus conuenit intentio vel remissio, sed ratione qualitatum ipsarum suscipientium intentionem vel remissionem secundum quas dicuntur res similes aut dissimiles, & in quibus ipsæ illæ habitudines similitudinis & dissimilitudinis fundantur. Et si iterum fiat questio, quomodo dicatur aliquid magis inæquale vel minus: respondebitur, id admodum

improprie dicitur quoniam magis & minus proprie secundum aliquam intentionem vel remissionem dicuntur. Interdum tamen etiam dicuntur propter aliam aliquam rationem minus proprie magis & minus, ut supra diximus magis aut minus substantiam solum propter plura vel pauciora, quibus hoc aut illud subsistat. Sic modo dicitur magis inæquale vel minus secundum argumentum maius aut minus, siue secundum mensuram maiorem aut minorem ipsius quantitatis secundum quam dicitur æqualitas & inæqualitas. Ut linea quatuor pedum dicitur esse magis inæqualis lineæ duorum pedum, quam lineæ trium pedum, propter quantitatis excessum maiorem secundum mensuram longitudinis. Item tempus sex horarum dicitur magis inæquale tempori duarum horarum, quam tempus quatuor horarum, propter excessum longioris durationis. In numeris quoque sex dicuntur magis inæquales tribus quam quatuor, eo quod sit super excessus maior ipsorum sex in multitudine quam ipsorum quatuor. Non potest autem istud, quod modo dictum est, proprie dici proprium ad aliquid, cum nec omni conveniat ad aliquid (ut supra dictum est) nec soli. Convenit enim & qualitibus, quæ non sunt ad aliquid. Est igitur communitas quædam aut conditio, potius quam proprietas.

CAP. XXXVI.

### Omnia relatiua dicuntur ad conuertentia.

Tertia proprietas

Te enim legendum est per numerum pluralem, ad conuertentia: non ad conuertentiam numero singulari ut manifeste patet ex græco, ubi loco vocabuli conuertentia dicitur ανιστροφητα, quod vocabulum manifeste neutri generis est numeri pluralis, non feminini singularis. Vocat autem Aristoteles conuertentia quæ nos alio nomine appellamus correlatiua. Correlatiuum enim siue conuertens alicuius relatiui dicimus, illud ad quod tale relatiuum refertur, quodque vicissim refertur ad ipsum. Exempli gratia, dominus est relatiuum, & pro suo correlatiuo aut conuertente habet seruum: quoniam ad seruum dominus, & vicissim ad dominum seruus, dicitur: dominus est serui dominus, & seruus est domini seruus. Ita patris est conuertens filii, magistris discipulus duplici dimidiis, atque ita in cæteris.

Dicunturque pater & filius adinuicem correlatiua atque conuertentia: tam dominus & seruus, duplicem & dimidiis sententia & scibile, sensus & sensatum, & ita in aliis que supradicta sunt. Neque refert siue secundum eundem casum adinuicem referatur, siue secundum diuersos. In quibusdam enim sic a secundum eundem casum sit conuertentia: ut pater dicitur filii pater & e conuerso, filius patris filius. In aliis autem aliter: ut scientia dicitur scibilis scientia, scibile autem dicitur scientia scibile. ¶ Ut autem recte fiat ista correlatiuorum mutua relatio (quæ conuertentiam nominant) oportet providere, ut apte assignetur correlatiuum siue conuertens ei quod proponitur. Nam si in assignando erratum fuerit, nihil mirum erit, si non inueniatur mutua relatio debita. Ut exempli gratia, ala, caput, remus, ad aliquid sunt secundum dici, utpote quæ secundum habitudinem partis referantur ad totum. Quibus si quis assignet pro conuertentibus, auem, animal, nauem, non inueniet debitam relationem mutuam siue conuertentiam. Nam ala non dicitur proprie auis ala, quoniam non dicitur ala ipse auis in quantum auis est: sed in quantum alata est, eo quod & quorundam aliorum sint alæ, quæ tamen non sunt aues. Neque vicissim auis refertur secundum conuertentiam ad alam, dicitur, auis est alæ auis, vel alo quouis casu. Immo etiam secundum aliquem casum posset auis ad alam referri, nec sic esset propria relatio, eum posset esse auis quæ non habeat alas. Ita qui caput voluerit referre ad animal, non recte assignat conuertentiam: quoniam non dicitur caput ipsius animalis secundum quod animal est, cum inueniantur animalia capite carentia. Sic ite de remo conspectu nauis dicendum. ¶ Si vero recte assignauerimus conuertentia prædictorum ad aliquid, videbitur debita conuertentiam. Unde ala si quis pro suo conuertente assignet alatum, capiti capitatum, remo rematum, inueniet naturam relationem siue vitio. Omnis enim ala dicitur alicuius alati ala, & e contrario, alatum omne ala aliqua alatum dicitur. Sic caput dicitur capitati caput, & remus alicuius remati. nauis remum habentis remus: & e contrario, capitatum omne capite est capitatum, & rematum omne, remo est rematum. Huiusmodi autem vocabula ubi imposta non fuerint, sic à principalibus & primitiuis nominibus que in usu sunt docet Aristoteles effingere, Omnia ergo ad



## DE PRÆDICAMENTIS

aliquid, si debita fiat assignatio ducuntur ad conuertentia sibi reciproca siue correlatiua. Propter quod ista recte dicitur proprietates ad aliquid.

CAP. XXXVII.

¶ Quarta proprietates ad aliquid.

**¶ Videtur ad aliquid esse simul natura.**

Quarta  
proprietates.

¶ Illa autem dicitur natura esse simul, quæ posita se ponunt, & perempta se perimunt, id est, quando ad vnius positionem sequitur positio alterius, & ad vnius negationem sequitur negatio alterius. Exempli gratia, pater & filius simul sunt natura, quoniam posito patre consequens est filium esse, & e contrario posito filio conueniens est patrem esse. Iterum ablato patre aufertur & filius, atque e contrario. Non potest enim esse pater nisi habeat filium, neque potest esse filius qui non habeat patrem. Non quod homo ille qui modo est pater non possit permanere in esse naturæ mortuo filio, aut e contrario: quasi homo ille qui modo est filius simul debeat interire cum patre, sed quia non potest homo ille permanere pater sine filio, neque esse potest filius sine patre. ¶ Dicit autem Aristoteles, istud non generaliter omnibus ad aliquid conuenire. Prius enim & posterius adinuicem referantur, quoniam prius dicitur posteriore prius, & posterius priore posterius. Non sunt tamen simul natura, quoniam posito priore non eorum sequitur posterius esse, neque e contrario. Prius enim præcedit natura, ac posterius natura subsequitur. Quorum autem vnum natura præcedit, aliud subsequitur, non potest fieri ut illa simul natura esse dicantur. Idem declarat de scibili & scientia, sensibili & sensu. Non enim ista sunt simul natura, quoniam non est opus posito scibili, potui & scientiam. Potest enim esse res scibilia, antequam eius habeatur scientia. Sic & sensibile potest esse sine sensu, utpote si nullum esset animal, essent autem cetera omnia corpora, esset tunc quidem sensibile (cum omne corpus sit sensibile) nulla autem esset sensus, quoniam omnis sensus in animali est. ¶ In his igitur ad aliquid quæ ita dicuntur secundum aliquam temporis ampliationem, non inuenitur ista conuersio, quemadmodum prius & posterius cum ampliatione significant ad præteritum vel futurum tempus, ita scibile & sensibile cum aliqua ampliatione significant quoniam per possibilitatem vel potentiam exple-

\*\*\*

## LIBER II.

78

antur. Valet enim scibile idem quod potens sciri, vel aptum natum sciri & sensibile idem quod potens vel aptum natum sentiri. In illis autem ad aliquid, quæ secundum nullam ampliationem dicuntur vel significant, vniuersaliter inuenitur ista proprietates assignata. Quare & hac ex parte proprietates recte potest nominari, eod quod omni tali ad aliquid, quod nulla ampliatione dicitur, conueniat. ¶ Generaliter quoque soli ad aliquid conuenit esse simul natura si propriissime accipiatur, sicut natura, suppleudo prædictam definitionem ad hunc modum. Simul natura sunt, quæ posita se ponunt & perempta se perimunt, & quorum alterum non est causa alterius, neque ambo effectus sunt eiusdem tertii. Prius additur, ad excludendum hominem & risibile. Hæc enim duo se ponunt & perimunt, quoniam si homo est, risibile est: & si homo non est, neque risibile erit, atque e contrario. Verum quia natura humanitatis causa est proprietatis, quæ dicitur risibilitas, ideo non sunt simul natura, sed est illa prior ista. Omnis enim causa, est natura prior suo effectui. ¶ Secundum adicitur propter duo ista, risibile & flebile, quæ adinuicem se ponunt & perimunt. Si enim est risibile, est & flebile: & si risibile non est, nec flebile erit, nec e contrario. Nec horum duorum alterum est causa alterius. Nec enim à risibilitatis proprietate procedit flebilis, nec e contrario. Sed quia ambæ proprietates ab eadem natura specifica humanitatis procedunt (ad eum modum, quo in libro priori in tractatu de proprio declaratum est) ideo non dicuntur simul natura. Atque hoc pacto videbitur soli ad aliquid ista proprietates conuenire, ad aliquid sumpto generaliter ut hætenus. Nusquam enim in substantia aut quantitate aut qualitate inueniuntur videbitur ista conuersio, ut aliqua sint simul natura.

CAP. XXXVIII.

¶ Quinta proprietates ad aliquid.  
**SI quis definite nouerit vnum relationum, definite noscet & reliquum.**

Quinta  
proprietates

¶ Hoc est, si quis determinate & certo sciuerit, alicui conuenire alterum relationum, oportet eundem scire determinate & certo cui alterum correlatiuum suum conuertens conueniat.

K. iiii



Secunda  
diuisio ad  
aliquid.

DE PRÆDICAMENTIS

Quod si determinate nō nouerit, neque alterum nosse existimandus est. Exempli gratia, si determinate dicas te scire, me esse patrem, oportet determinate scias, cuius sim pater siue quis meus sit filius, quod si determinate non nosti, neque determinate nosti me esse patrem. Item, si quis dicat se cognoscere certo & determinate, hunc esse dominum, oportet determinate illum nosse cuius sit dominus, aut quis ei sit seruus. Verū hæc proprietates iuxta Aristotelis declarationē, præcipue ad aliqd secundū esse videtur applicanda. CAP. XXXIX.

¶ Secunda definitio ad aliquid explicatur.  
¶ Posterior definitio ad aliquid talis est.  
**P** Ad aliquid sūt, quib⁹ hoc ipsū esse est ad aliqd quodāmodo se habere.

¶ Quam definitionem ipse Aristoteles in hoc asserit à prioribus stifferre, quod illa generalior sit, ista specialior. Conuenientia illa omnibus ad aliquid, etiam iis quæ secundum dictum appellantur ista uero non nisi ad aliquid secundum esse conuenit, & secundum quosdam etiam specialibus, ut solum conueniat ipsis ad aliquid quæ proprie huius sunt prædicamenti, quatenus contra se postrema distinguitur. ¶ Pro cuius intellectu notandum est, quod sex vltima prædicamenta, nempe actio, passio, quando, ubi situs, & habitus dicuntur esse naturæ relationis siue respectus. Consistunt enim in quadam habitudine & relatione vnius ad alterum. Vt actio est habitudo agentis ad patientem, passio est habitudo patientis ad agentem, atque ita in cæteris, quemadmodum suo loco patebit. Atque hinc omnes termini sex vltimorum prædicamentorum vocantur ad aliquid secundum esse, quoniam ex principali significato omnes significant relationem vel habitudinem. Et de his omnibus communiter exponitur ista posterior definitio ad hunc modum. Ad aliquid secundum esse sunt vocabula, quib⁹ hoc ipsū esse est ad aliquid quodāmodo se habere. i. quorum principale significatum est habitudo vel relatio ad aliquid rem. Quod autē hic sub ad aliquid omnia posteriora prædicamenta voluerit comprehendere Aristoteles, satis ex illo videtur confirmari, quod in sequentibus specialem de eis tractatum non faciat, assumans, quātum opus est ad præsentem nec-

LIBER II.

gotium, hic sub ad aliquid satis de eis dixisse. ¶ Capitur tamē interdum ad aliquid propriissime pro solis terminis huius prædicamenti, quatenus contra alia omnia respectiua siue relatiua prædicamenta distinguitur, secundum quam acceptiōnem actio & passio & cætera non dicuntur ad aliquid.

CAP. XL.

¶ Ponuntur diuisiones ad aliquid.

¶ Olenit autem recentiores ad aliquid diuidere, in ad aliquid æquiparentiæ & disquiparentiæ. Ad aliquid æquiparentiæ vocant, quod refertur ad seipsum siue ad idem nomen. Vt simile ad seipsum refertur dicendo, simile est simili simile. Sic æquale dicitur æquali æquale, dissimile dissimili dissimile, inæquale inæquali inæquale, vicinus vicino vicinus, amicus amico amicus, cognatus cognato cognatus, affinis affini affinis, coniunctus coniuncti coniunctus, atque ita in similibus. Ad aliquid uero disquiparentiæ appellant, quod ad aliud nomen refertur. Vt pater non dicitur patris pater, sed filii, dominus dicitur serui dominus, præceptor discipuli præceptoris subditi, & e contrario. ¶ Iterum ad aliquid disquiparentiæ diuidunt in ad aliquid superpositionis, & suppositionis. Ad aliquid superpositionis dicitur, quod secundum relationem digniorem dicitur, ut pater, dominus, magister, creator, gubernator, præpositus, dux, princeps, rex, pastor, episcopus, causa, principium, totum, cæteraque dignitatum & officiorum nomina. Ad aliquid suppositionis ex opposito dicitur, quod secundum relationem minus dignam dicitur, ut filius, seruus, discipulus, creatura, gubernatum, subditum, miles, effectus, pars. ¶ Referuntur autem ista ad inuicem, hoc modo, pater est filii pater, dominus serui dominus, præceptor discipuli præceptor, creator est creaturæ creator, gubernator est gubernati gubernator, præpositus est subditi aut subditorum præpositus, dux est militum dux, princeps est principatus sui princeps, rex est regni sui rex, imperator est imperii sui imperator (capiendo principatum, regnum & imperium, pro ipsis omnibus qui subsunt principatum, regimini, imperio) pastor item est curæ suæ, id est, pauperum latum omnium pastor. Episcopus episcopatus sui episcopus, causa dicitur effectus sui causa, & totum in ordine ad partem dicitur totum. Nec

Diuisio-  
nes ad  
aliquid.

difficile est relationes istas conuertere. Filius enim dicitur patris, seruus domini, discipulus praeceptoris, creatura creatoris, gubernatum à gubernatore, subditus praelato, miles ducis, principatus principis, regnum regis, imperium imperatoris, cura pastoris, episcopatus episcopi, capiendū curam & episcopatum, pro iis qui pastori & episcopo commissi sunt. Et factus quoque dicitur causae suae effectus, & pars, totius pars. Ita quoque in cæteris dicendum.

## CAP. XLII.

De prædicamento qualitatis.

Qualitatis prædicamentum inter prædicamenta accidentium latissimum est, utpote quod plurima & admodum diuersa intra suae latitudinis ambitum complectatur atque contineat. Definit autem Aristoteles, siue potius aliquo modo describit & notifica qualitatem, hoc modo.

Definitio  
qualitatis.

**Qualitas est, secundum quam quales quidam dicuntur.**

¶ Quod non proprie definitio est, cum generalissima genera proprias definitiones non habeant. Est tamen descriptio, vel ut minimum qualiscūque notificatio qualitatis. Neque est quod quisquā obiciat, ignotū hic definiri per aequè ignotum, qualitatem scilicet per quale, quæ ambo videntur atque ignota, cū definitio & descriptio omnis debeat fieri per notiora. Non est enim verum, æquè ignotum esse quale, ut qualitatem. Notius enim est quale quam qualitas, sicut album quam albedo, coloratum quam color. Id quod manifeste cognoscimus ex plerisque rudibus, qui album quidē sciunt, sed albedo quid sit, non intelligunt; coloratū item & se videre & nosse dicunt, si autem de colore interrogentur, quid sit, nesciunt. Quoniā ita plerunque sensui est notius concretum quam abstracta qualitas, ob hoc non incongrue potest describi, & videnturque notificari abstractum per concretum. Hic vero maxime, cum qualitas tanquam generalissimum genus, propria definitione non possit notificari. Est ergo qualitas forma accidentialis, secundum quam aliqua substantia dicitur qualis: ut ab albedine dicitur albi, à scientia docti vel scientes, à virtute probi aut studiosi, à vino mali vitiosi & improbi.

## CAP. XLII.

De quatuor speciebus qualitatis, & primum de habitu & dispositione.

Dicitur autem à Aristotele qualitas prima sui ditione in quatuor species, quas etiā appellat qualitatis genera non quod sint supra qualitatem (sic enim non esset qualitas generalissimum genus, cum haberet aliud supraueniens genus) sed quia sunt genera sub qualitate posita, habentia numerum species sub se alias pluriimas. Vult enim specierum istarum latitudinem significare, cum eas non solum species, sed etiam genera appellauit qualitates, id est, sub qualitate. Singula enim harum specierum quatuor alias sub se plures comprehendunt, ut in processu patebit: Quoniam autem propria nomina non sunt inposita quibus genera ista possent designari, idcirco necessitate compulsus & inopia vocabulorum, circumloquutione vitur in illis assignandis.

¶ Assignat autem primo loco, habitum & dispositionem. Sub quo genere comprehendit vult omnes habitus & dispositiones, & si quæ alia horum naturam retinent, siue cum his naturalem convenientiam obtinent. Hoc autem in primis notandum est, inter habitum & dispositionem, non esse differentiam essentialē, quasi specie aut genere differant habitus & dispositio. Non enim differunt, nisi secundum magis & minus, secundum perfectum & imperfectum, secundum firmum & infirmum secundum, facile, mobile & difficiliter mobile. Dispositio namque est promptitudo aliqua vel assuetudo, relicta ex actu aliquo vel actibus pluribus, adhuc tamen infirma & exigua, ita ut facile perdi possit aut à subiecto dimoueri. Verum postquam eadem illa promptitudo altas radices iecerit, postquam assuetudo illa fuerit bene radicata in subiecto, ita ut non nisi magna difficultate possit perdi aut à subiecto dimoueri, iam habitus dici merebitur. Propter quod habitus iuuenilitatis virili conditioni, dispositio puerili apte potest comparari quædamodum Severinus Boëtius ait, dispositionem ab habitu distare eo modo, quo ipse Socrates dū esset paruulus, post vero habescens à seipso distabat. Unde dispositio, imperfectus & imminutus quidem habitus dici potest, & e contrario, habitus quædam perfecta & consummata dispositio. Dispositio enim

Prima species  
qualitatis.



DE PRAEDICAMENTIS

cum perficitur in habitum euadit quem admodum puer cum perficitur, in virum tandem euadit. ¶ Exempli gratia, in eo qui a pueritia sobrie sen per & caste vitam duxit, sobriusque & castus actibus sedulo dedit operam, in hoc sobrietatis & castitatis proculdubio est habitus, quoniam difficulter mobilis est à subiecto illa consuetudo siue pronptitudo ex longa assuetudine, id est, per continuam operationem actuum tantum acquisita. Nam etsi forte contingat interdum insidere in actum aliquem sobrietati aut castitati contrarium, non tamen statim perditur habitus ille castitatis & sobrietatis, quem admodum is qui habitum recte scribendi habet, si semel male pingat figuram aliquam, non ex hoc scribendi perdit habitum. In nouello autem Christi tyrunculo, qui non diu ab ebrietate & impudicitia conuersus castis & sobriis actibus cepit exerceri, necdum vero multum promouit, dispositionem quandam dicere possumus illum iam assequutum, habitum notitiam. Est enim ex actibus illis quibus iam aliquandiu se exercitauit, relicta nonnulla promptitudo & assuetudo. Verum ea tam est adhuc debilis, tam infirma, tam male radicata, ut facile possit periri, si non continuo aduenientibus similibus actibus roboraretur, & persisteretur ad acquirendam firmitatem. ¶ Unde sic solent dispositio & habitus definiiri. Dispositio est qualitas insensibilis ex multis actibus vel vnico actu acquisita, sed male radicata & facile à subiecto mobilis. Habitatio vero est qualitas insensibilis ex multis actibus vel actu vnico acquisita, bene radicata, & difficulter à subiecto mobilis. Ex quibus definitionibus patet, nullum habitum aut dispositionem inesse homini à natura, neque vllum habitum ei esse congenitum aut innatum, sed acquiri debere ex actu vel ex actibus. Quemadmodum enim ex impressione pedis in terram, postquam calcatio transiit, relinquitur signum vestigi sic ex actu etiam vnico, si aliquo modo vehemens & validus fuerit, relinquitur quasi vestigium, etiam postquam transeerit actus ille, quaedam promptitudo ad actum talem iterandum, & facilius meliusque operandum. Hic incipit tenuis & admodum exigua dispositio. Deinde pluribus actibus accedentibus, continue roboratur & augetur illa dispositio. Donec tandem euadat in habitum. Quare autem diximus in his definitionibus ex actibus multis vel ex actu vnico

\*\*\*

Dispositio  
Habitatio

Dispositio est qualitas insensibilis ex multis actibus vel vnico actu acquisita, sed male radicata & facile à subiecto mobilis. Habitatio vero est qualitas insensibilis ex multis actibus vel actu vnico acquisita, bene radicata, & difficulter à subiecto mobilis. Ex quibus definitionibus patet, nullum habitum aut dispositionem inesse homini à natura, neque vllum habitum ei esse congenitum aut innatum, sed acquiri debere ex actu vel ex actibus. Quemadmodum enim ex impressione pedis in terram, postquam calcatio transiit, relinquitur signum vestigi sic ex actu etiam vnico, si aliquo modo vehemens & validus fuerit, relinquitur quasi vestigium, etiam postquam transeerit actus ille, quaedam promptitudo ad actum talem iterandum, & facilius meliusque operandum. Hic incipit tenuis & admodum exigua dispositio. Deinde pluribus actibus accedentibus, continue roboratur & augetur illa dispositio. Donec tandem euadat in habitum. Quare autem diximus in his definitionibus ex actibus multis vel ex actu vnico

LIBER I L

quantum quidem ad dispositionem satis facile potest intelligi ex praedictis, quoniam videtur etiam ex vno actu, modo alicuius fuerit vehemens, & cum aliqua attentione perfectus relinquatur qualiscunque dispositio, quauis non sit necesse, simpliciter ex omni actu relinqui aliquam dispositionem. Quemadmodum enim non ex omni admonitione pedis supra terram relinquatur vestigium, utpote si tantum leuissime pes terram contingat, aut si terra nimium dura fuerit, ut tam facile impressionem non recipiat: ita non semper ex quolibet actu vnico relinquatur dispositio, quoniam interdum nimis remissus & debilis est actus, ut non sufficiat aliquid dispositionis relinquere, aut obstat nimis duricies, & praua dispositio contraria in subiecto, ut sic non possit ex actu vnico in contrarium disponi, sed multis opus est actibus, ut quasi ut insculpatur aliquid vestigi & dispositionis. Admodum tamen frequenter, ex actu vnico relinquatur dispositio, maxime cum alicuius attentionis & perfectionis fuerit ille actus. ¶ De habitu vero magis mirum viderit posuit, quare in eius definitione dicatur ex pluribus, actibus, vel ex actu vnico. Sed sciendum est, iuxta communionem sententiam, quosdam habitus ex vnico actu acquiri. Ut scientia (quae est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus) gigni potest in homine ex vnico actu demonstrationis, quoniam videlicet tam efficax, est ille vnicus actus demonstrationis ad scientiam illam in animo generandam, ut eiusdem actus iteratione non sit opus ad habitum talem impedimentum: regulariter tamen ad habitum generationem opus est pluribus actibus. ¶ Dicitur autem, de habitu, non quod non possit amoueri à subiecto vel extra subiectum perdit, sed quod difficulter possit moueri. Nullus enim est habitus, siue in corpore, siue in anima, qui non aliqua ratione perdi possit, utpote, vel per grauem aliquam egritudinem, aut alium casum consimilem. Quemadmodum refert Boetius, quendam summum oratorem egritudine febribusque decoctum, omnem litterarum amisisse doctrinam, in aliis autem rebus factum ac sibi constantem, & in omni re vegetum permanisse, quem aliqui Meffalam, Coruinum fuisse autantam.

CAP. XLIII.

¶ De iis quae sub habitu & dispositione continentur.

Habi-  
tus ani-  
mae.

„ **D**ividitur autem genus istud habitus & dispo-  
sitionis (ut supra tenuimus) in multa inferiora  
genera & species. Sunt enim quidam habi-  
tus animae, quidam habitus corporis. Habi-  
tus animae est, qui acquiritur & subiectatur  
in anima. Qui iterum dividitur secundum duas animae par-  
tes, in habitum intellectus, & voluntatis. Habitus intellectu-  
alis est qui subiectatur in intellectu, ipsūque ad aliquid dis-  
ponit habitumque reddit. Huiusmodi sunt, sapientia, intelle-  
ctus, scientia, prudentia, ars, opinio, fides. Habitus voluntatis  
est, qui subiectatur in voluntate, ut sunt habitus morales  
virtutes atque vitia. ¶ Horum autem singula iterum possunt  
sub diuidi. Scientia quidem in naturalem, quae de rebus natu-  
ralibus est: & supernaturalem, quae de rebus supra naturam  
ut sunt Metaphysica & Theologia, quae de spiritualibus in-  
telligentiis & deo tractant. Virtus autem dividitur in virtutem  
theologicam, cuiusmodi sunt fides, spes, charitas, quae imme-  
diate deum respiciunt & moralem, quae respicit actus huma-  
nos, ad disponendos eos secundum mediocritatem debitam.  
Sub virtute morali ponuntur iustitia, fortitudo, continentia,  
sobrietas, castitas, humilitas &c. Vitium quoque dici potest op-  
posito modo ad virtutem, secundum quod quaedam immedia-  
te circa deum male disponunt hominem. Ut infidelitas, des-  
peratio, odium dei: quaedam verò immediate circa actus  
humanos indisponunt, ut auaritia, incontinentia, gula, pu-  
lanimitas, & cetera. Quorum omnium exactior distinctio, non  
est praesentis contemplationis. ¶ Habitus autem corporis di-  
uiditur, qui subiectatur in corpore, aut aliqua eius parte, ip-  
sūque vel aliquam partem ipsius disponit ad actum aliquem  
promptius expeditiusque peragendum, ut habitus scribendi,  
habitus ludendi pila, habitus pugillandi aut currendi, atque  
ita in ceteris. Manifestum est enim in his omnibus, praeter  
ipsam artem, (quae in anima est non in corpore) ponendam  
esse aliquam assuetudinem in membris, quibus isti ac-  
tus peraguntur, ex similibus actuum frequenti iteratione re-  
sultantem, per quam disposita sunt ad tales actus prompte exere-  
cendum. Unde si quis plene cognoscat regulas omnes, quae ad

Habi-  
tus cor-  
poris.

bene scribendum, pugillandum, aut currendum requiruntur,  
non habeat autem illam in membris assuetudinem, non dicitur  
talis habere habitum scribendi, pugillandi, aut currendi,  
& cetera. ¶ Est autem hoc omnibus habitibus commu-  
ne, quod sicut ex actibus generantur & introducuntur in sub-  
iectum, ita cum iam in subiecto fuerint, vicissim ex sua natu-  
ra producant actus consimiles. Habitus enim ex sua natura  
eum, cui inest operari facit operationes eiusmodi, ex quibus  
ipse est genitus. Neque solum operari facit, sed etiam prom-  
pae operari, & cum delectatione. Nam ita docet in Ethicis Ar-  
istoteles, signum esse habitus perfecti: delectabiliter suae cū  
delectatione operari. ¶ Praeter autem hos habitus est ac-  
tibus acquisitos, qui naturales sunt, id est secundum naturam  
acquiruntur, ponuntur & alij habitus à deo infusi supernatu-  
rales, quos sua benignitate deus infundit mentibus & cordi-  
bus hominum. Huiusmodi sunt, fides, spes, & charitas, item  
quae alia spiritus sancti dona, quae apud Esaiam enumerantur:  
sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia pietas, at-  
que timor domini. Haec enim dona quae supra naturam sunt fa-  
cultatem, per nostrarum operationum exercitium, non possu-  
mus nostris viribus acquirere, sed ipse deus, per spiritum sanctum  
infundit cordibus nostris: quemadmodum de charitate te-  
stantur sanctus Apostolus, dicens, Charitas dei diffusa est in  
cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.  
Hae autem omnia quibus anima in iis quae ad deum sunt di-  
sponitur, sicut habitus, recte qualitates appellantur, & sub hoc  
genere constituantur. Sunt enim habitus & dispositiones.  
¶ Solent quoque à nonnullis sub hoc genere constitui, speci-  
es tam sensibiles, quam intelligibiles, quae habitibus videntur  
ad similes: eo quod per ipsas disponatur homo ad ope-  
rationem sensus vel intellectus, sicut per habitum homo ad  
actum disponitur. Quid autem sint hae species sensibiles, at-  
que intelligibiles, in libris de consideratione rerum natura-  
rum late determinauimus.

¶

Roma, 5.



Secunda  
Species  
qualitatis

Natu-  
ralis  
poten-  
tia.  
Natu-  
ralis  
impo-  
tentia.

DE PRAEDICAMENTIS

¶ De secunda specie qualitatis.

5

Secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia. Vbi coniunctio disiunctiua vel (iuxta quod communiter annotari solet) indicat, duo illa, nempe naturalis potentiam & naturalem impotentiam, non idem genus vel eandem speciem esse, quomodo de habitu & dispositione iam diximus, quae ad significandam identitatem, per copulatiuam coniunctionem adiuuicem fuerunt coniuncta. Non enim secundum magis & minus, perfectum & imperfectum differunt ista duo, naturalis potentia, & impotentia naturalis, sed differunt secundum essentiam, sicut duo diuersa genera. ¶ Est autem naturalis potentia quaedam qualitas congenita, & à naturali complexione indita alicui, per quam ipsum redditur naturaliter potens ad aliquid agendum vel ad alicui resistendum. Naturalis verò impotentia est, quam congenita, & à naturali complexione indita alicui, per quam ipsum redditur naturaliter impotens ad aliquid agendum, vel alicui resistendum. Exempli gratia, quidam homines ex naturali complexione sani sunt, vel potius salubres, aut sanatiui, id est, quandam naturalem sanitatem, aut salubritatem habentes, per quam naturaliter potentes sunt ad resistendum iis quae possent corporali malam inducere valetudinem ut non facile ab aliquo nocimento pati possint. Alii verò naturaliter aegri sunt, aut potius aegrotatiui siue insalubres, qui naturaliter sunt impotentes ad resistendum noxia & aduersis, ita ut facillime patiantur à quibuslibet occurrentibus malis. ¶ In illis salubrita, illa vel sanatiuitas naturalis, ea naturalis potentia, quae tunc etiam manere in homine potest, quando actu laborat aegritudine. Ut cum ex graui causa quempiam in morbum incidisse contigerit, dicimus nihilominus illum salubrem vel sanatiuum esse natura. Illa autem insalubritas vel aegrotatiuitas, naturalis impotentia dicitur: quae in homine esse potest, etiam si actu sit sanus, & nulla labor et aduersa valetudine. Ita durum dicit Aristoteles significare quaedam naturalem potentiam, qua res naturaliter potens est ad resistendum secanti, ut non facilliter se patiatu diuidi. Contra verò, molle naturalem significat impotentiam, per quam res mollis naturaliter impotens est ad resistendum sectioni. Sic

LIBER I I.

81

in vno est naturalis potentia ambulandi, currendi, pugillandi, luctandi in palestra cantandi, saltandi, hoc aut illud operandi qui ad hoc vel illud ex naturali complexione est dispositus ut possit. In alio contraria est impotentia ambulandi currendi, & cetera. ¶ Differunt autem istae naturales potentiae vel impotentiae ab habitibus & dispositionibus, quod isti acquiruntur per actus & exercitium, vel infunduntur supernaturaliter, illae verò neque per actus acquiruntur (quoniam ante omnem actum insunt) neque supernaturaliter infunduntur sed à natura insunt rei. Non quidem sic à natura, quomodo ea quae rei sunt essentialia, quomodo animal aut rationale dicimus esse de natura hominis, sed quia à naturali complexione rei conueniunt. ¶ Exempli gratia, secundum complexionem variam bonam vel malam, alij naturaliter salubres sunt, alij insalubres, quidam in stomacho naturalem habent quandam vim bene digerendi cibum, alij naturalem impotentiam ad idem habent. Sic in oculis quorundam, ex complexione est naturalis potentia ad expedire & bene videndum, in alijs est impotentia naturalis vel ad omnino non videndum, ut est in caecis, vel ad male & difficulter videndum ut in alijs excutiensibus. In oculo quippe caeci, est quaedam naturalis impotentia ad videndum, quae nascitur ex mala complexione existente in oculo caeci, videlicet ex malo contempto, quod non tale est illi quale esse deberet, quemadmodum e contrario in oculo bene videntis, illa potentia naturalis ad videndum procedit ex certa & bona complexione naturali, quae est in oculo. Quid enim causa est, quod in oculo est naturalis potentia ad videndum, & non in aure, atque e contrario in aure ad audiendum, & non in oculo, nisi complexio alia atque alia in oculo, & aure, quae diuersa complexio dat diuersis membris naturales potentias diuersas. ¶ Ista autem quae modo dicta sunt de processione naturalium potentialium à complexione, sunt intelligenda quantum ad naturales potentias ipsius corporis, vel quae animae conueniunt in corpore aut secundum corpus. Quod dicimus, propter intellectum & voluntatem, etsi quae aliae sunt potentiae in anima rationali ab illis distinctae. Siquidem istae vires non inveniunt homini à naturali complexione. Sunt enim vires eminentes supra corpus secundum quas videlicet corpori superemi-

\*\*\*

net anima rationalis, quemadmodum plenius declarauimus in libro de consideratione rerum naturalium, notissimum primo & octauo. Solent tamen istæ vires dici etiam naturales potentia, & merito videntur cum his connumerandæ. Sunt enim istæ vires, qualitates innatæ & cogentæ, nuntium à Deo inditæ & insitæ animæ rationali, licet non a completionis esse potis. ¶ Ponuntur itaque in hac specie, omnes potentia & vires naturales, tam animæ quam corporis. Per animæ autem potentias in proposito intelligimus, vires illas, quæ in ipsa immediate & non in aliquo organo corporis subieciuntur, ut intellectus, voluntas, memoria intellectiua. Hæc enim vires in anima rationali immediate, & non in aliquo corporeo organo, subieciuntur. Naturalis potentia corporis est, quæ subieciatur immediate in corpore, etiam si ab anima procedat. Huiusmodi sunt omnes aliæ potentia sensuum, siue interiorum, siue exteriorum. Potestque diuidi ista naturalis potentia corporis, in potentiam vegetatiuam, sensitiuam, & motiuam secundum locum. Potentia vegetatiua consequenter diuiditur in nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Atque hæc iterum possent subdiuidi, ut ex Physicis patet. Potentia sensitiua diuiditur in sensum interiorem & exteriorem. Exteriores sensus sunt visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus. Interiores sunt, sensus communis, imaginatiua, & estimatiua, phantasia, memoratiua. De quibus omnibus specialibus pertractare, non est præsentis institutum. Ad Physicam nempe considerationem hæc spectant, illic singula singulis, & iustis capitibus à nobis sunt tractata. ¶ In hac autem specie satis rationabiliter videntur constituendæ etiam virtutes naturales, herbarum ac lapidum, quæ subiecta sua reddunt naturæ aliter potentia ad aliquid agendum vel alieni resistendum. Virtutes item celestium corporum, visus celestium, & astrorum videntur vires quibus in hac inferiora potentia sunt mirabiliter influere. Videntur enim naturalibus potentia non male connumerari, tamen si qualitates illæ quæ ex influentiis celestibus in corpora inferiora imprimuntur, maiori ratione in sequentem speciem videantur reponendæ.

Quæ in  
hac specie  
conueniunt

¶ De tertia specie qualitatium.

Tertia species qualitatium ita nominatur, passio & passibilis qualitas. Est autem inter passionem & passibilem qualitatem similis fere differentia, qualis inter habitum & dispositionem. Passio enim cito transit, passibilis qualitas dicitur per manentior. Ut si quis subito exardescens irascatur, passio est illa ira, cito transiens, non autem passibilis qualitas: sic & inflammatio illa & ignea rubedo vultus, cum ira exurgens & cum ea transiens, passio dicitur, quoniam non permanet. Si autem iracundie passio radicata & diuturna in aliquo permanerit, quasi ad modum habitus, illa passibilis dicitur qualitas, similiter & illa rubedo ignea permanens, dicitur passibilis qualitas. Manifestum autem est, secundum huiusmodi permanentem & cito transiens non sumi differentiam essentialem. Est enim hoc essentialiter extraneum, huiusmodi permanere aut cito transire, quemadmodum non differret species homo uno tantum vivens die, ab eo qui centum annos vixit. ¶ Compreheenduntur autem sub hac specie summam omnium obiecta sensuum exteriorum nempe colores omnes, atque etiam lux & lumen, quæ sunt obiectum visus, soni omnes, tam voces quam non voces, qui sunt obiectum auditus, sapor omnes in quacumque sunt differentia, dulcis, amarus, acidus qui sunt obiectum gustus odores omnes, in quacumque uent sunt differentia, suavis, gravis, &c. qui sunt obiectum olfactus, denique qualitates omnes tactiles siue tangibiles, nempe calor, frigus, humiditas & siccitas, quæ à Physicis quatuor primæ qualitates nominantur, item aliæ qualitates tangibiles secundæ, de quibus traditur in Physicis, nempe crassum & subtile, durum & molle, lubricum & aridum, rarum & spissum, grave & leue. ¶ Nec obstat quod supra dictum est, durum & molle esse naturales potentias, item quod ait Aristoteles, rarum & spissum esse positiones potius quam qualitates. Nihil enim prohibet, eodem terminum secundum aliam & aliam significationem poni sub diuersis speciebus qualitatium, sicut neque in diuersis prædicamentis. Sic enim cursor & pugillator, secundum quod significant naturalia potentias, ponitur in secunda specie, secundum verò quod habitus significant in prima. Ita durum & molle, secundum

Tertia spe  
cies quali  
tatis.

Quæ sub  
hac specie  
conueniunt

quod significant naturalem potentiam vel impotentiam ad res  
suscipiendum, ponuntur in secunda specie, secundum verò quod  
significant quaedam tactu perceptibiles qualitates, ponuntur  
in tertia specie. Illa siquidem naturalis potentia vel impo-  
tentia, non est per se tactu perceptibilis. Ita rarum & denium  
prout significant, quandam partium situm secundum elon-  
gationem aut compressionem maiorem vel minorem, sunt de  
praedicamento suum secundum verò quod qualitates quaedam  
tactu perceptibiles significant sunt, in praedicamento & sub  
tertia specie qualitatis.

Quare  
dicantur  
passibi-  
les qualita-  
tes

¶ Causa autem quare istae qualitates vocentur ad Aristotelem  
passibiles, id est, passibiles vel partibiles duplex est, quemad-  
modum ipse in textu enarrat. Primum enim dicuntur passibi-  
les vel partibiles, quia vnaquaeque earum secundum se passio-  
nis in sensu est effectiva. Non enim passibiles dicuntur qua-  
si subiectum in quo sunt ab eis aliquid patiatur ea in se habendo,  
sed quia in sensibus nata sunt efficere aliquam passionem.  
Quod potest intelligi dupliciter. Vel secundum quod vna-  
quaeque qualitas sensibilis prout est obiectum cui sensus, potest  
imprimere in ipsum sensum cuius est obiectum, speciem sui,  
sicut sensationem actualem in potentia sensitiva efficere,  
quemadmodum in physica libro nono plenius declarauimus.  
Vel quia sic mouendo sensum natae sunt in eo efficere  
aliquam passionem, utpote delectationem, vel tristitiam,  
amorem vel odium. Quemadmodum, exempli gratia, dulcedo,  
quae est in melle sensum gustus immutat suam speciem  
in ipsum organum gustus, atque in ipsum gustum transmutan-  
do, sicut in ipso gustationem efficit & patitur quodammodo  
ipse sensus ab obiecto, quod ipsi suam imprimit speciem,  
atque ita deinde efficit in sensuali affectu passionem delectationis.  
Quemadmodum e contrario amaritudo in se-  
le immutando gustum, per diffusionem suae speciei in ip-  
sum, pati ipsum quodammodo facit, atque ita deinde, in af-  
fectu sensiuo efficitur passio tristitiae. Ita proportionabiliter  
dicendum de coloribus, odoribus, sonis, & tangibilibus  
qualitatibus quarum in sensu suo efficiunt delectationem & ali-  
am tristitiam, generaliter autem omnes sensum immutando  
aliquo modo ipsum pati faciunt. Non enim possunt immutare  
sensum quin aliquid patiatur: propter quod etiam à phi-

losophis, sensus potentia passiva ponitur. ¶ Secunda ratio ob  
quam dicuntur ista sensuum obiecta passibiles qualitates, est,  
quoniae earum quaedam à passionibus quibusdam natae sunt  
effici. Quemadmodum (exempli gratia) rubor in facie cau-  
satur ex passione verecundiae, pallor ex timore color flammis  
ex ira, liuidus ex inuidia. Calor item & frigus, ex pas-  
sionibus irae & timoris nascuntur. Ira namque calefacit, timor  
refrigida. Verum ista ratio non est generalis. Non enim om-  
nes passibiles qualitates natae sunt fieri à passionibus. Neque  
enim ex huiusmodi passionibus praedictis timoris aut vere-  
cundiae, potest aliquis effici sapor vel odor, & multa aliarum  
qualitatum tangibilium non sunt ab huiusmodi passionibus  
natae fieri. ¶ Contra praehenduntur quoque sub hac specie qua-  
litatis omnes passionibus corporales, ut sunt amor & odium,  
gaudium & tristitia, timor, verecundia, ira, spes audacia, at-  
que huiusmodi, de quibus plene tractauimus ultimo libro con-  
siderationis rerum naturalium. Videntur item huic pertinere  
omnes actus vel operationes potentiarum, tam animarum quam  
corporis, in utrumque actuales omnes intellectiones, volitiones  
& solutiones, imaginationes, sensationes, aliaque huiusmodi.  
Omnia enim haec videntur passionibus ad similia. Nonnulli  
tamen ita ponunt in prima specie qualitatis. Videntur praeter-  
ea ad hunc ordinem pertinere qualitates omnes quae ab  
extrinseco inprimuntur, quae non est actibus propriis, aut ex  
propria complexione efficiuntur, ut sunt imperus qui rebus  
ab extrinseco inprimuntur, item illae qualitates quas influen-  
tiae celestium corporum in haec inferiora, agendo inprimunt.  
Volunt etiam nonnulli ad hanc speciem redigere species  
sensibiles atque intelligibiles. Verum illas iam ante loca-  
uimus sub prima specie, quod videantur habitibus magis quàm  
actibus similes.

## CAP. XLVI.

¶ De quarta specie qualitatis.

¶ Vartum genus sub qualitate comprehendit eas,  
quae hactenus nullo priorum comprehendere sunt  
figuras & formas accidentarias omnium rerum  
tam artificialium quàm naturalium. Id ab Aristotele sic assi-  
gnatur. Figura & quae circa vnum quodque est forma. Tali

Quarta  
species  
qualita-  
tis.

enim ordine apud Aristotelem genus istud inuenitur assignatum, non ordine inuerso, quo vulgo recitari hoc pacto solet, forma & circa aliquid constans, figura. Priore enim loco figura poni debet absolute, ut secundo loco forma, cum adiectio-  
 ne existentiae circa aliquid, id quid ad oculum textus Graecus manifestat, qui sic habet *τίτλας τῶν ἀπὸ τῶν ἁπλοῦν* *ἡμῶν περὶ ἡλικασὸν ἀπὸ κινῶν μαρτυρῶν*. Hoc est, ut ad verbum reddamus. Quartum genus qualitatis est, figura & quae circa unum quodque est forma. Sub hoc genere continentur omnes figurae & formae, siue naturales, ut forma sine figura hominis, equi, arboris, auri, argenti, caeli atque ita in ceteris quas natura rebus donauit, siue artificiales, ut forma lecti, templi, domus, aliarumque rerum quas ars humana effinxit, atque in materiam laborioso conamine ingenique industria conduxit. ¶ De differentia autem figurae & formae, diuersa sunt diuersorum sententia. Scruentius Boetius ita eas distinguit. Figura inquam est, ut triangulum aut quadratum. Forma autem, ipsius figurae quaedam qualitas est. Ut figura quidem est triangulum vel quadratum, forma autem ipsius trianguli vel quadrati quaedam qualitas, unde etiam formosus homines dicitur. Figura enim quaedam vel pulchrior, vel mediocriter, vel alio quodam modo constituta, qualitas formaque nominatur. Has autem esse qualitates, nullus dubitat. Si quidem & a figura dicitur figuratus, & a forma formosus. Haec enim Boetius. Ex quibus patet illum accipere figuram, ut aliquam abstractum formam, ut possit eadem figura varias suscipere formas, quemadmodum eadem figura faciei humanae, varios vultus assumit, nunc laetum, nunc tristem, nunc benignum, nunc terribilem. ¶ Alii sic distinguunt, ut figura proprie ad artificialia referatur, forma ad naturalia, quanquam haec distinctio saepe confunditur, ut figura dicatur rerum naturalium quemadmodum dicimus figuram equi aut hominis, forma vero rerum artificialium, vel cum dicimus formam domus aut vestis. ¶ Comprehenduntur autem sub hac specie omnes figurae geometricae siue perfectae siue imperfectae. Perfectae dicuntur figurae quae suo termino vel suis terminis sic sunt conclusae, ut nihil possit addi vel subtrahi, sine mutatione speciei. Exempli gratia, figura triangularis perfecta est, quia sic est

\* \* \*

Perfectae  
figuræ.

conclusa suis terminis, id est tribus lineis, & tribus angulis, qui ex harum trium linearum conuentione consurgunt, ut nec minima particula vtiquam possit adici vel subtrahi. Circulus quoque, uno termino, nempe unus continuæ lineæ protractione, sic est in se conclusus, ut adici item vel demul possit. Quaedam autem harum figurarum clauduntur lineis, ut figurae planæ quæ subieciuntur in superficie, quæ videbunt secundam latitudinem tantum descendentur, non secundam profunditatem: ut circulus in superficie describitur, & una linea in seipsam redeunte sine aliquo angulo clauditur. Sic figura triangularis, quadrangularis, & ita consequenter in superficie describuntur, & lineis tribus aut quatuor aut quinque, secundum angulos totidem conuentionis, clauduntur: quæ admodum ad oculum patet inuenti descriptione triangulari, aut quadranguli, aut aliquam aliarum huiusmodi figurarum planarum. Quaedam autem clauduntur superficie vel superficiebus, & subieciuntur in corpore praedicamentis quantitatibus. Cuiusmodi sunt figura sphaerica, figura cubica, figura pyramidalis: quæ vocantur figurae solidae, eo quod non secundum planam superficiem, sed secundum profundam corpulentiam considerentur. ¶ Imperfectae autem figurae dicuntur quæ non sunt ita conclusae suis terminis, quin addi eis possit vel subtrahat citra mutationem speciei. Huiusmodi assignantur reductio & curuitas, concauitas & conuexitas, simum & aquilinum, & si quæ sunt huiusmodi. Figurae namque recte, secundum lineam rectam protractionem, potest addi aut subtrahi, & manebit reductio ut antea. Ita curuitati si aliquid adiecerit, manebit curuitas: & si abstuleris aliquid, reque manebit curuitas. Sic in concauitate aut conuexitate superficierum, sic in simo & aquilino. Haec igitur omnes figurae Geometricae, cum omnibus figuris & formis aliis quarum cunquam rerum, siue naturalium, siue artificialium (quæ sunt innumeræ) sic sub quarto qualitatis genere suum locum obtinent.

Figurae  
imperfectae.

## CAP. XLVII.

¶ De definitione qualitatis.

1  
Sicut autem qualitates supra vicinque describitur, siue descripsit Aristoteles, ita etiam describitur qualia, hoc modo.

Definitio  
qualia

Qualia sunt quæ secundum hæc de nominatiue dicuntur, vel quomodo libet aliter ab his.

¶ Quæ definitio, vel de rebus, vel de terminis potest exponi. De rebus sic exponitur. Illa dicuntur qualia quæ secundum hæc, id est, secundum qualitates iam dictas & determinatas, dicuntur denominatiue, id est, denominantur aliquo denominatiuo proprie dicto, voce & significatione simul, vel etiam quæ ab his qualitatibus dicuntur talia: aut talia quomodo libet aliter supple quam per proprium denominatiuum voce & significatione simul, id est, denominatiuo significatione tantum. Exempli gratia, Homo iustus & homo sciens sunt qualia, quoniam secundum qualitates dicuntur denominatiue, id est, denominantur aliquo proprie dicto (quod est denominatiuum voce & significatione) dicendo homo est iustus homo est sciens. Secunde partis exemplum est, homo studiosus vel probus secundum virtutem namque licet non denominetur homo denominatiuo proprie dicto, voce & significatione simul, dicente, homo est virtuosus (quoniam virtuosus non est vox recepta latinis potissimum autem Græcis nullum est concretum secundum vocem respondens abstracto areti arete quod virtutem significat) denominatur tamen ab illa qualitate homo græce spondeos, latine studiosus: quod est quomodo libet taliter denominari, id est, non per denominatiuum voce & significatione, sed significatione tantum.

¶ De vocibus autem sic potest exponi. Qualia, id est, concreta prædicamenti qualitatis, dicuntur vocabula siue concreta, quæ secundum hæc, id est, secundum qualitates prædictas, dicuntur denominatiue, id est, prædicantur sicut denominatiua voce & significatione simul, vel quomodo libet aliter ab his, id est, aliter quam voces, & significatione, nempe significatione tantum, secundum aliquas qualitates. Exempli gratia. Vocabula albus & niger, qualia sunt, quæ prædicantur, sic subiectis, tanquam denominatiua proprie dicta voce & signifi-

catione, idque secundum qualitates albedinem & nigredinem item studiosus & probus, qualia sunt respectu virtutis: quia licet non prædicentur secundum virtutes, ut denominatiua proprie dicta voce & significatione, dicuntur, tamen secundum eam aliquo modo aliter, id est, tanquam denominatiua significatione. ¶ Vnde quomodo supra circa definitionem denominatiuorum distinximus triplicia denominatiua quædam voce tantum, quædam significatione tantum, quædam voce & significatione simul: & ita in proposito triplicia qualia possumus distinguere, nempe qualia voce tantum, significatione tantum, & voce ac significatione pariter. Primi membri exemplum ponit Aristoteles in textu cursorum, & pugillatorum, ut significent naturales potentias. Hæc enim duo qualia denominatiua sunt tantum secundum vocem, respectu cursorum & pugillatorum, quæ (ut ait Aristoteles) non naturalem potentiam, sed habitum significant. Vnde respectu horum abstractorum, illa qualia tantum sunt denominatiua secundum vocem. Secundi membri exemplum dedimus studiosum vel probum respectu virtutis. Voce enim hæc non conueniunt sed significatione. Tertii membri sunt exempla plurima ab omnibus pæne qualitatibus. Pæne enim omnes qualitates sua habent propria concreta, secundum vocem ab ipsius abstractis derivata: Desinit autem Aristoteles in proposito, non solum qualia voce & significatione, sed etiam qualia significatione tantum. Priora quidem sub priore membro, posteriora vero sub posteriore concludens. Qualibus autem voce tantum non conuenit definitio, quoniam illa nullo modo secundum qualitates dicuntur. Non enim dicitur quis cursor aut pugillator (in significatione naturalis potentie) disciplina cursoria vel palestrica. \*\*\*

## CAP. XLVIII.

De conditionibus siue proprietatibus qualitatis  
Prima proprietates qualitatis hæc est.

Inest contrarietas qualitatis.

¶ Exempli possunt inueniri in singulis quatuor speciebus qualitatis in prima enim sunt, virtus & vitium, scientia & ignorantia contraria, quæ vocantur prout dispositionis, in secun-

Qualitatis  
prima pro-  
prietates.



da sunt, salubre, & insalubre, durum & molle, visuum & impotens videre, imò & ipsa duo prima genera naturalis potentia & naturalis impotentia. In tertia sunt colores contrarii, albedo & nigredo, saporis contrarii, dulcedo & amaritudo, odores contrarii, gravis & lenis tangibiles qualitates contrariae, calor & frigus, humiditas & siccitas. In quarta quoque, rectitudo & curvitas, simum & aquilinum. Non omni tamen qualitati convenit habere contrarium, cum plurimae nullum habeant. In prima species qualitatis omnes species sensibiles & intelligibiles non habent contrarium. Si enim vllae species sensibiles haberent contrarium, maxime id videretur in speciebus à qualitatibus contrariis procedentibus: quae tamen vere non contrariantur, cum possint simul in eodem subiecto existere, quemadmodum ex physicis est manifestum. In secunda specie, intellectus & voluntas non habent contrarietatem. In tertia colores mediis, item odores & saporis mediis. In quarta verò, omnes figurae perfectae, ut triangulus quadrangulus, figura sphaerica & cubica, contrarii carent. Non potest igitur haec conditio qualitatis dici propria ei quarto modo, quoniam non omni qualitati convenit. Propria tamen dicitur primo modo, si recte intelligatur. Sola enim qualitati convenit vera & proprie dicta contrarietas. Substantiae enim (ut supra dictum est) nihil est contrarium. Idem dictum est de quantitate. In ad aliquid non assignatur contrarietas, nisi largi sumpto nomine ad aliquid, ut etiam comprehendat qualitates. In aliis verò nonnullis, utpote actione & passione, si videatur inveniri contrarietas, non proprie, & propter ipsam invenitur, sed per accidens, qualitatum gratia, ut paulo post suo loco dicitur.

## CAP. XLIX.

Secunda p-  
prietat. ¶ Secunda proprietate qualitatis.

## Qualia suscipiunt magis &amp; minus,

¶ Suscipere autem magis, & minus est intentionem suscipere vel remissionem, si de rebus loquamur: vel cum adverbii magis & minus intentionem aut remissionem rei significatae designantibus praedicari, si de vocabulis fiat sermo. Atque in hoc sensu proprie loquendo, conditio ista propria est qualitati primo modo, quoniam convenit soli qualitati & non

omni. In singulis quidem speciebus qualitatis praeterquam in vltima inveniuntur magis & minus. Habitus enim & dispositiones intenduntur & remittuntur, & praedicantur termini cum magis & minus, ut alius est alio magis grammaticus, magis sciens, magis liberalis, magis iustus. Sic in secunda specie, alius est alio magis salubris aut egrotatius alio magis durum aut magis molle. In tertia, manifestum est aliud alio esse magis calidum, magis album, magis amarum & ita in ceteris. ¶ Non omni autem qualitati convenit suscipere & minus. In quarta enim specie, penitus non inveniuntur intentio vel remissio, neque praedicatio secundum magis & minus proprie accepta. Non enim unum dicimus magis triangulare aut quadrangulare, sphaericum aut cubicum, aut pyramidale, aut circulare, quam alterum. Quicquid enim eiusmodi fuerit, per se esse eiusmodi esse debet, ut non possit esse magis sive quid figurae eiusmodi (ut dici solet) consistunt in indivisibili. ¶ De figuris autem imperfectis quae non consistunt in indivisibili, tamen secundum nomen videri possit, eas suscipere magis & minus, ut dicitur alius alio magis simus aut aquilinus, linea item una dicitur alia magis curva, id tamen non est ratione intensiois rerum significatarum, sed alunde: nempe ex latiori extensione vel commenturatione, vel distantia locali. Non omni igitur qualitati convenit suscipere magis & minus. Sola tamen convenit qualitati, si proprie intelligitur, ut supra expositum est. ¶ Quod si quaedam alia videntur dici secundum magis & minus, erit hoc non ratione intensiois aut remissionis rei significatae, quemadmodum supra dictum est de inequali, quod dicitur secundum magis & minus alia ratione. Termini quoque praedicamenti actionis & passionis, aliquo modo dicuntur secundum magis & minus: sed non nisi ratione qualitatum, ut suo loco posterius dicitur.

## CAP. L.

¶ De tertia proprietate qualitatis.

Tertia insuper ponit Aristoteles conditionem qualitatis, quae sola ei proptio est propria.

Similia, inquit, & dissimilia secundum.



Tertiopro  
prietas. **solas qualitates dicuntur.**

¶ Est autem quod qualitati proprium quarto modo, secundum ipsam aliquid dici simile aut dissimile: quemadmodum de quantitate diximus, proprium ei esse, ut secundum eam res dicatur aequalis aut inaequalis. Omni enim qualitati id convenit, quoniam secundum omnes qualitates sumitur similitudo in omni specie. Duo enim grammatici similes sibi sunt in grammatica, quam uterque habet. Duo albi, duo nigri, sibiinvicem sunt similes. Duo quorum alter est sciens, alter ignorans ignorantia pravae dispositionis, alter recte credens, alter haereticus, alter albus, alter niger, sibiinvicem dissimiles sunt. Duo triangularia corpora, sibi similia sunt. Duo quorum alterum est triangulare, alterum quadrangulare sibiinvicem sunt dissimilia. Sibi quoque id convenit qualitati. Neque enim secundum substantiam sumitur similitudo, neque secundum quantitatem, neque secundum aliquid aliorum, sed secundum solas qualitates. ¶ Solent autem similitudo & dissimilitudo sic definiti, Similitudo est rerum differentium eadem qualitas. Dissimilitudo est rerum differentium diversa qualitas. Quae descriptiones sunt causatim intelligendae in hunc modum. Similitudo causatur ex eadem, (id est, consimili secundum speciem) qualitate, in diversis subiectis. Dissimilitudo vero causatur ex diversis secundum speciem qualitatibus in diversis subiectis existentibus. Hoc est, illa sunt similia adinvicem, quae habent eandem secundum speciem qualitatē, illa dissimilia quae habent diversas secundum speciem qualitates. Sola enim diversitas non eratis qualitatē, non ponit dissimilitudinem, sed tantum specifica atque generica.

Quid si-  
militudo  
& dissimi-  
litud.

CAP. II.

¶ De praedicamento actionis.  
Determinatis late prioribus quatuor praedicamentis, sex posteriora, nempe actionem, passionem, ubi, quando, situm esse, & habere, paucissimis perstringit versus quam tractat Aristoteles, eo quod sub ad aliquid magna ex parte eorum natura sit explicata, cum sint omnia ista praedicamenta respectiva & quodammodo ad aliquid, neque ista multa magna utilitatis de his, ut de his praedictis, occurrunt

runt determinanda. Posteriores vero nonnulli, exactius de his existimaverunt differendum. Quorum & nos sententiam institutamque aliquoties sequentes, singula horum suo ordine compendiose tractabimus. Nec enim temere contemnenda, aut reiicienda sunt, quae posteriorum sagax diligentia primorum bonis inventis adiecit. ¶ De actione igitur dicturi, primo eius definitionem explicabimus, deinde species sub ipsa diversas assignavimus, ac postremo conditiones proprietatesque eius locabimus, quo ordine hactenus est à nobis, sicut & ab Aristotele, processum. Definitur itaque actio hoc modo.

**Actio est, secundum quam in id quod subicitur agere dicimur.**

Definitio  
actionis.

¶ Cuius sensus est. Actio est forma aliqua accidentalis siue habitudo quaedam, secundum quam res aliqua dicitur agere in id quod subicitur. Ut calefactio activa est actio: quoniam secundum ipsam dicitur ignis calefaciens agere in aquam sibi subiectam secundum virtutem. Subiectio enim ista non est intelligenda suppositio localis. Sic enim aqua non subicitur, sed supponitur igni à quo calefit. Verum secundum virtutem accipitur ista subiectio, ut illud dicatur alteri subici in proposito, quod ab altero virtute & aclinatate superatur. Quomodo aqua igni subicitur, quando virtus ignis sic praevalet aquae, ut cogat eam suscipere à se caloris impressionem. ¶ Dividitur autem actio in actionem animae & corporis. Actio corporis est, quae subicitur in corpore, ut calefactio, activa frigefactio, activa, in duratio item & emollio factio, percussio, aliaque huiusmodi. Actio vero animae est, quae subicitur in anima vel spiritu, ut intellectio activa, volitio activa. Intellectus enim producit in se intellectio actioem, agendo illam producti, & in seipsum patientio recipit. Similiter & voluntas agendo elicit volitionis actum. Unde ipsum illud elicere actum intelligendi siue volendi, est agere, quemadmodum econtrario, ipsum suscipere est pati. Sub actione animae comprehenditur etiam actio angelica, utpote volitio aut nolitio & intellectio angelica. Propter hoc in definitione signanter diximus, quae subicitur in anima vel spiritu. Possit autem hoc in loco multiplex actio

distingui, & multae possent assignari actionum differentiae, sed quia ad Physicam considerationem spectant huiusmodi à nobis impraesentiarum relinquuntur.

## CAP. LIJ.

¶ De proprietatibus actionis & passionis.

Ponit Aristoteles paucis verbis duas actionis, & passionis proprietates. Prior haec est.

## Suscipiunt agere, &amp; pati contrarietatem.

Prima actionis proprietates.

¶ Quod intelligendum est, non per se, sed per accidens tantum ratione, videlicet contrariarum qualitatum concomitantium, quae per actionem agentis suscipiuntur in patiente. Exempli gratia, calefacere & frigidificare aliquo modo dicuntur contraria sibi invicem, eo quod per calefactionem imprimatur in patiente subiectum caliditas, per frigidificationem frigiditas, quae sunt duae qualitates contrariae. Idem est de induratione & emolliitione. Caeterum, ipse actiones ex sua natura contrariantur. Quod manifeste ex eo patet, quoniam in eodem simul esse possunt: quemadmodum in sole induratio acculatum, & liquefaciente glaciem, simul sunt induratio actio & emolliitio. Non ergo per se, sed tantum per accidens agere & pati suscipiunt contrarietatem. ¶ Non omnibus autem actionibus convenit, sic contraria suscipere. Nam describere in superficie circulum aut quadrangulum, est quoddam agere, & descriptio illa actio nullum habet tamen contrarium, sicut neque circulus aut quadrangulus. Item illuminatio actio nullum habet contrarium, sicut nec eorum contrarietatem habet, sed tantum privationem. Universim autem illae actiones & passionis suscipiunt per accidens contrarietatem, per quas in patientia imprimatur aliqua qualitas habens per se contrarium. Quando vero qualitas illa in patiente recepta non habet contrarium, tunc nec actio ipsa neque passio cum actio & passio non nisi per accidens, ratione cuiusmodi qualitatum, contrarietatem suscipiant. Exempli gratia ex his quae dicta sunt. Altera vero proprietates actionis & passionis haec est.

## Suscipiunt agere, &amp; pati magis, &amp; minus.

Secunda proprietates actionis.

¶ Quae similiter intelligenda est sicut praecedens, nimirum actionem & passionem suscipere magis, & minus per accidens, ratione qualitatum receptorum in subiecto patiente, non autem per se. Exempli gratia, ignis unus dicitur magis calefacere alio, aut frigidum unum magis frigidificare alio. Verum id non facit per se ipsa natura actionis (quae cum sit habitudo quaedam non intenditur vel remittitur) sed per accidens id dicitur ratione alterius, nempe qualitatis ipsius caloris vel frigoris, quae per unam actionem intensior imprimatur in passum, quam per alteram, secundum quod agens potentius est virtute, & passum magis ad patendum dispositum. Quare enim dicitur magis calefacere ignis magnus quam parvus, nisi quia magnus imprimit calorem intensum, parvus remissionem. Quare dicitur sol magis illuminare aerem quam luna, nisi quia sol magis & intensius lumen sol diffundit in aerem quam luna. Atque ita in reliquis. Non ergo per se magis & minus suscipiunt a Actio & passio, sed tantum per accidens. ¶ Non autem omnibus actionibus id convenit, sed iis tantum per quas imprimatur in subiecto, qualitas aliqua intentionem vel remissionem suscipiens, iuxta quod in praecedenti proprietate proportionabiliter diximus. Ignis enim alius alio dicitur magis calefacere, & aqua alia magis alia frigidificare: quoniam caliditas & frigiditas contrariae qualitates, per actiones illas imprimuntur in passum suscipiunt intentionem & remissionem. Qui autem circulat aut quadrat (ut ita loquar) non magis circulat aut quadrat alius alio dicitur, sicut nec circulus alius alio est intensior vel remissior.

## CAP. LIJ.

¶ De praedicamento passionis.

Actio & passio correlativa sunt ad invicem. Refertur enim agens ad patientem, & e converso: quia omne agens dicitur agere in patientem aliquod, & omne patientem dicitur pati ab agente quopiam. Nec potest esse agens nisi sit patientem, neque patientem nisi sit agens. Propter hanc mutuam relationem & cor-

respondentiam, cognita natura actionis, satis cognoscitur natura passionis: quoniam (in xta regulam suprapositam) si quis unum relativorum definite nouerit, nosset & reliquum. Pro maiori tamen claritate paucis aptemus passioni quae de actione suo modo dicta sunt. Primum ergo sic definitur passio.

Prior definitio passionis.

**Passio est illatio effectusque actionis.**

¶ Hoc est, passio est id quod inferitur ex actione, siue correlatiui actionis. Vel sit, oppositio modo ad definitionem actionis.

Alter definitio.

**Passio est, secundum quam, id quod subicitur, pati dicitur.**

¶ Quae definitio, ex prius declarata actionis definitione satis clara relinquitur. ¶ Diuiditur autem passio in passionem corporis, & animae. Passio corporis est, quae subicitur in corpore, ut calefactio passiva, frigidatio passiva, induratio item & emollio passiva, &c. Passio animae est, quae subicitur in anima vel spiritu, ut sunt intellectiones, uolitiones, & nolitiones passivae, siue in hominibus siue in angelis.

¶ Passio autem proprietates ex dictis manifeste sunt. Suscipiunt enim per accidens contrarietatem, non quidem omnes, sed illae per quas in passio recipiuntur contrariae qualitates, ut frigidatio passiva & calefactio, induratio passiva & emollio. Illuminatio autem passiva non suscipit, neque per se, neque per accidens, contrarietatem. Suscipiunt quoque per accidens magis & minus, non item omnes, sed illae quae qualitates habent concomitantes, intentionem & remissionem suscipientes. Ut calefit unum altero magis, aut frigesit. Intra autem quae circulantur aut quadrantur, non dicitur aliud alio magis. ¶ Adicitur praedictis alia conditio, quae uerè propria est passionis.

Tertia proprietas passionis.

**Passio primo inferitur ex actione.**

¶ Hoc est, passioni conuenit, immediate inferri ex actione, sicut e contrario actioni conuenit, ex se primo & immediate inferre passionem. Quemadmodum enim pater primo inferre filium, & filius primo inferitur ex patre, quoniam si pater est,

oportet filium esse, cum sit pater filij pater: ita & de agente & patiente consimiliter dicendum, cum sint (ut diximus) ad inuicem relatiua.

## CAP. XLIII.

¶ De praedicamento ubi.

In hac duo praedicamenta, quando & ubi, notandum est in proposito, non accipi uocabula illa interrogatiue, ueluti cum dicimus, quando uenies domum, uel ubi habitas? Neque item aduerbialiter & indefinitely, ueluti cum dicimus, Quando uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum aut, Illic par est ubi Christus habitauit. Sed accipiuntur ut sint quaedam nomina, secundum significationem. Ubi enim accipimus, pro esse in loco, & quanto pro esse in tempore. Idque si conuertiue accipiuntur: Si uerè abstractiue, habitudines ipse intelligantur rei locatae ad locum quo circumscribitur, aut rei temporalis ad tempus quo mensuratur. ¶ Definitur autem ubi hoc modo.

**Ubi est circumscripcio corporis locati, à loci circumscriptione procedens.**

¶ Cuius definitionis hic est sensus. Ubi est illa habitudo quaedam ipsius corporis locum aliquem obtinentis: quae habitudo in ipso locato praesentatur, ex hoc quod à loco creto circumscribitur uel conuenitur. Manifestum enim est id quod est in loco aliquo, determinatam quandam habitudinem habere ad locum suum quo continetur & circumscribitur: hancque habitudinem, ipsum ubi abstractiue, nuncupamus, & ipsum sic esse in loco, ubi conuertiue. Exempla per se clara sunt, ut esse in caelo, esse in terra, esse in domo, in templo, &c.

¶ Solent autem diuidere, ubi, in ubi simplex, & ubi compositum. Ubi simplex dicitur habitudo alicuius locati ad locum simplicem & indiuisibilem, uel ad locum diuisibilem indiuisibiliter se habeatis. Exemplum primum, ut esse angeli in puncto, quod appellatur locus indiuisibilis. Exemplum secundum, ut esse angeli in hoc templo, in hac ciuitate, in hac regione. Est enim in hoc loco diuisibilis angelus indiuisibiliter: quoniam non habet partes diuersas correspondentes diuersis partibus loci, cum sit ipse natura sua indiuisibilis, & partes non habens integrales. Simili fere modo est anima ca-

que sequitur ubi, ubi ad praedicamentum, testatur sine magno detrimento.

Definitio ubi.



tionalis in corpore quod informat: quoniam non habet partes correspondentes partibus corporis, sed tota est in toto, & tota in qualibet eius viua particula. Sic item in dignissimo illo sacrae eucharistiae sacramento, preciosum Domini nostri IESU CHRISTI corpus est in loco illo quem species occupant sacramentales indivisibiliter: quoniam totus ipse in toto est loco, & totus singulis adest partibus. ¶ Vbi verò compositum dicitur, habitudo corporis locati ad locum divisibilem, & divisibiliter ipsum continentem, ipsumque circumferentem. Ut esse rerum corporalium in aqua, vel in aëre. Sunt enim res istae corporales sic in locis suis divisibiliter, ut singulae partes locati singulis partibus loci respondeant. Quemadmodum videlicet manus mea habet suum locum quem non caput & caput alium locum quem non pedes, atque ita in ceteris. Atque istud vocant esse in loco circumscriptive, quemadmodum praecedens vocatur esse in loco definitivè. De quibus variis modis existendi in loco, plenius suo loco diximus in libro quarto considerationis rerum naturalium, cap. 14. ¶ Assignatur quoque conditiones quaedam ipsi vbi, quemadmodum haec sunt praedicamenti alius sunt assignatae. ¶ Prima proprietas est.

### Vbi contrarietatem non habet.

¶ Quod intelligi debet de contrarietate logica & proprietate: Nam esse sursum & esse deorsum, aliquo modo secundum physicam considerationem contraria sunt, cum secundum illa sumantur motus contrarii. Motus enim sursum & motus deorsum, secundum physicos sibi invicem censentur contrarii. ¶ Secunda proprietas.

### Vbi non suscipit magis & minus.

¶ Nam esse in templo, non est magis vbi quam esse in domo, neque magis in templo, vel domo est alius alio: tamen si vel frequentius, vel diutius, vel magis sedulo in ea possit esse alius alio. Hoc tamen non est magis & minus suscipere. Sunt autem haec propria secundum modo ipsi vbi, quoniam conveniunt omni, sed non soli. Nam & substantia contrarietatem, magis quoque & minus, non recipit.

## CAP. LV.

¶ De praedicamento quando.

Vid de vocabulo quando in ea significatione in qua hic eius est usus dicendum sit, ex praecedenti capite patet. Et fere qui de quando sic dicendum, ex vbi liquere potest, cum secundum proportionem ita se habeat res temporalis ad tempus quo mensuratur quemadmodum res locata ad locum quo circumferbitur aut continetur. Definiunt autem quando hoc modo.

Quando est, quod ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur.

Definitio quando.

¶ Cuius descriptionis hic est sensus. Quando est habitudo quaedam rei temporalis, quae in ea invenitur & provenit ex mensuratione temporis, ex hoc quod tempore mensuratur. Manifestum est enim, sicut res locata certa quanda habitudinem habet ad locum continentem, sic rem temporalem certam ut hodie re habitudinem ad tempus ipsam mensurans: atque haec habitudo vocatur ipsum quando abstractivè, ipsamque esse in tempore vocatur quando concretivè. ¶ Dividitur item quando, in quando simplex & quando compositum. Quando simplex, est habitudo rei ad tempus indivisibile, ut esse angeli in aeternitate, quae large potest dici quoddam tempus. Aeternitas enim est simplex, & successivis partes non habet, sicut nec aeternitas. Item esse hominis aut aeternitas rei in hoc momento temporis, est quando simplex quoniam momentum temporis est indivisibile, sicut punctus localis est indivisibilis. Esse autem in aeternitate proprie dicta, non comprehenditur sub quando huius praedicamenti: quoniam in aeternitate esse soli Deo convenit, & ab ipso Deo non distinguitur, qui omnia praedicamenta transcendit, immenso nimirum intervallo post se relinquens creata omnia & creatorum accidentia. ¶ Quando autem compositum est habitudo rei temporalis ad tempus divisibile. ut esse in hoc anno, in hoc die, in hac hora, &c. Huiusmodi enim tempus est divisibile in partes successivis, sicut locus in partes positionis, quemadmodum ex praedicamento quantitatis relinquitur manifestum. Sub quando autem composito, ponuntur esse hodie, fuisse heri, fore cras, item esse vel fuisse vel fore in hoc anno, in hac die, in hac



hora, &c. Sub quando autem simplici videntur immediate po-  
ni, esse ingeneritate, & esse in momento temporis. Sub esse in  
momento, ponitur esse in hoc momento, vel in illo. Quia ne-  
mo existimet esse individua, sicut neque individua sunt esse  
in hoc loco, esse in illo loco. Species enim sunt, non indi-  
vidua. Sic autem debent individua assignari, hoc esse in loco,  
vel in hoc loco illud esse in hoc loco. Item hoc esse in illo mo-  
mento vel tempore, istud esse in illo momento vel tempore, sic  
videlicet toti proponendo pronomen demonstrativum sin-  
gularizans, non tantum parti. ¶ De natura autem aeternita-  
tis, & quomodo à tempore, item & ab aeternitate distingua-  
tur, diximus, in libro quarto de consideratione rerum natu-  
ralium, capitulo vicesimo secundo. Conditiones etiam quibus  
eadem sunt quae ipsius ubi. Quando enim non habet contra-  
rium, neque magis suscipit aut minus.

## CAP. XLVI.

¶ De praedicamento situs.

¶ **S**itus & situs, nomina sunt omnino eiusdem signi-  
ficationis, secundum eum usum in quo hic sumuntur.  
Est tamen situs vocabulum aliquanto notius. ¶  
positio, propter quod per situm definitur positio, hoc modo.

Definitio  
positionis.

**Positio est quidam partium situs, &  
generationis ordinatio.**

¶ Pro cuius definitionis intellectu, adverte in vnoquoque  
corpore, potissimum vero in viventibus, inveniendi habitudo-  
nem certam vniuscuiusque partis in ordine ad totum ipsum,  
simul & ad reliquas partes eiusdem totius secundum variam  
situationem partium ad invicem in toto ipso corpore. Ex-  
empli gratia in humano corpore, caput talem habet situm  
ut ipsum sit supra humeros, ac superius omnibus aliis par-  
tibus. Pedes talem habent situm vel positionem, ut omnium  
infimi sint, & pars extrema corporis deorsum. Humeri situm  
habent, ut infra caput consistant & supra pectus. Pectus hanc  
habet situm, ut supra ventrem, & infra collum consistat. Bra-  
chia quoque, ut ad latus virumque dependant. Item in arbo-  
re, radices secundum situm sunt infimae, truncus medius, ra-  
mi superiores. Huiusmodi autem habitudo partium in toto ra-

se invicem atque etiam in ordine ad totum, positio vel situs  
nominatur. ¶ Distinguitur autem duplex rerum positio, nem-  
pe naturalis & non naturalis, quam solent conditionalem no-  
minare. Naturalis positio est habitudo certa partium ad in-  
vicem in toto ipso corpore, sic à natura rei determinata. Huius-  
modi sunt omnes illae positiones supradictae, capitis in supre-  
mo, pedum in infimo, humerorum supra pectus, pectoris su-  
pra ventrem, manuum ad latera. Item in brutis positio capitis  
in anteriori loco, & caudae in posteriori, oris versus terram,  
dorsus versus caelum, aurium supra caput, & in nonnullis cor-  
num, item in plantis, situs radicum deorsum in terra, trunci  
in medio, & ramorum supremo loco in aere. A natura enim  
determinatae sunt omnes hae positiones. ¶ Positio non natura-  
lis siue conditionalis dicitur, habitudo certa partium non se-  
cundum quod est à natura determinata, sed secundum quod  
aliquo modo aliter partes ad invicem finiuntur. Exempli gra-  
tia, cum genua flexit homo aut cum capite inclinato terram  
respicit, aut cum iacet resupinus vel sedet in cathedra, partes  
corporis alterum situm iam obtinent, aliamque ad invicem ha-  
bitudinem quam habeant à natura. In genu flexione enim ge-  
nua non acta supra tibias sunt, neque tibiae sunt pedibus actu  
superiores, imò pedum calcaneum ipsis genibus est eleva-  
tius, item cum adorando procumbit homo & terram pronas  
aspicit, non caput actu supra humeros est elevatum, sed dor-  
sum ipsum caelum potius aspicit, caput vero terram. Ita in  
cessione, in accubatione, aliisque huiusmodi, semper alia in-  
venitur partium dispositio ad invicem, quam secundum natu-  
rae ordinationem habeant. ¶ Propter hanc vero duplicem  
positionem, in descriptione prius assignata duxerunt partes,  
per conjunctionem copulativam pro disjunctiva positam co-  
pulate. In parte priori, cum dicitur quidam partium situs,  
subaudi, non secundum naturam deputatus, inveniuntur positio  
non naturalis. In posteriori vero, cum dicitur, & siue vel ge-  
nerationis ordinatio, inveniuntur positio naturalis, quam videli-  
cet natura à generatione rei determinat. ¶ Assignantur quo-  
que positioni supraposita conditiones quod magis & minus  
non suscipiat, item quae contrarietatem non admittat intelli-  
gendo de contrarietate Logica & proprie dicta. Alioqui enim  
situs capitis sursum, & pedum deorsum, videntur aliquo mo-



do contrariari.

## CAP. LVII.

¶ De praedicatione habitus.

Habitus prout decimo loco inter praedicationes constituitur, alia habet significationem, quam supra eam in praedicatione qualitatis assignaretur prima species.

Definitur autem habitus, hoc modo.

Definitio habitus.

**Habitus est corporum & eorum quae circa corpus sunt adiacentia.**

¶ Quae definitio hoc innuit, per habitum hic intelligi habitum quendam consergentem in ipso corpore, ex adiacentia vel applicatione alicuius, siue vestimenti siue ornamentum, ad ipsum. Manifestum est enim in corpore hominis quod vestimento induitur, aut circulo circumdatur, aut alio modo similiter ornatur siue vestitur, siue amatur, aliquam inueniri habitudinem ad illud siue vestimentum siue ornamentum.

¶ Diuiditur autem habitus in habitum ornamentum & habitum vestimenti. Habitum ornamentum est habitudo corporum vel patris eius alicuius ad aliquid, quod ei tanquam ornamentum applicatur. Vt cum imponitur capiti Regis diadema regni, Pontifici summo triplex corona, episcopo mitra, aut cuiuslibet annulus digito inferitur. Coronatio ergo mitratio & annulatio (ut ita loquamur) habitus sunt ornamentum. Possentque haec annumerari omnes habitus pontificales, imperiales, regales, consulares, sacerdotales: quando videlicet aliquibus insignium honoris vel dignitatis vel officii quisquam induitur, non ad corpus operiendum tantum aut vestiendum. Omnes enim hi

¶ habitus potius ornamentum quam vestimentum esse videntur. ¶ Habitum autem vestimenti dicitur habitudo corporis ad aliquid quod ipsi per modum vestimenti circumponitur siue applicatur. Vt cum pedes operimus calceis, erura caligis, pectus dypluide, corpus totum tunica vel pallio, caput pileo. Quod si generaliter accipiatur vestimentum ut etiam arcum arum sub se complectatur. Diuiditur vterius habitus vestimenti, in habitum domesticum siue communem & habitum bellicum. Habitum domesticum sunt, quos iam enumeramus. Habitum autem bellicum sunt, loriceo, galeatio, gladiatio, siue gladii accinctio, cli-

peatio siue clipei appensio. Hastatio siue gaster tentio, aliaque huiusmodi. Si vero specialiter accipiatur vestimentum, supra habitum vestimenti & habitum ornamentum, debet aduci habitus armaturae.

## CAP. LVIII.

¶ De proprietatibus habitus.

Assignant autem habitum conditiones quasdam siue proprietates, quarum prior est.

**Habitus suscipit magis & minus.**

¶ Quod declarant, de eo qui plura habet vestimenta alio. Illi enim dicunt hoc magis vestitum. Et eum qui plura habet ornamenta, dicunt magis ornatum. Illi quoque qui plura habet arma, magis armatum. Verum id proprie non est suscipere magis & minus, iuxta sensum quem in qualitate expressimus. Non enim propter intensiorem ipsius habitus ita dicuntur ista magis & minus, est habitus natura existens ad aliquid, non suscipit intensiorem vel remissionem. Sed tantum propter multiplicationem armorum, vestimentorum, vel ornamentorum, ex quorum adiacentia sunt habitudines illae praedicantur vocabula secundum magis & minus. Quomodo non immerito illum qui decem liberos habet, magis patrem esse possumus dicere, eo qui tantum duos genuit.

¶ Secunda autem proprietas est.

**Habitus non suscipit contrarietatem.**

¶ Quod per se manifestum est, quoniam calceatio non est contraria caligati, nec caligatio pileationi, neque vestitio est contraria armationi: quoniam simul in eodem inueniuntur, cum non possint contraria esse in eodem. Neque contrarietur vestitum esse & nudum, armatum & inermem, sed tantum prius hae sunt opposita. Atque hae de praedicatione, pro quacumque rudium institutione dicta sunt satis.

## CAP. LIX.

¶ De post praedicatione.

Vemadmodum ante tractatum de praedicatione quorundam praemissa fuit determinatio, ad meliorem praedicationum intelligentiam apte conducentium: ita & nunc eorundem absolutio tra-



tractatu quaedam adiunguntur simili ratione ac pari promissioque proinde post praedicamenta recentiores appellatur, quae admodum praemissa illa efficitio non profus incommo de vocabulo, antepredicamenta nominantur. Post praedicamenta enim appellantur, quae post praedicamentorum tractatū ad plenorem ipsorum facultatemque intellectū subnexa sunt. Quae sunt numero quinque, nempe opposito, prius siue ultimus, & habere. Haec enim quinque ad hunc usque libet huius determinantur. Et prius quidē de opposituone & variis oppositioū generibus dicendum, quoniam non mediocriter eorum est dicit distinctio, si tamen prius in genere quid sit oppositio & quae opposita, debuerimus. Sic igitur definitur oppositio.

Definitio  
oppositio-  
nis.

**Oppositio est repugnantia duorum extremorum adinuicem talis, ut neutrum illorum cum vlllo alio simili modo repugnet.**

Repugnantia autē siue repugnantia dicimus illa quae de eodē singulari simul non valent praedicari respectu eiusdem. Quae admodū album & nigrum repugnat, calidū & frigidū, pater & filius, videre & cecum esse, sedere & non sedere. Non autem quaelibet indifferenter repugnantia oppositioem facit. Sic enim homo & asinus, bos & leo, lapis & lignum, esse est opposita quid manifesto falsum est, cum nulla specie oppositioem opponantur. Homo enim & asinus repugnat, quia de eodē singulari non possunt vere praedicari. Nihil enim idem homo & asinus esse valet, bos & leo, lignum & lapis. Signanter proinde additum est, repugnantia talis ut neutrum illorum vllli aliorum simili modo repugnet: quam pugnantiam recentiores satis accommodato vocabulo praecisam duxerunt nominandam. Per quam sane adiectionem, manifeste excluduntur homo & asinus. Homo enim quomodo cum asino pugnat non minus nec aliter cum equo, cum vacca, cum leone, cum simia, aliisque omnibus speciebus animalium, atque ita in ceteris. Non igitur est inter hominem & asinum, repugnantia talis praecisa, nec proinde opposita dici merebitur, sed appellatur distincto nomine disparata, quasi dissepata, siue ab

inuicem separata. Ab inuicem enim omnino separata sunt, eū sit natura pugnantissima, quas impossibile sit in eo singulari inuenire. Oppositione autem nullam particularem aut determinatam ad inuicem habent. Interea verō quae proprie sunt opposita, talis est praecisa repugnantia ut neutrum illorum cum vlllo alio simili modo pugnet. Exempli gratia, Album & nigrum sibi inuicem opponuntur contrarie, Album vero nulli alteri sic opponitur ut nigro, neque item nigrum vllli alteri ut albo. Nam si dixeris, nigrum similiter repugnare rubeo ut albo, euidenter id refellitur, quoniam nigrum albo repugnat sicut extremorum alterum alteri, rubeo vero sicut medio extremorum. Verū ex hoc alia occurrit difficultas in iis virtutibus, quae habent ex utraque parte, secundum excessum & defectū, contraria. In his enim non videtur esse talis repugnantia praecisa, cum simili modo opponatur medium huic extremo quo alteri quem admodū (exempli gratia) liberalitas similiter opponitur & prodigalitati & auaritia. Atque in his nihil dubium est verā esse oppositionem, & verā contrarietatem, cum virtus & vitium opposita contrarietur, iuxta Philosophorum sententiam. Soluitur autē haec obiectio dicendo, licet eodem genere vel eadem specie oppositionis medium pluribus opponitur vitiiis, non tamen penitus eodem modo: quoniam alterum suatur secundū excessum, alterum secundū defectum. Prodigalitas enim opponitur liberalitati secundum excessum, auaritia autem secundum defectum.

## CAP. LX.

De relatiue oppositis.

Iudicatur autem oppositio in quatuor species. Oppositionum enim, alia est relatiua, alia contraria, alia priuatiua, alia contradictoria. Propositionaliter oppositorum, alia sunt opposita relatiue, alia contrarie, alia priuatiue, alia contradictorie. Primum igitur delinendum sunt relatiue opposita, hoc modo

**Relatiue opposita sunt, quae ea ipsa quae sunt oppositorum dicuntur, aut quomodo libet aliter ad ea.**

Definitio  
relatiue  
oppositio-  
rum.

¶ Cuius definitionis hic est sensus, illa sunt relative opposita quae secundum suam significatam referuntur, quodlibet ad alterum sibi oppositum mediante casu genitino, vel in alio aliquo casu, aut medie propositionis adminiculo. Exempli gratia, pater & filius ad se inuicem referuntur in casu genitino, tanquam opposita, quoniam pater dicitur filii pater, & filius patris filius: nec possunt simul de eodem verificari, respectu eiusdem. Nemo enim simul est pater & filius, in comparatione ad eundem. Comparatione autem ad diuersos, nihil prohibet. Item disciplina & disciplinatum, sensus & sensatum, relative sunt opposita. Referuntur enim ad inuicem sub habitudine diuersorum casuum: quoniam disciplina dicitur disciplinatum disciplina, & disciplinatum disciplina disciplinatum. Magna quoque ad paruum dicitur, & paruum ad magnum: multum ad paucum, & paucum ad multum. ¶ Quidam tamen ad veram oppositionem relativorum putant necessarium esse, ut sumantur simpliciter relativa: putantes relative opposita debere diuersorum. Unde dicunt, relative opposita sic assignari, hic pater & hic sunt filius, haec disciplina & hoc disciplinatum, hoc paruum & hoc suum magnum id est, magnum illud in cuius comparatione dicitur paruum, atque ita in ceteris. Verum id quod prius dictum est, videtur plus habere probabilitatis, & veterum philosophorum sententiae magis consonum. Unde Severinus Boetius opposita ita definit. Opposita sunt, quae in eodem, secundum idem, in eodem tempore circa unam eandemque rem, simul esse non possunt. Ac de relativis exemplum ponens, dominum & seruum ita ait, Nec servus atque dominus eiusdem eodem tempore est. Vbi diligenter est notandum quod non simpliciter dixit, sed eius adiecit.

## CAP. LXI.

¶ De contrarie oppositis.

Contraria expresse in textu non definit Aristoteles. Ponit tamen nonnulla, ex quibus partim colligitur haec ipsius definitio.

Definitio  
contrario-  
rum.

Contraria sunt, quae sub eodem genere posita, maxime à se inuicem distat, eisdem sub

iecto susceptibili vicissim insunt (à quo mutuo se expellunt) nisi alterum insit à natura

¶ Quae definitio pulchre naturam exprimit eorum quae vere sunt contraria, eaque aptis particulis separat à reliquis speciebus oppositorum. Primum igitur contraria ambo necesse est poni sub eodem genere, siue immediate, ut albedo & nigredo ponuntur sub colore, prodigalitas & auaritia sub vitio: siue mediate, ut liberalitas & prodigalitas, durum item & molle, sanum & aegrotatum. Non enim ista immediate ponuntur sub eodem genere, cum liberalitas immediate subsit virtuti, prodigalitas vitio, durum item & sanatum naturali potentiae, molle verò & aegrum naturae impotentiae. Mediate autem sub eodem genere ponuntur, nempe priora sub habitu & dispositione vel propinquo sub habitu morali posteriora, sub naturali potentia vel impotentia. Atque per hanc particulam, excluduntur ab ista contrariorum definitione priuatiue opposita & contradictoria. Haec enim non ponuntur sub eodem genere, cum eorum semper alterum sit priuatio vel negatio, quae sub nullo genere ponuntur: propterea quod rem veram & positivam non significant, sed rei tantum priuationem vel negationem. ¶ Deinde necesse est, contraria maxime ab inuicem distare. Quod est intelligendum, de distantia & pugnantia ex parte naturae. Cuius defectu, qualitates mediae non dicuntur contrariae, neque una qualitas extrema, & altera media: ut rubedo & pallor, vel albedo & rubedo. Haec enim non maxime distant: cum plus ab inuicem distent duo extrema albedo & nigredo. Cum enim media participant naturam utriusque extremi, manifestum est, inter media non posse esse ex parte naturae tantam distantiam, quanta est inter extrema, quae nullo modo ad inuicem participant. Nihil enim albedinis participat nigredo, vel e contrario: sed rubedo, pallor, alique colores medii, utrunque extremum quodammodo participant. ¶ Quod si quis obiciat, liberalitatem & prodigalitem esse contraria, nec tamen maxime distare cum plus videantur distare duo vitia extrema, prodigalitas & auaritia. Respondetur, quod non minor est in veritate distantia utriusque extremi à media virtute, secundum

rationem virtutis & vitii, quàm se ipsorum extremorum ad-  
 inuicem, quorum vtrunque est vitium. Non enim secundum  
 naturam minus distans virtus & vitium, quam duo quorum  
 vtrunque est vitium, sed alterum secundum excessum sumi-  
 tur, alterum secundum defectum. Vtraque enim suo modo  
 maxime distant. ¶ Addunt deinde, ad explicandam contra-  
 riorum naturam, quod eidem subiecto susceptibili vicissim  
 possint inesse, quòdque se inuicem pellant à subiecto, Licet enim  
 simul non possint eidem inesse contraria sicut nec vlla  
 opposita, successiue tamen & vicissim possunt, & ideo dicuntur  
 se inuicem pellere à subiecto, quoniam, adueniente vno ce-  
 dit & abit alterum, nec se compatiuntur in eodem domicilio.  
 Exempli gratia, albedo & nigredo, calor & frigus, vicissim in-  
 sunt eidem quoniam id quod nunc est album vel calidum,  
 potest fieri nigrum vel frigidum: non tamen simul sed inui-  
 cem se pellunt, quoniam adueniente frigore & nigredine, fugit  
 calor & albedo. ¶ Unde ista expulsio non est intelligenda  
 per violentiam actionem. Tamen enim quædam sunt qua-  
 litates, quæ etiam violenta actione se inuicem expellant atque  
 propulsent, quales sunt, scilicet illæ quæ à Physicis actione nun-  
 cupantur, nempe calor, frigus, humiditas & siccitas alia tamē  
 sunt contraria plurima, quibus non competit violenta actio.  
 Ut colores, sapor, & soni contrarii, non agunt expellendo  
 se inuicem violenter. Horum autem expulsio non aliud intel-  
 ligatur quam mutua celsio eò quod simul inesse eidem non  
 valeant. ¶ Signanter vero in fine adiungitur particula illa ut  
 si alterum inest à natura, quæ non cum immediate præcedenti,  
 sed potius cum illo quod mediate præcedit, eidem subiecto  
 susceptibili, vicissim insunt, copulari debet. Videlicet ad in-  
 tuendum, quod in illis subiectis quibus à natura determinatum  
 est alterum contrariorum, ita ut necessario inest hoc vel  
 necessario illud, non sit requirenda vicissitudinaria illa suc-  
 celsio. Quæ admodum (exempli gratia) in igne, calor est qua-  
 litas à natura determinata, ita ut secundum naturam, et inest  
 necessario, nec possit aliter esse secundum naturam. Ita nihil  
 determinata est albedo: similiter ferè coruo nigredo, & cy-  
 gno albedo. Sic mellis ex natura sua dulcis sapor, fellis amarus  
 conuenit. Lapidis & ferro ex sua natura durities competit,  
 linyro u. ollicies. Atque ita in aliis multis,

De contrariis mediatis & immediatis.

Designat autem Aristoteles duplicia contraria, quæ-  
 dam mediata, alia immediata. Contrariorum imme-  
 diatorum hanc inuenit definitionem.

Contraria immediata sunt, quæ ta-  
 lia sunt, ut in quibus nata sunt fieri, vel  
 de quibus prædicantur, alterum inesse  
 sit necessarium.

Contraria  
 immedia-  
 ta

Hoc est. Illa sunt immediata contraria quorum semper ne-  
 cesse est alterum inesse cuiuslibet subiecto susceptibili, ita ut nul-  
 lum subiectum eorum susceptibili secundum naturam unquam  
 possit esse ab utroque vacuum. Exempli gratia, sanum & egrum  
 sunt contraria immediata, quoniam nullum inuenitur subie-  
 ctum sanitatis & ægritudinis susceptiuum, quod non alterum  
 habeat. Omne enim animal, vel sanum est, vel egrum. Ita par  
 & impar, circa numerum dicit Aristoteles esse contraria im-  
 mediata, quoniam omnis omnino numerus par est vel impar.  
 ¶ Per oppositum verò definitur contraria mediata, hoc modo.

Contraria mediata sunt, quorum non  
 est necesse semper alterum inesse iis, in  
 quibus nata sunt fieri.

Contraria  
 mediata. 3

Hoc est, quæ talia sunt, ut non sit necesse cuiuslibet subiecto  
 susceptibili semper inesse alterum, sed potest subiectum in-  
 terdum ab utroque esse vacuum. Ut calor & frigus contraria  
 sunt mediata, albedo item & nigredo. Quædam enim cor-  
 pora horum susceptibilia, utroque carent. Inuenitur enim a-  
 qua, neque calida, neque frigida, sed tepida tantum & inue-  
 nitur corpus neque album, neque nigrum, ut pote rubrum,  
 aut pallidum, aut alio colore medio coloratum. ¶ Subdi-  
 da quoque Aristoteles huiusmodi contraria mediata. Quæ-  
 dam enim dicit enim quorum medius sunt nomina imposita  
 quædammodum inter album & nigrum, media nominibus



## DE PRÆDICAMENTIS

visitatis dicuntur, pallidum, rubeum, fulvum &c. Item inter calidum & frigidum, medium dicitur tepidum. Alia vero sunt, quorum mediis non sunt imposita nomina, sed necesse est ea circumloqui per abnegationem vtriusque extremorum. Exemplum ponit, bonum & malum, iustum & iniuste. Est enim inter hæc medium. Quædam enim sunt neque bona simpliciter, neque simpliciter mala, vt diuitiæ & pulchritudo, quæ Stoici appellunt indifferentia. Potest item assignari homo, neque vere bonus, neque vere malus. Hoc autem mediū ille cenet circumloquutione exprimendum, per vtriusque contrarij abnegationem dicendo, neque bonum neque malum. Boetius vero illud appellandum dicit indifferentem, addens vocabulum illud ad medium significandum commode inuentum esse post Aristotelem, quod eius tempore nondum fuerat impositum.

Aliam quoque diuisionem idem ponit Boetius, quæ mediocritate contraria diuidit in ea quæ plura habent media, vt albedo & nigredo multos habent colores medios: & ea quæ tantum vnum, vt calor & frigus solum teporem. Atque hæc deinde diuidit in ea quorum medio est nomen impositum, vt calor & frigus medium habent teporis nomine designatum, & ea quorum medio non est nomen impositum, vt bonum & malum, quibus proinde per abnegationem vtriusque extremi facere potest nomen imponi. Si verò contingeret huiusmodi aliquæ contraria plura habere media, illic non convenienter potest ullius mediū fieri assignatio per abnegationem vtriusque extremorum. Vt si mediū albi & nigri quis assignauerit, neque album neque nigrum, non est determinata neque conuenienter assignatio: quoniam nullum medium ibi assignatur. Communis est enim illa abnegatio multis mediis.

### CAP. LXIII.

De priuatione oppositis.

Ex his quæ Aristoteles tractat de priuatione oppositis, elicitur hæc eorum definitio.

Definitio  
priuatione  
oppositio-  
num.

Priuatione opposita sunt quæ habent fieri circa idē subiectū ordine ingre-  
bili, & tempore à natura determinato.

## LIBER. II.

96

In qua definitione, primo loco ponitur id in quo est conuenientia priuatione oppositorum cum contrariis, videlicet quod fieri habeant circa idem subiectum. Hoc enim vtriusque est commune: quoniam sicut contraria eidem subiecto successiue, licet non simul, inesse possunt, sic & priuatione opposita. Neque solum sunt circa idem subiectum, verum etiam circa eandem partem subiecti. Vt visus & cæcitas ambo sunt circa oculum, auditus & surditas circa auditum, mutus & loquens (accipiendo loquens vt potentiam loquendi significet) ambo circa linguam, aliæque instrumenta vocis.

Quod autem sequitur, ordine irregressibili, distinctio- nem ponit inter contraria & priuatione opposita. In contrariis enim, vbi alterum non necessitate inest ex natura, vicissitudinaria & mutua inuenitur successio, nempe ab albedine ad nigredinem mutatio, atque e contrario à nigredine rursus ad albedinem: item à calore in frigus, ac rursus à frigore in calorem. Verum in priuatione oppositis, ab habitu quidem potest veniri in priuationem, vt à visu ad cæcitate, ab auditu ad surditatem, contra verò, à priuatione in habitum (iuxta celebrem Aristotelis sententiam) nunquam potest regressus fieri. Quod secundum virtutem naturæ est intelligendū.

Virtute enim eius qui est naturæ author & dominus, cui (iuxta euangelicum testimonium) nihil est impossibile, aut difficile, non minori facilitate potest reditus fieri à priuatione in habitum, quàm ab habitu ad priuationem transitus.

Aduertendum tamen est, quædam esse priuatione opposita alterius naturæ, in quibus videlicet etiam secundum naturam sit transitus & regressus ab vtroque in alterum. Lumen enim & tenebræ sunt priuatio & habitus, ac proinde opposita priuatione, quæ circa idem sunt subiectum nempe aerem. In his tamen sit mutus regressus: quoniam aer ex lucido fit tenebrosus, abeunte sole: & rursus ex tenebroso fit lucidus, illo resurgente. Ita de quieto & motu dicendum, quæ sunt sicut priuatio & habitus. Item de scientia & ignorantia priuationis. Vt enim ex mouente fit quiescens, ita ex quiescente mouens efficitur. & quomodo ex sciente ignorans per obliuionem vel ægritudinem: ita ex ignorante scient, per debitam instructionem aut maturam experientiam.

Videatur proinde Aristoteles in prædicta definitione solum

definitisse priuatiue opposita strictè admodum sumpta, quorum uidelicet alterum priuatio est formæ irrecuperabilis. ¶ Nouissima particula, tempore determinato à natura, propter hoc adicitur: quoniam non est necesse alterum priuatiue oppositorum inesse subiecto etiam susceptibili, omni tempore, sed à natura determinato. Exemplum commune assignatur de catulo ante nonum diem nondum videte, qui tamè ob hoc non dicitur cæcus: quoniam nondum tempus à natura determinatum aduenit, vt videat. Item puerulus, dies tantum pauculos natus, nec dentatus adhuc dicitur, nec edentulus: quoniam nondum aduenit tempus à natura determinatum, vt dentes habeat. Verum si post transactos dies nouè aut decè non videat catulus, iam vere cæcus dicitur: quoniam postquàm tempus à natura ad recipiendum habitum aduenit, non illum accipit: ac proinde priuatus eo censetur. Item, si post menses aliquot transactos, imò annum aut alterum, puero non creuerit vlli dentes, iam vere dicitur edentulus. Sic puer, si non statim ambulare nouit postquam in luprodiit, non ob hoc claudus dicitur vel impotens ambulare: sed si post annos duos aut tres nondum incipiat gressus ponere, claudum aut impotentem ambulare dicimus. Ita puer donec ratio nondum in eo viget, non dicitur ignorans licet, nullius rei habeat scientiam: sed post acceptum rationis vsum, si non accipiat scientiam, merito dicitur illarum rerum ignorans, quarum potuit cognitionem suscipere. Non prius enim rei est ascribenda priuatio cuiuslibet quod formæ perfectionis aut habitus, quam tempus aduenierit, quod natura tali rei ad habitum eiusmodi acquirendum deputant.

## CAP. XLIII.

¶ De contradictorie oppositis.

¶ **P**orro contradictorie opposita assignantur dupliciter. Interdum quidem propositiones totæ, vt Socrates sedet, Socrates non sedet. Interdum solum termini simplices, alteri negatione præposita, vt sedere non sedere, homo non homo, iustus non iniustus. Definiunt autem contradictorie opposita hoc modo.

Contradictorie opposita. u

Contradictorie opposita sunt, inter quæ non est dare medium.

¶ **Q**uod medium (si de propositionibus loquamur) intelligitur medium veritatis & falsitatis. Si verò de simplicibus terminis, intelligitur medium prædicationis siue verificationis. Inter has enim propositiones, Socrates sedet, Socrates non sedet, non est omnino dare medium veritatis aut falsitatis: quoniam necesse est sic semper earum alteram veram, & alteram falsam esse, vt nec amba simul veræ esse valeant, nec simul falsæ. Inter hos autem terminos, sedere non sedere, homo non homo, omnino non est dare medium prædicationis siue verificationis: quoniam nullum omnino potest singulare assignari, quin alterum illorum vere de illo prædicetur. Quicquid enim mihi assignaueris, vel sub sole, vel supra solem, ipsum vel sedet, vel non sedet, ipsum est homo vel non homo, lapis vel non lapis, atque ita in singulis. ¶ Atque hoc vno distinguntur ista contradictorie opposita ab omnibus aliis. In cæteris enim facile dabitur aliquod medium prædicationis, id est, aliquid de quo neutrum eorum prædicari vere poterit. Vt inter album & nigrum do medium, parietem rubrum. Hic enim, neque album, neque niger est. Do medium angelum, ipsum Deum, & corpora coelestia, quæ omnia colorem nullum habent: atque ob hoc, neque alba sunt, neque nigra. Inter patrem quoque & filium media plurima facile est dari. Plurima enim sunt in mundo, quæ neque patres sunt, neque filii. Sic inter cæcum & videns plurima sunt media, quibus neutrum competit.

## CAP. LXV.

¶ De modis prioris.

¶ **P**ost oppositorum determinationem, subiungit Aristoteles modos aliquot siue accceptiones prioris: primam quidem ab aliis (vt videtur) communiter assignatos explicans, deinde prædictis quatuor ex sua scientia quantum adiciens. Qui omnes propter adolescentulorum memoriam confirmandam, suo ordine concludi solent, duobus his versibus,

Tempore natura prius ordine, dic & honore. Causam causato, dicimus esse prius.

¶ Primo igitur modo prius dicitur alterum altero, secundum tempus. Id enim quod tempore præcedit, dicimus prius esse.

Primus modus prioris.

pore quemadmodum id quod subsequitur tempore, posterius nuncupatus, ut Adam fuit prior Abel, Noe prior Abraham, Dauid prior Salomone, atque ita in ceteris. Et vniuersaliter hoc modo prius dicitur esse, quod est altero antiquius, vel senius. Inrer quae duo Boetius ex sententia Porphyrija lem ponit differentiam, ut antiquius rebus tribuat inanimatis, senius vero animatis. Antiquius enim dicit bellum Thebanorum excidio Troianorum, & dominationem regum in vrbe, Romam antiquiorem dicit magistratu consulum, Senioreni vero ait Pythagoram Socrate, Socratem Aristotele, iccirco quod temporibus se antecedant.

¶ Altero modo dicitur prius, id à quo non conuertitur essendi consequentia: hoc est, quando duo aliqua sunt ex quorum altero inferitur existentia alterius, sed non e contrario illud ex isto, tunc istud à quo fit non reuerso dicitur prius. Exempli gratia, à binario ad unitatem bona fit essendi consequentia. Si enim duo sunt, vnum est, & si binarius fuerit, unitas est. Verum non e contrario, ab unitate valet consequentia essendi, ad binarium. non enim consequitur, binarium esse, si fit unitas. Ob hoc videlicet, unitas merito dicitur prior.

¶ Secundo generaliter omnis numerus minor maior est prior: quoniam à maiore semper ad minorem valet essendi consequentia, non autem à minore ad maiorem conuertitur. Sic animal prius est homini. Si enim homo est, animal est: sed non fit conuersio. Non enim necesse est, hominem esse, si animal sit. Et vniuersaliter omne genus est prius suis speciebus, & omnis species suis indiuiduis, hoc modo priora. Et iuxta hunc modum dicitur aliquid prius natura, quemadmodum iuxta priorem dicitur tempore prius.

¶ Quid autem sit consequentia essendi ex praedictis facile intelligitur, ea videlicet in qua ex vnus existentia inferitur existentia alterius. Conuertitur vero dicitur illa consequentia essendi, quando sicut ab existentia huius valet consequentia ad existentiam illius, sic e conuerso valet ab existentia illius ad huius existentiam. Ut si pater est, filius est: & si filius est, pater est. Si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est. Ideo ista, pater & filius, homo & risibile, dicuntur conuerti secundum essendi consequentiam. Quando autem ab vno ad alterum valet essendi consequentia, sed non e contrario, tunc dicitur esse

Secundus  
modus.

sendi consequentia non conuerti: & ab illo dicitur non conuerti, ex quo non fit vicissitudinaria illatio.

¶ Tertio modo dicitur aliquid prius secundum ordinem quaedam praecessionis & subsequentionis. Sic in disciplinis, quaedam sunt priora, quae videlicet praesupponitur aliis posterioribus tradendis, alia sunt posteriora. Ut in grammatica, elementa priora sunt syllabi, & syllabae orationibus. Prius enim docendi sunt, qui in arte grammatica recte instruantur, elementa simplicia dinoscere, deinde ex eis componere syllabas, ex syllabis simplices voces, atque ex his demum orationes. Sic in dialectica, praedicabilem & praedicamentorum determinatione prior est determinatione simplicium enunciationum: atque haec rursum prior determinatione syllogismorum, aliarumque argumentationum. Ita in oratione qualibet, ex ordine quo captatur benevolentia iudicum, & auditorum excitatur attentio, prius est narratione: atque haec prior est conclusionem siue perorationem. Ita in edificando domum prius est fundamentum tacere bonum, posterius erigere in altis parietes, postremum, reuo illos obtegere.

¶ Quarto modo dicitur alterum altero prius secundum honorem & dignitatis praecellentiam. Ut pontifex summus: quia CHRISTI vicarius, in Ecclesia primus dicitur: rex primus est in regno, suntque principes alii alij in regno priorer, pro sua quisque virtute aut nobilitate praestantia. Videturque sub hoc modo comprehenduntur prioritas amicitiae. Eum enim quem maxime diligo, primum apud me dico primasque obtinere partes, non quod simpliciter sit omnibus aliis dignior vel honorabilior: sed quia apud me fit maximi, praecipueque habetur in precio. Vniuersusque enim quod sibi charissimum habet facit maximi.

¶ Ultra praedictos modos prioris, assignat Aristoteles quintum secundum quem, inter illa quae conuertuntur secundum essendi consequentiam, dicimus illud altero esse prius, quod est alterius aliquo modo est causa. Exempli gratia, homo & susceptiuum disciplinae secundum essendi consequentiam conuertuntur. Nam si homo est, susceptiuum disciplinae est, & e contrario, humana autem natura quae per terminum homo significatur, causa est proprietatis illius quae per susceptiuum

Tertius  
modus.

Quartus  
modus.

Quintus  
modus.



prium discipline significatur. Ideo homo prior est quam su-  
 sciptum disciplinae. Item si lux est, lumen est, & e contra-  
 rio: lux autem est causa luminis, ideo lux prior est lumine.  
 ¶ Adducit Aristoteles exemplum alterum obscurius, dicens,  
 esse hominem conuerti secundum essendi consequentiam, cum  
 oratione vera de ipso. Nam si homo est, vera est oratio, quae  
 dicitur, homo est: & e contrario, si haec oratio vera est, neces-  
 se est ergo rem ita sese in veritate habere, id est, hominem esse.  
 Insuper hominem in rei veritate esse, causa est quare haec ora-  
 tio, homo est, vera sit. Non enim ideo homo est in rei veritate,  
 quia illa oratio, homo est, vera est, sed potius e contrario: quia  
 in rei veritate homo est, ideo oratio quae hoc significat vera  
 est. Quare hominem esse, hoc modo prius est oratione vera,  
 homo est. ¶ Quemadmodum autem quinque modos iam  
 assignauimus prioris: sic per oppositum quinque item modos  
 posterioris facile est assignare, iuxta regulam illam commu-  
 nem. Tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis & re-  
 liquum. Dicemus enim posterius tempore, posterius natura,  
 posterius ordine, posterius dignitate, & posterius secundum cau-  
 salitatem, vel in ratione effectus, quae sigillatim persequi foret su-  
 perfluum, cum facillime ex comparatione priorum possint intelli-

## CAP. LVI.

¶ De modis simul.

Res modos simul, ponit Aristoteles, qui tribus his  
 T ver sibus, ad iuuandam puerorum memoriam solent  
 concludi.

Tempore dico simul, quorum gene-  
 ratio nunc est.

Quae conuertuntur, dicimus esse si-  
 mul. Suntque simul species, genus vnum  
 conuidentes.

Primus modus si-  
 mul. ¶ Primus itaque modus est, secundum quem illa dicuntur  
 simul, quorum generatio siue productio est in eodem tem-  
 pore, id est, quae simul nata siue producta sunt. Ut duo infan-

tes ambo in eodem momento vel breui tempore nati. Item  
 omnes angeli simul sunt hoc modo, quoniam in eodem tem-  
 pore siue momento omnes introducti sunt, non alius post alium  
 Angelus autem & homo non sunt simul, quoniam non in eodem  
 tempore productus est homo cum angelo. Atque hoc modo dicit  
 Aristoteles simpliciter & propius dicitur, quemad-  
 modum prius primo modo & propius dicitur secundum  
 tempus. ¶ Secundo modo illa dicuntur simul, quae conuertuntur  
 secundum essendi consequentiam, & neutrum est causa alteri  
 ut sit. Atque haec dicuntur simul natura, vel naturaliter  
 simul, ut duplum & dimidium ad invicem conuertuntur. Si enim  
 duplum est, dimidium est: & e contrario, si est dimidium, est  
 duplum. Insuper neque duplum causa est dimidii, neque di-  
 midium causa dupli. Lectico duplum & dimidium sunt simul  
 natura. Similiter pater & filius, dominus & seruus, ceteraque  
 huiusmodi. ¶ Quod si de patre & filio quis obiciat, patrem  
 esse causam filii, ac proinde priorē esse patrem filio secundum  
 naturam. Respondetur (iuxta sententiam Boetii) verum qui-  
 dem esse hominem illum qui est pater, causam esse substan-  
 tiae atque hominis illius qui est filius, non tamen ob hoc di-  
 cendum est, patrem esse causam filii. Quemadmodum (exem-  
 ple gratia) Aeneas causa fuit ut esset Ascanius, sed non fuit pa-  
 ter causa ut esset filius, nihil certe amplius quam fuit filius cau-  
 sa ut esset pater. Simul enim ceperunt esse pater & filius, nec  
 potuit Aeneas prius esse pater, quam esset ille filius. Unde cum  
 dico, pater causa est ut sit filius inuenitur, relationē paterni-  
 tatis significatam per vocabulum patris, efficere relationem,  
 quae per vocabulum filii significatur, quiddam veritatem non ha-  
 bet. Cum autem dico Aeneam esse causam ut sit Ascanius, in-  
 dico, substantiam illam, quae est Aeneas, causam existentem pre-  
 stitisse substantiae quae vocatur Ascanius. Atque hoc iuxta Poe-  
 tarum descriptionem verum est.

¶ Tertio modo dicuntur simul (atque etiam aliquo modo  
 secundum naturam) quae ex eodem genere diuerso à se inueni-  
 entem diuiduntur, hoc est, species plures sub eodem genere a-  
 que immediate continentur, quae ipsum genus ex aequo diui-  
 dent. Ut homo & brutum hoc modo simul sunt, quoniam sub  
 genere animalis aequo immediate continentur, & ex aequo ge-  
 nus illud diuidunt. Siquidem animal diuiditur immediate

Nō

Secundus  
modus.Tertius  
modus.

DE PRÆDICAMENTIS

In hominem & brutum. Sic equus, asinus, leo, simul sunt: quoniam  
nam sub eodem genere, brutum, & que immedie continentur.  
Genera vero nunquam simul sunt cum suis speciebus, in  
quas diuiduntur, sed priora sunt illis.

CAP. LXVII.

De motu & eius speciebus.

¶ Voniã in prædicamentis aliquoties mentio facta  
fuit de motu siue mutatione, cum diceretur de sub-  
stantia, quod ipsa cum sui mutatione sit contrarium  
susceptiuam in quantitate, de motu rursum & deorsum  
quia de actione & passione dictum est, quæ cum motu  
aliquo sunt, propterea Aristoteles nunc breuiter de motu &  
eius speciebus determinatam eius exactior considerationem  
ad physicam pertineat. ¶ Diuidit itaque motum in sex spe-  
cies, quæ sunt generatio, corruptio, augmentatio, alteratio,  
& secundum locum mutatio. Hæc adiuuicem ita differunt:  
quoniam generatio & corruptio ad substantiam perti-  
nent, augmentatio & diminutio ad quantitatem, alteratio ad  
qualitatem, loci mutatio ad vbi. Id quod ex earum descriptio-  
nibus facile patebit quæ sunt huiusmodi. Generatio est pro-  
gressio à non esse substantiæ ad esse eiusdem. Corruptio est  
progressio ab esse substantiæ, ad non esse eiusdem. Augmenta-  
tio est progressio à minori quantitate, ad maiorem. Diminutio  
est progressio à maiori quantitate, ad minorem. Alteratio  
est motus de qualitate in qualitatem. Loci mutatio est motus  
de loco ad locum. Exempla assignabimus singulorum. Cum  
Petrus aut Paulus qui prius non erat, accipit esse humanum,  
fitque homo, illud sic non esse ad esse procedere, dicitur gene-  
rari. Cum e contrario, is qui nudo esse habet post paululum  
esse illud perdit, & non esse succedit pro esse, dicitur, corruptum  
esse illud ex modica quantitate puerilis ætatis, pertinet  
ad quantitatem maiorem ætatis virilis, dicitur augeri. Cui  
e contrario, ad ætatem decrepitam perueniens, ad minorem  
iterum quantitatem reuertitur, dicitur minui. Cum ex albo sit  
niger, ex bono malus, aut e contrario, dicitur alterari. Postremo,  
cum de loco se transfert in locum alium, dicimus illum  
secundum locum moueri. ¶ De motu autem contrarietate in-  
quirens Aristoteles, dicit, quietem ipsi simpliciter contrarietati  
id est, opponi. Nam proprie non potest esse quietis contrarietas

LIBER II.

motui, cum sit quietis nihil aliud quam privatio. Contrarietate  
enim motus qui sunt ad terminos contrarios. Vt generatio  
proprie contrariatur corruptioni: quoniam terminos habent  
contrarios. Generatio enim progreditur ad esse substantiæ,  
corruptio ad non esse. Sic augmentatio & diminutio, quarum  
illa ad maiorem, hæc ad minorem tendit quantitatem. Hæc  
autem quodam modo contraria censentur, secundum physicam  
maxime considerationem. Ita dicendum in alterationibus,  
quæ sunt ad contrarios terminos, cuiusmodi sunt dealbatio &  
denigratio. Item de mutationibus secundum locum, ut motus  
rursum, motus deorsum. De his plenius exactiusque tractare  
ad physicam spectat considerationem.

CAP. LXVIII.

De modis habendi.

¶ Voniã Aristoteles vocabulo habere, in prædicamen-  
tis secundum diuersas acceptiones vsus fuerat (si-  
quidem habitum posuit speciem quantitatis, & habe-  
re nouissimum assignauit prædicamentum) ideo ne quis  
æquiuocatione nominis illius turbetur, adiicit nunc & alias  
eiusdem acceptiones, octo eius ponens modos: quos quia pau-  
cissimis perstringit, ipsius hæc verba placuit tantum subscribere.  
¶ Habere inquit, octo dicitur modis. Aut enim aliquid  
qualitatem habere dicitur, ut habitum & dispositionem, scien-  
tiam (inquam) & virtutem. Aut quantitatem, ut magnitudi-  
dinem, tricubitum aut quadricubitum. Aut ea quæ circa cor-  
poris sunt, ut vestimentum tunicam, vel gladium. Aut aliquid in  
corporis parte ut in digito anulum. Aut partem, ut pedem  
vel manum. Aut ut continens contentum, ut modius grana tri-  
tica, aut lagena vinum. Aut possessionem vel domum vel ar-  
gram. Dicitur etiam & vir uxorem habere. Sic ille octo ha-  
bendi modos enumerat, qui his concluduntur duobus versibus.

Octo mo-  
di habendi

Affectum, quantum, vestitum, dic ve-  
lut aurum, Membrum, contentum, pos-  
sessio, vir mulier.

¶ Vltimum autem modum Aristoteles dicit esse omnium alie-  
nissimum, eo quod habere uxorem (ut ipse ait) non aliud sit



quam uxori cohabitare: videlicet secundum gentiliū ritum & sententiam loquens, qui sacramentum magnum illud ignorabant. Nos autem, quos Christus Iesus omnis veritatis magister in sacratissime fidei mysteriis erudiuit, sacramentum magnum in coniugio viri & feminae intelligentes, scimus, longe amplius esse virum habere uxorem, quam ei cohabitare. Virum enim habere uxorem, secundum veritatem, est virum cum uxore in dissolubili vinculo esse colligatum, ita ut ipse (iuxta Apostolum) potestatem non habeat sui corporis, sed mulier ac vicissim mulier sui corporis non habeat potestatem sed vir. Unde si hunc modum nos quoque alienissimum dixerimus, aliam assignabimus rationem, quantum in aliis modis habendi, id quod habet non dicitur vicissim haberi, ab eo quod habet: ut habens possessionem, non ab ea habetur, & qui habet vestem aut anulum, non ab ipsis habetur, qui pedem habet, non dicitur haberi à pede. In hoc autem modo, ut vir habet uxorem, ita vicissim habetur ab ea. Neuter enim sui corporis habet potestatem, sed vicissim alter alterius, ita ut sint duo in carne vna, in significationem grandis illius mysterii, quod nobis facit Paulus Apostolus prædicavit in Christo & Ecclesia, quod olim gentium quoque summis principibus (ut modo in nostro Aristotele cernimus) absconditum, nunc tandem in fine seculorum, ut alia plura nobis patefecit, magister veritatis, Iesus Christus dominus noster, cui prouide sit laus honor & gloria, vna cum patre & spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

DEO semper & vbique  
GLORIA.

101  
LIBRI TERTII CONSIDERATIONIS Dialecticæ, qui de interpretatione inscribitur.

## PREFATIO.

EST exactam in duobus præcedentibus libris simplicium vocum determinationem recto ordine nunc est procedendum ad simplicium illarum compositionem diligenter considerandam. A simplicibus enim or-

dinatus est progressus ad composita. Tractabit ergo princeps hic liber de orationibus compositis, maxime autem de illis quibus verum vel falsum significatur, quæ peculiari nomine enunciationes vel enunctiue orationes nominantur. Inscribitur autem hic liber ab Aristotele Græco titulo perierminias, id est, de interpretatione: quæ idem videtur esse cum enunciatione, quæ mentis nostræ conceptum verum falsumve interpretatur sicut exprimitur. Quamquam Boëtius in ea videtur esse sententiâ, ut interpretationem intelligat etiâ nomen quodlibet & verbum & participium, per se aliquid significans. Quæ de re pluribus digladiari, non videtur oportet. Illud certum est, præcipuam hic enunciationum haberi determinationem. De nomine & verbo quod pauca præmittantur, per accidens euenit, videlicet propter meliorem enunciationum cognitionem: quandoquidem ex nominibus & verbis ut præcipuis partibus, compositur enunctiua oratio.

## CAP. I.

De nominis definitione.

Nomine igitur incipientes cum Aristotele libri huius tractatum, primum ipsius constituamus explicandamque definitionem, quam ille assignat in hunc modum

Nomen est vox significatiua secundum  
Definitio  
nominis.

placitum, sine tempore, cuius pars nulla est significatiua separata, finita, & recta.

¶ Cuius definitionis occasione recentiores quidam libri huius determinatione incipiunt à definitione soni eiusque diuisione in vocē & non vocem, Vbi deinde partibus vtriusque sua definitione terminatis, vocē diuidunt in significatiuā & non significatiuā, ac rursus significatiuā, in eam quæ naturaliter, & eā quæ ad placitum significat. Verū nos hæc omnia in libris de consideratione rerum naturalium, vbi propius est ipsorum locus, plenissime tractauimus, libro videlicet nono à capite. & vsque ad. 12. Propter quod, paucissimis ea tantum quæ necessaria videntur, hoc in loco repetemus. ¶ Inter voces igitur, quædā sunt omnino nihil determinate significantes. Vt cum pueri aut moriones aut ebriosi inarticulatas voces. emittunt ex quibus nihil percipitur. Inter eas vero quæ determinate aliquid significant, quædam naturaliter quædam secundum placitum dicuntur significare. Nempe illæ naturaliter significant, quæ apud omnes homines vbique locorum siue gentium, idem significant, vt gemitus quem in firmus emittit dolore significat ægritudinis, & suspirium ab alto educit significat cordis tristitiam siue grauitatem. Canis latratus, significat famē aut iram siue conturbationē, atque ita in huiusmodi. Ex naturali enim dispositione & influxu habent illæ voces, vt sic apud omnes idem significant. Illæ vero dicuntur secundum placitum significare, quæ non idem apud omnes homines representant, sed pro voluntate imponentium rerum aliā quā significant. Vt homo apud Latinos significat substantiam rationalem apud Grecos nihil omnino significat. Sic de omnibus vocibus cuiuslibet idiomatis, quo humano more vniuerum adiuicem colloquendo homines. Ex quibus facile patet, quam ob rem in definitione nominis dictum sit. Nomen est vox significatiua, secundum placitum. Quod enim huiusmodi vox non est, nominis appellationem non recipit. ¶ Adiciatur deinde particula, sine tempore. Pro qua explicanda intelligendum est, differentiam inter nomina & verba hanc esse, quod nomina non trahant secum tempus in sua significa-

Vox significatiua.

Vox significatiua naturaliter.

Vox ad placitum significatiua.

tionē, neque suum significatum quod habent secundum aliquam temporis differentiam determinanti: vtpote neque secundum præsens, neque secundum præteritum, neque secundum futurum. Verba autem tempus secum trahunt in sua significatione, ipsamque significatum vocis secundum determinationem aliquam temporis differentiam important. Exempli gratia nomen homo, nullo modo temporis aliquam differentiam in sua significatione trahit, neque humanam naturam (quæ est ipse præcipuum significatū) aut ipsos homines particulares (quæ significata sunt secundaria) secundum vlla temporis differentia determinat. Cum autem dico, curro, cucurri, curram manifestum est prius verbum trahere secum in significatione tempus præsens, secundum, tempus præteritum, tertium, tempus futurum. ipseque cursus idem per singula illorum principaliter significatus, secundum tempus certum, determinatur, quæ admodum in explicando patet. Curro enim valet, in tempore præsentis cursum habeo: cucurri, in tempore præterito cursum habui, curram, in tempore futuro cursum habeo. Sic inter tria hæc, est, fuit, erit, idem est significatum principale, nepe existentia ipsa siue ipsum esse. Verū in tempore quod secum trahunt in sua significatione est manifesta differentia. ¶ Illud autem quod nos Boetium hac in parte sequentes, diximus tempus secum ad significationem trahere, ipsum est quod dicit Aristoteles significare cum tempore. Est enim differentia notanda, inter significare tempus & significare cum tempore. Significant enim tempus quædā nomina vtpote hora, dies, annus, mensis, biennium, triennium, biduum, triduum, & huiusmodi, quæ videlicet non secum trahunt tempus ad significationem suam, sed tempus habent pro significato suo præcipuo. Illa autem quæ cum tempore significant, principaliter aliud quidem significant, vt curro cursum, amo amorem: & præter huiusmodi significatum principale, designant quandam certam differentiam temporis, circa quod determinatur quodammodo illud significatum præcipuum. Excludit ergo prædicta particula sine tempore, omnia verba à definitione nominis. In ceteris enim omnibus, conueniunt definitiones nominis & verbi, illa vnica particula excepta. ¶ Quod autem vltimo loco ponitur, cuius nulla pars est significatiua, separata, ad differentiam ponitur nominis simplicis ab oratione, quæ est composita. In hoc enim differe-



## DE ENUNCIATIONE

nomen ab oratione, quod in nomine partes ipsæ quatenus, illius nominis partes sunt, nullam habent significationem, sed solum ipsum totum non enim simplicem habet significationem. Ut cum dico, homo, partes illæ per se nihil significant, neque homo aliquid, neque homo aliquid. In oratione vero, partes per se habent significationes singulæ suas, & ex partium significationibus confurgit significatio totius orationis. Ut, homo vivit, est oratio, in qua & homo suum habet significatum peculiare, & vivit suum & tota oratio significationem habet ex his duabus partibus resultantem. ¶ Quod si quis interroget, de nominibus quæ Grammatici vocant figuræ compositæ, quid sit sciendum, an verè non in se sint, & utrum partem eorum nihil significant separatæ. Dicendum, quod vere nomina sunt, iuxta Aristotelis sententiam, neque vere partes eorum sunt significaturæ separatæ, quatenus partes sunt. In hac etenim dictione res publica, quandiu accipitur ipsa ut nomen verum compositæ figuræ, simplex conceptus ei respondet in mente, sicut & aliis nominibus figuræ simplicis, habetque significationem non minus simplicem. Neque enim, res, ut vbi ponitur, tanquam pars altera illius nominis compositæ figuræ, quequam significat non magis quam homo, in dictione homo, & neque item publica, ut vbi ponitur, quicquam significat, sicut nec homo in dictione homo.

De nominibus compositæ figuræ.

De nominibus infinitis.

¶ Necesse vero plene contentus Aristoteles, duas adhuc particulas censuit adiciendas, ad excludenda nomina quæ vocantur infinita, & nominum casus, quæ vocantur obliqua nomina. Cum enim negatio simplicis nomini aut verbo præponitur (dicendo non homo non animal, non ambulat) non videtur aggregatum illud dignum appellatione nominis aut verbi, cum in eo potius tollatur nomen aut verbum per negationem propositam. Non enim etenim & verbum semper aliquid determinatum constituunt, id est, significationem aliquam certam habent & determinatam. Eiusmodi autem complexum ex negatione & nomine, nihil certum aut determinatum sua significatione constituit: sed indefinite & indeterminate omne quod non continetur sub nomine cui naturam humanam, & quæ in ea conveniunt. Non homo autem non determinate aliquam naturam significat, neque equum

## LIBER III

103

determinate, neque asinum, neque lignum, neque cæcum, neque aliud aliorum quæ subsistunt in natura: sed indefinite & indeterminate omne, id à quo abnegatur nomen hominis. Propter quod, nomen infinitum censetur Aristoteles humilimodè nominandum. ¶ Insuper casus nominum non proprie nomina putat appellanda. Sunt enim nominum casus & inflexiones, ac propter hoc videntur à nominibus distare, quoniam à nominibus cadunt & desectunt, unde casus vocantur atque obliqui. Vocabulum autem primum, quod non ab alio cadit sine desectit, sed alia cadunt sine obliquantur & desectitur ab ipso, rectus appellatur aut nominativus. Idcirco autem Aristoteles casus nominum, non dignos æstimat appellatione nominis, quoniam omne nomen, si ei datur verbum aliquod, facit cum illo orationem veram aut falsam. Casus autem nominum adiecto verbo non faciunt orationem veram aut falsam, nisi insuper nomen aliud rectum adiungatur. Ut cum dixeris, Socratis est, neque verum neque falsum habes, nisi adideris rectum dicendo, Socratis vestis aut liber est. Ita in reliquis. ¶ Ex his igitur omnibus elicitur hæc definitio nominis ab Aristotele omnino completa. Nomen est vox significatiua secundum placitum, sine tempore, cuius pars nulla est significatiua separata, finita, & recta. Vel, iuxta Boetium, pro duabus illis particulis finita & recta, ponatur, definitum aliquod significans, cum est, aut non est iuncta, faciens enunciationem: quæ particula prioribus æquivalent, easque explicat.

De nominibus obliquis.

Completa definitio nominis.

¶ De verbo.

### CAP. II.

¶ Quam prolixè satis de nomine tractatum est, non ita multum erit insumendum temporis ad verbi naturam declarandam. Quæcumque enim de nomine dicta sunt, eadem & de verbo suo modo sunt dicenda, una tantum particula illa excepta, quæ inter ea ponit dictionem. Quæcumque verò ad definitionem verbi potuisset Aristoteles non minori iure addere particulas illas vocis significatiua secundum placitum, quas primo loco ponit in definitione nominis, illa tamen quasi nota relinquens ea nominis definitione, ea præcipue in verbi definitione po-

suit, secundū quæ differt à nomine. Est autē hæc eius definitio.  
**Verbum est quod con significat tēp<sup>o</sup>**  
**cuius pars nihil extra significat, & est**  
**semper eorū quæ de altero dicuntur.**  
 nota.

¶ In qua definitione, relatio quod assignandum est antecedens, vocabulum secundum placitum significatiuum. Non enim potest referre verbum, quoniam non potest idem definire per seipsum. ¶ Particula autem sequens, quod con significat tempus à definitione ista nomen elongat, quod non con significat tempus, sed absque tempore significatum suum importat. Quid autem sit significare cum tempore vel con significare tempus, & quomodo differant tempus significare & tempus con significare, satis lucide dictum est in tractatu de nomine. Quare superfluum fuerit, eadem hic prolixius repetere. Tamen consuetas descriptiones horum terminorum, simpliciter assignabimus. Significare tempus est, ex significato principali tempus designare. Significare autem cum tempore est præter significatum principale, aliquam certam temporis differentiam connotare. Differentias temporum summus in proposito, secundum præsens, præteritum, & futurum. Quod deinde sequitur, cuius pars nihil extra significat, sic de verbo intelligitur, quomodo de nomine supra ostendimus, Idemque dicendum erit de verbis quæ nominantur figure cōpositæ, quomodo de nominibus eiusmodi diximus. ¶ Postremum verò illud. Et est semper eorū quæ de altero dicuntur nota difficultatem habet, & varie exponitur. Recentiores facili satis intelligentia ita solent exponere, quod verbum semper est copula vel actualis vel aptitudinalis ad copulandum prædicatum cum subiecto, videlicet quia omne verbum includit actualem & formalem copulam, ut patet in respondendo. Currit enim idem valet, quod, est currens: ubi copula est, vides explicatam. Aliter interpretatur Boetius, dicens omne verbum, accidens aliquod significare, utpote actionem vel passionem, quæ semper de altero prædicatur, cum sit accidentia, & accidens semper de eo prædicatur quod sibi est

subiectum. ¶ Distinguit deinde verba finita ab infinitis Aristoteles, ut supra in nomine fecerat, & verba obliqua à rectis. Infinita verba sunt, non currit, non laborat, non proficit, quæ licet tempus con significat, nihil tamen determinatum importat, sed indefinite & indeterminate omne quod sub verbo à quo sit abnegatio non continetur. Verbum autem obliquum appellat, omne quod non est temporis præsentis & modi indicatiui. Currebat enim & cucurrit & curret, vocat obliqua verba: quoniam videlicet sic à verbo præsentis temporis modi indicatiui per quamdam obliquitatem & inflexionem cadunt, mutata terminatione finali, sicut in nominibus obliqui cadunt à recto. Proprie ergo non verba, sed verborum potius casus & obliqua vel inflexiones dicuntur.

¶ Possunt vero obliqua verba distingui tripliciter. Vel ex parte temporis tantum, ut curtebat, cucurrit, cucurrerat, curret, quæ sunt quidem modi indicatiui, & ob hoc quantum ex parte illa non sunt obliqua: sed quia non sunt temporis præsentis, inde obliqua verba dicuntur. Vel ex parte modi tantum, ut curret, currat, curreret, quæ sunt quidem temporis præsentis, sed modi non indicatiui, atque ex hac parte verba obliqua sunt. Vel ex parte temporis & modi simul, & hæc maxime obliqua sunt, ut cucurrissem, cucurrisse, item curretem, quando accipiuntur ut præterita imperfecta optatiui siue cōiunctiui & infinitiui modi. ¶ Inter ea verò quæ sunt obliqua ex parte temporis tantum, & quæ ex parte modi tantum, videntur illa minus obliqua istis, & magis ad naturam rectorum accedere.

Verba enim omnia indicatiui modi, quodcumque tempus con significant hoc habent commune, quod adiecto nomine æqualiter faciunt enunciationem veram vel falsam, ut Petrus viuit, Petrus viuebat, vixit, vixerat, viuet. Verba autem quæ alterius modi sunt quam indicatiui, etiam si sint præsentis temporis, non faciunt orationem veram vel falsam, addito nomine. Ut si dicas, Surge Petre, Petrus surgeret, aut surgat, aut Petrus surge, nisiquam verum est aut falsum. ¶ Tandem verò priusquam tractatum hunc de nomine & verbo egrediamur perquirendum est de his partibus orationis, quas Grammatici appellant participia, an hoc in loco sub nomine, an potius sub verbo sint constituenda. Sub nomine enim prima facie non videntur cōmode posse constitui, quoniam non significant sine tempore.

De partici  
piis.



Quemadmodum enim amo significat cum tempore praesenti, sic & amans, & quomodo amabo significat cum tempore futuro, sic & amaturus. In hoc igitur videntur obtinere naturam verbi. Ex altera autem parte videntur convenire cum nomine, & à verbo distare, quoniam verbum nunquam per se potest esse subiectum enunciationis, participium autem potest. Verbum quoque per se solum, addito tantum nomine aliquo, facit enunciationem, quod participium non potest nisi insuper & verbum addatur. Cum enim dico, Amans amat, enunciatio est: cum autem, Ioannes amans, enunciationem non habeo, sicut neque hic, Ioannes amans, enunciationem nomen ponitur. In hoc ergo videtur cum nomine convenire, & à verbo differre. Respondendum est, non mirum esse, si participium nec plene obtineat naturam nominis, nec plene naturam verbi. Si enim alterius naturam penitus haberet, nomen suum perderet. Participium enim dicitur, quasi partem capiens. Nam (ut Grammatici declarant) partem capit à nomine partem à verbo, & partem ab utroque. A nomine capit genera, & casus, à verbo tempus, & genus verbale, ab utroque numerum & figuram. Non est igitur mirum, si non penitus alterius naturam obtineat. Communior tamen sententia comprehendit ipsam sub nomine, dicens ipsum non proprie significare cum tempore, eo modo quo verba. Nam verba significant cum temporalis, quod sit mensura totius enunciationis: non autem participia. Ut cum dico Ioannes fuit amans, enunciatio illa mensuratur & denominatur, non à tempore per participium amans significato. Non enim dicitur esse enunciatio de praesenti, sed de praeterito, propter tempus praeteritum per verbum, fuit, significatum. Vel aliter dicitur participium non significare tempus determinatum vel determinate, sicut verbum, eo quod participium cogatur, secundum qualitatem verbi sibi adiecti, ut si addatur verbo praeteriti temporis participium praesentis, ampliat secundum tempus praeteritum, ut accipitur pro praeteritis, quod ex sua significatione est temporis praesentis.

## CAP. III.

¶ De oratione.

Definitur post simplicia nomina & verba composita oratio licet modo.

Oratio est vox significatiua cuius aliquid partium significatiuum est separatū, ut dictio, non ut affirmatio vel negatio

¶ Ut homo bonus, demon perversus, creatura Dei, & huiusmodi. in his enim, partes sigillatim suam habent significationem, ut homo suam habet, & bonus item suam, ex quorum significatis confurgit etiam totalis significatio orationis illius. homo bonus. Quod autem oratio dicitur secundum placitum significatiua, non est accipiendum, quasi oratio quae libet sigillatim & per se imposita sit ad significandum, sed ratione partium dicitur ita significare. Quia enim significationem habet oratio à suis partibus, & partes ipse secundum placitum significant instituentium, hinc etiam orationes ipsae secundario dicuntur secundum placitum significare. Inueniuntur nihilominus quaedam orationes quae secundum aliquam suam significationem, quasi primario ad placitum significant. Ut cum dicimus, aerem verberare, aut laterem lauare, pro eo quod est frustra laborare hanc significationem quodammodo videntur orationes illae habere primario ex placito instituentium, quibus placuit totis illis orationibus ad eam uti significationem, quam à suis partibus sine noua impositione non habebant. Nisi forte quatenus impositio circa partes facta de orationem praebet hac quoque noua significatione totali orationem ipsam usurpandi. ¶ Diuiditur autem oratio prima & imperfecta, in orationem perfectam & imperfectam. Imperfecta oratio est, quae sensum perfectum non generat in animo audientis, id est, quae non constituit intellectum audientis quantum se à suspensum dimittit ut adhuc expectet addi aliquid. Perfecta autem oratio est, quae sensum perfectum gignit in audientis animo, id est, quae suspensum non tenet audientis animum, sed pleno sensu quietum & contentum eum reddat. Exempli gratia, si dixerit quispiam angelus bonus, demon malus, homo albus, equus niger, Petrus & Ioannes, ad singulas has orationes suspensor animo, expectans ut completum audiam alicuius sententiae. Ideo imperfectae dicuntur. Si autem dixerit, angelus bonus astitit, demon ma-

de oratione  
perfecta  
& imperfe  
cta.

¶

lus aufugiat, homo albus pertransit equus niger visus est. Petrus & Ioannes fuerunt sanctitate admirabiles, iam in singulis perfectum sensum intelligo. Orationis imperfectæ clarissimum est exemplum apud Terentium in Adelphis, ubi ait Geta multas facit imperfectas orationes apud Sostriatam priusquam perfectam absoluit sententiam, quam illi volebat indicatam, de Efebino, quod rapuisset duxissetque uxorem aham. ¶ Sunt autem vniuersaliter imperfectæ orationes illæ in quibus nullum ponitur relatiuum qui quæ quod, cum unico verbo. Ut, Deus qui visit, homo qui mortalis est, aurum quod magnipenditur. Idem est de quibusdam compositis à quibus, ut pote, de quisquis & quicumque. Istæ enim sunt imperfectæ orationes. Quisquis vero seruit. Quicumque in hoc mundo nascitur. Sic & de aduerbiis quibusdam quæ secundum vim significationis includunt qui relatiuum: ut quodcumque, vbi-cumque, vicique vel quomodocumque, & si quæ sunt similia. Quodcumque enim valet omni tempore quo vbi-cumque, omni loco quo quomocumque, omni modo quo, atque ita in cæteris. Ad hoc autem ut perfecta sit sententia illa in qua ponitur relatiuum, vel explicite, vel implicite, necesse est genitium poni verbum. Vnde hæc sunt perfectæ orationes, Deus qui visit in æternum, creauit nos in tempore, Deus qui videt imperfectum hominum, da veniam miseris, vnam qui nobis hanc dedit vitam temporalem, donec simul & perpetuam. Quisquis Deo seruit, bona referet, sui laboris præmia. Sunt quoque eisdem conditionis coniunctiones, cum, si, & si quæ alia sint partes orationis huiusmodi includentes. Vnde qui dicit, si veneris ad me, cum veneris ad me, incompletam relinquit sententiam.

## CAP. III.

¶ De oratione perfecta non enunciatiua.

Oratio " Inditur deinde perfecta oratio, in orationem  
perfe- " D enunciatiuam & non enunciatiuam. Oratio per-  
ctã nō. " perfecta non enunciatiua dicitur, quæ licet perfectum  
sensum gignat in animo audientis, non tamen verum aliquid,

enunciati-  
ua.

vel falsum significat. Huiusmodi sunt omnes orationes deprecatoriæ. Ut, Miserece nostri, Deus omnium. Omnes imperatiuæ, sine præceptiuæ, aut prohibitiuæ. Ut, Deum time, & madanta eius obserua. Diligite iustitiam omnes qui habitatis terram. Præter vnum Deum alium ne adoretis. Omnes item exhortatoriæ vel consolatoriæ, ut, viriliter agite, & sustinete Dominum, patientes estote donec adueniat retributor laborum omnium Deus. Fiant autem hæc omnes communiter per modum imperatiuum, qui modus nõ semper imperatiue significat, sed aliquando deprecatiue, aliquando exhortatiuæ. Sunt quoque imperfectæ orationes optatiuæ, ut, Vnam scaperent homines & intelligerent, ac nouissima prouiderent. O si mortis diem perpetuus ante oculos habeant mortales. His quoque adiungenda sunt orationes interrogatiuæ, ut, Quid agitis cæci mortales, dum pro terrena possessiuncula æternam amittitis patriam? Similes fere videntur illæ quæ non tam interrogatiuæ quàm admiratiue enunciatur, ut, Quam male sibi consulunt adolescentes, qui florem adolescentiæ otio & vitiorum illecebris perdunt. Tameñ enim forstã videatur in huiusmodi verum esse aut falsum, non tamen hoc inuenitur in ipsis eiusmodi orationibus, sed in eo quod tacite solet ad huiusmodi in mente responderi. Quod si quis forte contendat, huiusmodi ex se ipsis verum falsumve indicare, hic & illam suprapositam orationem interrogatoriã orationem debet enunciatiuam admittere, quod parum verisimile videtur. ¶ Huiusmodi autem orationum omnium nullus est vsus dialectico, qui totus in hoc est, ut quid verum & quid falsum apprehendat. Comuni autem vsui hominum & sacris literis admodum sunt frequentes. Peculiariter quoque rhetoribus & poetis, qui magis affectum commouere studet, ad quod huiusmodi peculiariter conueniunt. In singulis atque quod exempla ex Poetis, in adolescentum gratiam, ut similia ex propositis exemplis dicant in authoribus obseruare, assignabimus. Oratione deprecatoriã apud Virgilium, fortilsimos Aeneas incensis nauibus Iouem orat, dicens, Iupiter omnipotens, da flammam euadere classi. Nunc pater, & reuies Teucrum res eripe leto. Sic apud Didonem deprecatur naufragio superstites Troiam. Parce pio generi, & propius res aspice nostras. Præceptiua oratione apud Comi-



DE ENUNCIATIONE

cum vitur herus ad seruos. Vos isthac ingro auferte, abite, adesdum Sofia. Prohibita sine distiaforia est oratio illa in Bucolicis Virgilianis. O for mose puer nimium ne crede color Exhortatorium est illud Horati, Omnibus adde modis, & huiusmodi. Exhortatoria simul & consolatoria oratio est, quam suis Troianis in naufragio loquebatur Aeneas. Durate (inquiens) ut vosmet rebus seruate secundis. Optatiua oratio est, quam Aeneas presentiam desiderans Dido proloquitur dicens. Atque utinam rex ipse noto compulsus eodem Afforet Aeneas. Item & illud Euandri pristinam optantis fortitudinem, O mihi prateritos refert at si Iuppiter annos. Interrogatiua est illa Didonis ad Aeneas socios? Quis genus Aeneadi, aut quis Troiae nesciat vi bem? Itemque illud eiusdem ad ipsam Aeneam. Quis te nate Dea per tanta pericula casus ut sequitur? Interdum vero interrogatiua oratio apud Poetas & vsum loquendi communem, indignationem significat. Ut cum Mioneus apud Didonem querimoniam proponit de incendio ne nauum, dicens. Quod genus hoc hominum, quae ve hunc tanta barbara morem. Permittit patriae hospitio prohibebatur arenae? Sic apud Persium malefrugi adolescentem paedagogus interrogando increpat, dicens, Non pudet ad morem discipuli vivere nate? Auaros quoque sacerdotes amara interrogatione sic notat idem Satyricus, Dicite pontifices in templo quid facit aurum? Interdum vero tantum humilem & supplicem querimoniam explicat. Veluti cum apud Virgilium pro sua Aeneas mater Venus Iouem omnipotentem lamentabili voce affatur, dicens, Quem das finem rex magne laborum. Videtur quoque adiungenda praedictis subiunctiua oratio, ut apud Virgilium, Si datur Italiam sociis & rege recepto Tendere, ut Italiam laeti latiusque petamus.

CAP. V.

De oratione enunciatiua.

AE igitur orationes omnes (ut supra dictum est) dicitur H le dico no couenit, sed illa sola que indicatiua, vel enunciatiua dicitur, qua Aristoteles appellat enunciatiua, vel enunciatiua orationem. Cicero vero, quem hac in parte magis imitatur Latini, propositionem censuit appellandam, alii pronunciatum, alij axioma nominant aut pro-

LIBER III.

loquium Omnium vero est una ratio, quia per ipsam enunciatur, proponitur, pronunciat, statuitur, verum aut falsum. Definitur autem ab Aristotele his verbis.

Enunciatiua oratio est, in qua est verum aut falsum.

Oratio enunciatiua.

Hoc est oratio perfecta quae verum aut falsum significat. Non enim sic verum est in oratione, quasi ipsa veritas aut falsitas sit in ipsa voce aut scripta oratione realiter. Veritas enim & falsitas in intellectu sunt. Sed ideo in enunciatiua dicitur esse verum aut falsum: quia aliquid ipsa significat verum aut falsum, ut (exempli gratia) haec orationes. Deus viuit, Deus omnia condidit, Homo est mortalis, Caelum est incorruptibile, singularia verum significant. Ista vero, Deus est malus, diabolus est omnium rerum principium, homo est ahenus, singularia falsum significant. Unde ex hac definitione elici potest diuisio enunciatiuae suae propositionis, in propositionem veram & falsam. Propositio vera est, quando res ita se habet quomodo per ipsam significatur. Ut haec propositio, Homo est mortalis, vera est, quoniam ita res se habet ut ipsa significat. Significat enim hominem esse mortalem, & ita vere res habet, probatque hoc ipsa experientia. Propositio autem falsa est, quando res non ita se habet, ut per ipsam propositionem significatur. Ut haec est falsa, homo est brutum, quoniam significat hominem esse brutalis naturae & sine intellectu. Atque res longe secus habet. similiter haec falsa est. Cicero fuit eximius poeta. Significat enim Ciceronem de numero fuisse insignium poetarum. Non ita vero res habet, sed quod illud ipsum manifeste carmen testatur, quod in huius rei testimonium citat Iuuenalis, O fortunatam natam me consule Romam. Amplius quoque diuidi posset enunciatio in necessariam, impossibilem, & contingentem. Propositio necessaria est, quando res necessario sic se habet, quomodo per ipsam significatur, nec potest aliter se habere, ut Deus est, homo est animal rationale. Creatura impar est creatori, Propositio impossibilis est, quando res ita se habere non potest, quomodo per eam significatur, ut homo est brutum, Deus est impius. Propositio autem contingens est, quando res per ipsam significata potest

Propositio vera.

Falsa.

Diuisio a lia.

Necessaria.

Impossibilis.

Contingens.

se habere, & item aliter se habere potest. Ut cum dico Petrus sedet, Ioannes orat, Philippus disputat. Propositio necessaria semper est vera. Propositio impossibilis semper falsa. Propositio contingens, nec semper vera, nec semper falsa, sed interdum vera, interdum falsa. ¶ Generaliter verò enunciationes dicuntur omnes illæ perfectæ orationes, quæ pro principali verbo habent verbum indicatum modi, cuiuscunque tamen fuerit tenoris. Omne enim verbum modi indicatum, facti occasionei veram aut falsam, quam ob causam, à Grammaticis recte modus ille vocatur indicatiuus, veri nimirum, aut falsi. Unde hæc omnes sunt enunciativæ orationes, Deus vivit in æternum, Deus vivebat ante mundum conditum, Deus hominem de suo formavit, Deus hominem rectum creavit & sine peccato, Deus vitam æternam dabit se diligentibus. In omnibus quidem his verum similiter invenitur. Veruntamen falsitas aut veritas propositionum illarum que sunt de futuro aut præterito, considerari debet secundum veritatem propositionum de præsentibus, quas solent recentiores appellare propositiones de inesse, eo quod per eas quasi in actuali existentia constituatur & proponatur, quod in alio fuisse aut fore dicitur. Videlicet vera est propositio de præterito, si propositio de præsentibus ex iisdem omnino extremis composita aliquando fuerit vera. Et vera est propositio de futuro, si propositio ei correspondens de copula præsentibus aliquando vera sit futura. Exempli gratia, vera est ista de præterito, Adæ vixit in terris, quoniam aliquando hæc vera fuit Adam vivit super terram. Ista quoque de futuro est vera, Antichristus erit, quoniam aliquando vera hæc erit de præsentibus, Antichristus est. Illa autem de præterito falsa est, cui respondens propositio per præsens enunciata, nunquam vera fuit. Et illa de futuro falsa dicitur, cuius de præsentibus nunquam erit vera. Ut hæc de præterito, Antichristus ille pessimus vixit, falsa est, quoniam nunquam verum fuit eum vivere. Et hæc de futuro, Messias nascetur in mundo ad salutem humani generis falsa est, quoniam nunquam vere licebit dicere in futuro tempore, Messias nascetur in mundo, iam enim olim natus est in mundo de virgine, non nascetur amplius.

De divisione propositionis in simplicem & coniunctam. Onuntur autem tres divisiones præcipuæ enunciationis, quarum prima hæc est. Propositionum alia est simplex sive categorica, alia coniuncta sive hypothetica. Propositio simplex ab aristotele sic definitur.

Simplex enunciatio est, quæ aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat.

Hoc est, talis aliqua enunciatio, in qua unum aliquid prædicatum de vno aliquo subiecto enunciat, sive affirmativæ sive negativæ. Propositio enim de, significat affirmationem, ab verò negationem. Ut cum dico, Deus est immortalis. Homo non est immortalis, in utraque simpliciter enunciat unum prædicatum de vno subiecto, in priorè quidem, affirmativæ, in posteriori autem negativæ. ¶ Appellatur autem hæc propositio simplex à posterioribus, Græco nomine categoricæ id est, prædicativæ, videlicet quoniam in ea unum prædicatum de vno subiecto prædicatur, soletque clarior in hunc modum definiti, propositio categoricæ est, quæ habet subiectum prædicatum & copulam, tanquam præcipuas partes sui. In omni etiam propositione simplici sive categorica, duo sunt termini, quorum alter dicitur subiectum vel terminus subiectus, alter prædicatum vel terminus prædicatus. Subiectum est id de quo aliquid dicitur. Prædicatum est, quod dicitur de altero. Hoc est, terminus ille dicitur subiectum qui subicitur alteri & de quo alter dicitur, prædicatur sive enunciat. Ille autem qui sic alteri supponitur, & quidem altero prædicatur dicitur prædicatum. Ut in hac propositione, Homo est mortalis subiectum est homo, prædicatum verò mortalis. Vnde manifestum est subiectum & prædicatum dici ad invicem relatione, eo modo quo ad invicem referuntur pater & filius. ¶ Semp quoque in categorica propositione esse debet verbalis copula. Quæ interdum quidem à prædicato expressè invenitur distincta. Ut cum dico, homo est animal, Deus est bonus. Angelus est incorruptibilis. Cuiusmodi propositiones solent vocare recentiores de est tertio adiacente, eo quod verbum est, in illis sit quasi tertium adiacens, duobus terminis, quos ad invicem copulat. ¶ Interdum verò copula non distinguitur secun-

Definitio enunciationis simplicis.

Quid subiectum prædicatum.

dum vocalem expressionem, ab ipso quod est prædicatum. Vt cum dico, Deus vivit, Deus imperat, Homo peccat. Hic studet ille currit, & vniuersaliter in omnibus propositionibus quorum prædicatum est verbum adiectiuum. Hic enim prædicatum & copula secundum vocalem expressionem non differunt sed in vno termino coincidunt. Attamen in explicatione inuenitur copula à prædicato distincta. Idem est enim, Deus vivit quod deus est vivens, vbi vivens est prædicatum, & est, copula. De propositionibus quoque illis quas vocant recentiores de secundo adiacente, simile est iudicium. Vt in istis deus est, homo est. Hæ enim de est secundo adiacente appellantur, quoniam in ipsi verbum est vniuersaliter subiecto apponitur, nec aliud tertium est in eadem propositione cui connumeretur. Neque verò requiritur ad enunciationem simplicem siue categoricam, quod subiectum & prædicatum sint termini simplices & incomplexi. Hæc enim propositio, Deus pius iustus & longanimis ostendit magnam erga reprobos patientiam: vna est simplex enunciativa oratio. Habet enim vnum subiectum, totum hoc, Deus iustus, pius & longanimis. habet item prædicatum vnum, nempe ostendens magnam erga reprobos patientiam, & vnum istud prædicatum, de vno illo subiecto, mediante vna copula est, prædicatur. Est igitur vna simplex & categorica enunciatio. Possunt tamen huiusmodi enunciationes appellari de extremis complexis aut de altero extremorum complexio. Vnde quædam sunt propositiones categoricæ de vtroque extremo simplici, vt Deus est verax, homo est mendax. Quædam de simplici subiecto tantum, vt Deus est verax in omnibus verbis suis, Homo est mendax in verbis & factis. Quædam autem de simplici prædicato tantum, vt homo iustus saluatur, homo impius damnatur.

De propositione autem coniuncta siue composita quam communiter hypotheticam appellant, tan est posterioribus absolutò tractam simplicium plene tractandum sit, paucis tamen etiam hoc in loco eius definitionem explicabimus. Sic itaque definitur ab Aristotele.

Definitio  
propositio  
tionis con  
iunctæ.

Propositio coniuncta est, quæ composita est ex enunciationibus simplicibus.

Hæc est enunciatio aliqua totalis, quæ componitur ex duabus simplicibus enunciationibus ad invicem per aliquam certam coniunctionem connexis. Vt cum dico, si vera est Deus, iustus saluabitur: tota hæc est vna oratio coniuncta, quoniam plures habet simplices per coniunctionem si vnitæ. Nisi enim vnitæ essent plures ille simplices per aliquam coniunctionem, non vna diceretur enunciatio coniuncta, sed plures simplices. Vt cum dico, iustus saluabitur. Impi⁹ peribit, duæ sunt simplices enunciatioes, non vna coniuncta. Deest enim coniungens copula. Hæc pauca sunt præsentiarum de enunciatione coniuncta sufficiat. Ad simplicem autem, quæ modo est determinanda redeamus.

## CAP. VII.

De secunda diuisione enunciationis.

Secunda diuiso principalis ipsius enunciationis siue propositionis hæc est.

Propositio alia est vniuersalis, alia particularis, alia indefinita. Hanc diuisionem Aristoteles in principio libri priorum assignat, in presenti autem loco tantum Pantheonis indicat. Quæ tamen vt perfecta sit & sufficiens diuisio, oportet vel ipsum diuisum restringi ad solas propositiones de subiecto communi, vel quartum subaudi membrum, propositionem singularem. Tria quoque membra priora, loco supra adducto idem Aristoteles sic definit.

Propositio vniuersalis est, quæ omni aut nulli inesse significat.

Propositio particularis est, quæ alicui aut non alicui aut non omni inesse significat.

Propositio indefinita est, quæ inesse aut non inesse significat, sine signo vniuersali aut particulari.

Quæ Aristotelis definitiones, per alias aliquanto notiores à posterioribus declarantur: in hanc modum Propositio vniuersalis est, in qua subicitur terminus communis signo vni-

Quid pro  
positio vni  
uersalis, p-  
ticularis,  
& indefini-  
ta.

uersali determinatus. Propositio particularis est, in qua subicitur terminus communis signo particulari determinatus. Propositio indefinita est, in qua subicitur terminus communis sine signo: subaudi uerisali aut particulari. Exempli gratia, hæc propositiones sunt uerisales. Omnis homo est mortalis. Nullus homo imperpetuum uiuet. Hæc sunt particulares. Quidam homines sunt iusti. Quidam homines non sunt iusti. Hæc sunt indefinitæ. Homo est animal. Asinus non est rationalis. Contrariorum eadem est disciplina. Propositio autem singularis hoc modo solet defini. Propositio singularis est, in qua subicitur terminus singularis, vel terminus communis sumptus cum pronomine demonstratiuo primitiue speciei. Vt hæc sunt singulares. Ioannes conuertit Asiam. Paulus in occisione gladii mortuus est. Hic homo dignus est morte. Vir ille dignus est præmio. Quæ autem sint signa uerisalia aut particularia, ex auditu facile quilibet dinoscit. Signa uerisalia illa quæ denotant terminum cui adduntur accipi, & enunciationem totam verificari pro omnibus suppositis termini alius sine exceptione, dicuntur uerisalia, ut omnis, nullus. Cui enim dico. Omnis homo est mortalis, significo prædicatum subiecto conuenire, non solum pro vno aut altero supposito, sed pro omnibus omnino quæ sub ipso comprehenduntur. Ita cui dico. Nullus homo est immortalis, indicatur ex virtute signi præpositi subiecto, prædicatum ab ipso abnegari secundum omnia quæ sub ipso comprehenduntur. Signa autem particularia sunt, quæ cum adduntur termino, non indicant terminum cui adduntur debere accipi & propositionem ex eius parte verificari pro omnibus suppositionis ipsius: sed pro aliquo vel pro aliquibus. Vt cum dico, Quidam homines sunt iusti, significatur iusticia conuenire homini non pro omnibus singularibus, sed pro aliquibus. Ita cum dico, Quidam homines non sunt probi, prædicatum non significatur abnegari ab homine secundum omnia supposita, sed tantam secundum aliqua.

## CAP. VIII.

De signis uerisalibus & particularibus.

D

E istis autem signis uerisalibus & particularibus notandum est quod per se nihil significat, sed tantum aliquammodo dicuntur significare, quia

est, uerisaliter vel particulariter, secundum quod terminum cui adduntur sic vel sic faciunt accipi, & propositionem sic vel sic verificari. Vt signum omnis, per se quidem nec equum, nec hominem, nec angelum, nec aliquam rem significat, si autem addideris ipsum termino communi significatio alicuius rei, illic ipsum videbis uerisaliter significare, ut dicitur omnis homo, Atque ob hanc rem eiusmodi dictiones non proprie terminorum merentur appellationem, sed tantum signa nominantur. Aut si interdum termini appellantur, dicuntur termini tantum significatiui, non absolute significatiui. Solentque hæc ratione excludi à definitione nominis, per particularem illam, vox significatiua. Quædam tamen inueniuntur signa uerisalia, non pure signa significatiua, sed simul etiam alicuius rei significatiua, que modo in expli- cando patet. Vt nihil, nemo, nullus (cum substantiuate accipiuntur) quisquis, quicumque. Nihil enim ualeat, nullum ens vel nullus, ubi signum uerisale uidentur cum termino significatiuo nemo, id est, nullus homo, nullus substantiuate, idem ualeat, quilibet substantiuate, idem ualeat quod omnis homo, quisquis, id est, omnis homo qui. Omne igitur hæc propositiones uerisales sunt, nihil est creatum à seipso. Nemo sibi uiuit. Nullus sibi vitam dedit. Quisquis vel quicumque dei mandata obserauerit, vitam æternam habebit. Huiusmodi solent vocare terminos mixtos, quod simul in sua significatione includant terminum significatiuum & significatum, quodque & aliquid significant & aliquam rem. Prædictis uidentur ad numeranda quædam aduerbia uerisalia signa in sua significatione includentia. Vt semper, ubique, nunquam, usquam, omnino, nequaquam, & huiusmodi. Semper enim ualeat, omni tempore nunquam nullo tempore. Vbi que, omni loco: usquam, nullo loco: omnino, omni modo: nequaquam, nullo modo. Verum inter hæc talis est differentia, quod illa quæ includunt signa affirmatiua non faciunt per se enunciationem simpliciter uerisalem, etiam si ponantur in principio totius propositionis. Vnde hæc propositiones. Vbi que animalia sunt homines. Semper animalia sunt homines. Omni no animalia sunt homines, non uidentur esse uerisales: cum subiecta earum non determinentur aliquo signo uerisali-

In prædictis enim enunciationibus subiectum est, animalia, ubique autem vel semper licet præponatur subiecto, non dicitur tamen ipsum determinare, quoniam virtutem vniuersalitatæ suæ in ipsum non explicat. Manet enim virtus vniuersalitatæ intra ipsum aduerbium inclusa, solamque in loco & tempore quæ simul in aduerbiis includuntur cadit, nec protenditur vsque ad subiectum, animalia. Tunc autem dicitur subiectum enunciationis determinari vniuersali signo, quando virtus vniuersalitatæ eius super ipsum cadit. Mere autem vniuersales fiunt hæc propositiones, si ita dixerim<sup>9</sup>. Vbiq; omnia animalia sunt homines: Semper omnia animalia sunt homines: Omnino omnia animalia sunt homines. ¶ Secus tamen est de aduerbiis negatiuis, affirmatiuis istis correspondentibus, nunquam, nusquam, nequaquam. Hæc enim cum præponuntur subiecto, faciunt enunciationem simpliciter vniuersalem. Vt, Nunquam homo potuit præuolare deo. Nusquam impius effugiet dei iudicium. Nequaquam impius misericordiam obtinebit post mortem. Ratio autem diuersitatis est, quoniam negatio inclusa vim vniuersalitatæ explicat, non solum in terminum proximum in eodem aduerbio simul inclusum, sed & in omnia quæ sequuntur, iuxta vulgatum dictum. Negatiuorum negat quod sequitur, & sua virtute æque in distantia atque in propinqua agit.

¶ Similiter dicendum est suo modo de aduerbiis huiusmodi quæ signa includunt particularia, vt aliquando, alicubi, aliquando, aliquatenus aliquousque, aut huiusmodi si quæ sint alia quæ ex se non faciunt propositionem particularem, etiam si ponantur in principio. Vnde ista. Aliquando impius peruenit. Alicubi homines nudi ambulant. Aliquousque mali tollerandi sunt non sunt particulares enunciationes, sed indefinitæ, possuntque sic fieri vniuersales. Aliquando omnes impij pœnas luent, Alicubi omnes homines nudi ambulant &c.

¶ Postremo notandum est quadam signa vniuersalia vel particularia accipi secundum æquiualentiam, vt cum ex pluribus signis in se inuicem cadentibus, sequæ inuicem vel impediuntur vel confortantibus, vnius signi alterius simpliciter qualitas censetur. Vt non aliquis, valet, nullus non nullus, valet quidam non omnis, valet quidam non in omnibus, valet aliquis non aliquid, valet nihil atque ita in cæteris. De quibus signis

rum & proportionum æquipotentis, dicitur posterius.

## CAP. IX.

¶ De propositione indefinita.

De propositione autem indefinita videndum est, quisnam sit vsus eius atque significatio, & cui censenda sit æquivalere. Quidam eam computant particulari, iuxta communem illorum regulam, quam in syllogismorum

libro solent adducere. Deinde finitis & particularibus idem est iudicium. Vnde has duas idem valere putant. Quidam homines sunt prohi, Homines sunt prohi. Contra vero ex vsu disciplinarum & sermocinalium & naturalium & moralium, vt & scripturarum sanctarum, videntur propositiones indefinitæ frequentius pro vniuersalibus vsurpari. Vt cum in grammatica dicitur, Nomina in a desinentia primæ inflexionis sunt femine generis: In Dialectica, Syllogismus tantum tres habet terminos, Syllogismus primæ figuræ non valet minor & negatiua. In naturalibus, cum dicitur, Materia non potest esse sine omni forma, Anima rationalis est immortalis.

In mathematicis quoque disciplinis cum dicimus triangulus habere tres angulos, numerum maiorem includere minorem astra esse inanimata, manifestum est hæc omnia sic accipi & sic intelligi, ac si vniuersaliter proponerentur. Item cum in moralibus dicimus, pueros iam inde à teneris annis assuefaciendos esse virtuti, virtutem esse laudandam, vitium esse fugiendum, liberalem probum esse, prodigum improbum, aliaque huiusmodi omnia sic intelliguntur ac si vniuersaliter pronunciantur. In scripturis quoque, id est manifestum, Velut cum dicitur, Iustus ex fide viuunt. Impius in impietate sua morietur. Iustum amat deus, iniquum odit. Puer centum annorum morietur. Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit, & alia huiusmodi infinita. Raro enim vniuersalibus vniuersaliter enunciationibus in iis etiam quæ secundum vniuersalitatem intelliguntur, sed indefinitis regulariter vniuersalium loco. ¶ Videntur itaque propositiones indefinitæ, ex vsu & consuetudine pro vniuersalibus vsurpari, non tamen id esse videtur ex modo enunciationis, cum nullum habeant signum indicans vniuersalitatem, sed ex vsu



tantum, ut dictum est. In materia autem contingenti (ut cum dico, homo est iustus, homo non est iustus, homo saluabitur, homo non saluabitur) hic facti pro particularibus possunt accipi, etiam ex consuetudine. Quamvis non multum uti soleamus indefinitis enunciationibus, in contingenti materia. Vulgatus enim in contingentibus particulare signum adiecit, dicentes. Quidam homines sunt iusti, quidam non quidam saluabuntur, quidam non, & cetera. ¶ De propositione vetò singulari, hoc in loco nihil occurrit dicendum peculiare. Quae de termino singulari siue individuo dicenda videntur, copiose à nobis dicta sunt in principio libri primi, quem de quinque praedicabilibus inscripsimus. Quare his contenti, ad distinguendum inter affirmationem & negationem procedamus.

## CAP. X.

¶ De propositione affirmatiua & negatiua.

Idemur tertia diuisione enunciatio categorica in affirmatiuam & negatiuam, siue in affirmationem & negationem. Eas sic definit Aristoteles.

Affirmatio  
Negatio.

**Affirmatio, est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio est enunciatio alicuius ab aliquo.**

¶ Quorum definitionum haec est sententia. Enunciatio affirmatiua, est, in qua praedicatum de subiecto dicitur affirmatiue, id est, secundum copulam non negatam aliqua negatione. Enunciatio autem negatiua est, in qua praedicatum negatur de subiecto, id est, de subiecto dicitur mediante copula negata siue aliqua negatione determinata. Dicitur autem copula negari, quando alicuius negationis virtus in ipsam copulam dicitur. Exempli gratia, haec enunciatio. Homo est mortalis, affirmatio est siue enunciatio affirmatiua: quoniam praedicatum, mortalis, dicitur de subiecto homo, mediante copula, est, nulla negatione determinata. Ista autem, Homo non est mortalis, negatiua dicitur: quoniam praedicatum de subiecto dicitur, mediante copula iam negata. ¶ Operae precium autem est, hoc in loco aduertere, quando negatiue copulam negat,

get, & quando non negat. Sciendum igitur primum: quod negatio nunquam potest agere, aut vim suam explicare in ea quae praecedunt, sed tantum in sequentia. Ut cum dico, Lapis nullum animal est, subiectum lapis, non negatur: quoniam praecedit negationem. Cum vere ita dico lapis, non est animal, neque subiectum lapis, neque copula est, negatur, sed tantum animal praedicatum. Quae proinde enunciatio affirmatiua dicenda est, tamen si praedicatum videatur negari, eo quod negationis virtus non ceciderit in verbalem copulam, secundum quam dicitur tota enunciatio affirmatiua aut negatiua.

¶ Rursum negatio quouiscunque clauditur intra partes alterius extremorum, ita ut sit pars subiecti vel praedicati, virtutem suam cum non explicabit ultra extremum illud in quo clauditur. Ut cum dico, Homo creatura nullius precij, au det offendere creatorem omnium dominum, affirmatiua est enunciatio. Nec obest negatio praeposita copulae, quoniam intra partes subiecti clauditur, ibique virtus eius contracta & coangustata deficit, neque pergit usque ad copulam. Totum enim subiectum illius enunciationis est, homo creatura nullius precij. Ita cum dico, Christus qui nulli hominum mali quicquam intulera, passus est ab hominibus grauissima supplicia, similiter & eadem ratione est affirmatiua enunciatio. Item, Deus, qui non accipit personas, paratus est omnium misereri. ¶ Quando verò negatio non est pars alicuius extremi, tunc negat omne quod sequitur. Tunc autem non est pars alterius extremorum quando in principio propositionis ponitur, aut sic ut ipsam copulam immediate determinet. Exemplum primi, ut cum dico, Nullus impius est amicus dei. Nō viuunt homo qui possit cum deo contendere, Nullius hominis virtus deo potest obistere. Exemplum secundi, Deus non parceret impiis. Deus nunquam derelinquit electos. Lapis nullum est animal. ¶ Notandum hic quoque de impedimento plurium negationum, quando in eundem cadunt terminum, quod negationem frequenter contingit impediri ab effectu suo, per aduentum negationis alteri. Quoniam enim negatio est naturae malignantis & destruentis (negat enim & destruit omne quod sequitur) iacet cum duae negationes cadunt ambae in vnum terminum, neutra illarum vim in eundem terminum habet. Unde dici solet iuxta communem regulam. Duae negationes vnam faciunt affirmationem.

Item, quod negationes in numero pari super vnum terminum cadentes, terminum illum intactum relinquunt. Si verò in numero impari, utpote si negatio vna, tres, aut quinque, in vnum terminum cadant, is demum sentiet virtutem negationis. Exepli gratia, in hac oratione, Nullus homo non est mortalis, terminus homo negatur à priori negatione, nullus: quoniam sola in ipsum cadit. Terminus autem mortalis, non negatur, nec vniuersaliter ponitur: quoniam duæ super ipsum cadunt negationes, quæ seinuicem impediunt. Quod autem illic non teneatur, mortalis, vniuersaliter, patet exponendo. Valet enim hæc, Omnis homo est mortalis, vbi manifestum est ipsum non accipi vniuersaliter. Item in ista, Nonnulli homines sunt probi, neque subiectum, neque prædicatum negatur, quoniam ambe negationes super vtrumque cadunt. Si res tres cadant negationes in vnum terminum, ille negabitur. Ut in hac propositione, Nonnulli homines non sunt prauis: quæ hæc valet. Quidam homines non sunt prauis: vbi manifestum est, terminum prauis, in quem tres simul cadentia negationes vniuersaliter teneri atque negari. Duabus enim negationibus prioribus seinuicem impediuntibus, tertia impedimento carens vim suam libere exercet in terminum cui additur, perinde ac si alia nulla præcessisset negatio. ¶ Quod si cui difficile videatur intelligere, quomodo duæ negotiationes nihil omnino efficiant, vbi vnica efficiat plurimum, consideret analogiam hæc in rebus corporalibus. Cum enim contigerit pro eadem re duos æque fortes & robustos contendere, impediunt illi plerumque seinuicem, ita vt neuter assequi possit quod per se vterque posset, absente alio. Si autem tertius superuenerit, illis adinuicem contententibus, duobus atque seinuicem impediuntibus, facile ille nulli patiens impedimentum, faciet solus, quod ambo illi iuncti non possunt. Neque valet, si adducatur similitudo de multis idem onus portantibus, quorum plures melius efficaciusque rem agunt quàm vnicus aut pauciores. Verum est enim hoc vbi plures illi seinuicem adiuuant, non autem impediunt. Nam interdum commoeditur res per vnum quàm per multos, transgignitur, quando multi illi inuicem se impediunt. Ita autem est in pluribus negationibus.

## CAP. XII.

¶ Quomodo distinguantur prædictæ tres diuisiones.

I Nter has autem tres enunciationis præcipuas diuisiones, talem solent assignare differentiam: vt prima dicatur sumi secundum eius substantiam, secunda iuxta quantitatem, tertia secundum qualitatem. Quod enim propositio quælibet simplex siue categorica, aut coniectiua siue hypothetica dicatur, id sumitur ex consideratione partium ipsius: quæ proculdubio ad substantiam spectant eum vnaquæque res ex suis partibus consistet & subsistat. Nempe si præcipue enunciationis alicuius partes sint, terminus subiectus & terminus prædicatus, per verbalem copulam vniti simplex est propositio: si autem præcipue sint partes duæ simplices propositiones per coniunctionem vnita, coniuncta dicitur. Quod autem propositio quælibet dicatur vniuersalis, aut particularis, aut indefinita, ad quantitatem spectat quoniam per signa vniuersalia aut particularia declaratur, pro quorū suppositis fieri indicetur propositionis verificatio, an videlicet pro omnibus, vel tantum pro aliquibus. Denique affirmatio & negatio ad qualitatem ipsius spectant enunciationis. Secundum enim quod copula vario modo disponitur varius est enunciandi modus secundum affirmationem aut negationem. ¶ Hac quoque consideratione triplex solet in hoc loco distingui questionum, quo de huiusmodi distincte interrogatur. Cum enim interrogare volumus de propositione aliqua cum sit categorica aut hypothetica, utitur quæsitiuo vocabulo, quæ, interrogantes, quænam si hæc, aut illa propositio. Cum autem scire voluerimus, num propositio vniuersalis sit aut particularis, interrogamus, quanta sit. Denique scire volentes, an affirmatiue sit propositio an negatiua, rogamus, qualis sit ipsa.

## CAP. XIII.

¶ De oppositione in generali.

Is verò ita de propositione & variis eius diuisionibus ac speciebus vtrumque declaratis, posuit ordo, vt ad propositionum simplicium oppositiones transferamus. Iucunda enim pariter & vtilis erit huiusmodi consideratio, vt cognoscatur, quæ propositio, cui, quo modo, &



quonque opponatur siue repugnet, secundum veritatem, aut secundum falsitatem, aut secundam utrumque simul: varias quoque oppositionum species ab invicem discernere, singularumque leges & naturas tenere. ¶ Pro quarum rerum facilitate & pleniori intellectu, præmittendæ sunt duæ divisiones, alix propositionum quarum prior hæc est, Propositionum quædam participant utroque termino, quædam altero tantum, quædam verò neutro termino participant. Primi membri exempli sunt hæc duæ propositiones. Omnis homo est animal. Nullus homo est animal. Secundi, Omnis homo est animal. Nullus homo est asinus. Tertij, Omnis homo est animal. Nulla arbor est brutum. In illis autem solis potest inueniri oppositio, quæ utroque termino participant. ¶ Secunda divisio est, quæ subdividuntur propositiones utroque termino participantibus, in hunc modum. Propositionum utroque termino participantium, quædam secundum eundem ordinem participant, alix verò secundum alium & inuersum ordinem. Primi exempli sunt, hæc duæ. Omnis homo est animal. Nullus est homo animal. Secundi hæc, Omnis homo est animal. Nullum animal est homo. In illis autem solis proprie inuenitur oppositio, quæ utroque termino secundum eundem ordinem participant. ¶ His præmissis, quædam sit oppositio, & quot sint eius species, declarabimus, Ex Aristotele itaque hæc colligitur definitio oppositionis.

Definitio  
oppositio-  
nis.

**Contradictio siue oppositio est affirmatio & negatio oppositæ.**

¶ Cuius definitionis hic est sensus. Oppositio est repugnantia inter duas propositiones, eiusdem omnino subiecti & eiusdem omnino prædicati, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua. Vel sic, Oppositio, id est, propositiones oppositæ, sunt, propositio affirmatiua & propositio negatiua eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Ut inter has, Omnis homo est bonus. Nullus homo est bonus, vera est oppositio. Sub hac autem definitione, non continetur oppositio subalterna, quæ est inter propositiones eiusdem qualitatis, & sumitur tantum secundum diuersam quantitatem: propter quod non mereatur dici oppositio, nisi admodum improprie. Clarius quoque & generalius solet definiri oppositio hoc modo. Oppositio est repu-

gnantio duarum propositionum, utroque termino participantium, secundum eundem ordinem, vel in qualitate tantum, vel in quantitate tantum, vel in qualitate & quantitate simul. Quæ definitio etiam oppositionem subalternam intra se concludit. Sub primo definitionis membro continentur oppositio contrariæ, & oppositio subcontrariæ, quarum utraque est inter propositiones solum qualitate differentes, Sub secundo membro est oppositio subalterna, quæ (ut iam dictum est) propositionum est sola quantitate differentium. Sub tertio est oppositio contradictoriæ, quæ est inter propositiones qualitate simul & quantitate repugnantes. Quæ omnia in sequentibus sicut clarius, ubi ante oculos singularum oppositionum constituentur exempla.

Cõis definitio  
oppositio-  
nis.

## CAP. XIII.

¶ De speciebus oppositionis.

A signat Aristoteles oppositioni tres species, propositiones oppositæ diuidens, in contrariæ, subcontrariæ, siue (ut ipse eas appellat) non contrariæ, & contradictoriæ. Ex eo quoque singularum assignantur definitiones in hunc modum.

**Contrariæ enunciationes sunt, si quid enuncietur vniuersali vniuersaliter inesse & nõ inesse. Subcontrariæ enunciationes sunt, si quid enuncietur vniuersali particulariter inesse & nõ inesse. Contradictoriæ sunt, affirmatio & negatio eiusdem de eodẽ, quarum altera significat vniuersaliter, altera verò non,**

Contrariæ.

Subcontra-  
riæ.

Contradictoriæ.

¶ Quarum definitionum hic est sensus. Contrariæ sunt cum aliquod idem prædicatum de eodẽ subiecto termino communi prædicatur, in altera vniuersaliter & affirmatiue, in altera vniuersaliter & negatiue. Subcontrariæ sunt, cum idẽ prædi-

catum de eodem subiecto aliquo termino communi prædicatur, in altera particulariter & affirmatiue, in altera particulariter & negatiue, Contradictoriae uero sunt, cum idem prædicatum de eodem subiecto termino communi prædicatur, in altera uniuersaliter & affirmatiue, in altera autem particulariter & negatiue, Vel in altera uniuersaliter & negatiue, in altera particulariter & affirmatiue. Multo uero clarior est modus posteriorum, qui prædictas oppositionis species ita definiunt. Contrariae sunt, uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua, eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Subcontrariae sunt, particularis affirmatiua & particularis negatiua eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Contradictoriae sunt, uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua: uel, uniuersalis negatiua & particularis affirmatiua, eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Subalternae quoque similiter definiuntur in hunc modum. Subalternae sunt, uniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua, uel uniuersalis negatiua & particularis negatiua, eiusdem subiecti & eiusdem prædicati.

¶ Nunc in singulis ante oculos constituamus exempla ista sunt contrariae. Omnis homo est iustus. Nullus homo est iustus. Ambe enim sunt uniuersales, altera affirmatiua, altera negatiua, idem habentes subiectum homo, & idem prædicatum iustus. Hæc sunt subcontrariae. Quidam homo est iustus. Quidam homo non est iustus, ambe enim sunt particulares: altera affirmatiua, altera negatiua. Iste sunt contradictoriae. Omnis homo est iustus. Quidam homo non est iustus. Item & istæ. Nullus homo est iustus. Quidam homo est iustus. Illæ uero sunt uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua: hæc uero sunt uniuersalis negatiua & particularis affirmatiua, omnes eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Denique hæc sunt subalternae. Omnis homo est iustus. Quidam homo est iustus. Item & istæ. Nullus homo est iustus. Quidam homo non est iustus. Sunt enim due priores uniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua. Altera uniuersalis negatiua, & particularis negatiua, omnes eiusdem subiecti, & eiusdem prædicati. Quæ omnia in hac figura ad oculos licet inueniri.

Omnis homo est iustus.

CON-  
TRARIAE.

Nullus homo est iustus.

SUBALTERNAE.

Contra

Contra

DIC

toriae.

toriae.

SUBALTERNAE.

Quidam homo est iustus.

SUBCON-  
TRARIAE.

Quidam homo non est iustus.

CAP. XIII.

De conditionibus quibusdam ad perfectam oppositionem requisitis. \*\*\*

Orandum uero est quod definitiones specierum oppositionis iam posite non penitus uniuersales sunt & omnino sufficientes, nisi insuper singulis conditionibus unius addatur. Videlicet ad perfectam contrarietatem requisita conditio hæc est. Ut non sit in propositionibus assignatis aliquis terminus, qui non ut minimū in altera uniuersaliter ponatur, Huius conditionis defectu istæ non



sunt verè contrariæ. Omnis hō est animal, omnis homo ali-  
quod animal non est. Tota enim definitio contrariarū supra-  
posita eis conuenit: quoniā sunt duæ propositiones: quarum  
altera est vniuersalis affirmatiua, altera vniuersalis negatiua,  
idem prorsus habentes subiectum, idēque prædicatum. Sed  
est in eis terminus animal, qui in neutra vniuersaliter ponit-  
tur. Nō enim in prima, vt manifestum est: nec in secunda quon-  
iā negatio ei postponitur. Dicitur est autē supra, negationē  
non habere vim nisi in ea, quæ sequuntur. Quod autem hæ  
non sunt contrariæ, patet quoniā simul veræ sunt, quod est cō-  
tra naturam contrariarum, vt posterius declarabitur. De veri-  
tate istius. Omnis homo est animal, certissimum est. De altera.  
Omnis homo aliquod animal non est, declaratur quod vera  
sit. Omnis enim homo leo nō est, igitur omnis homo aliquod  
animal non est. Eiusdem conditionis defectu hæ quoque non  
sunt contrariæ. Vniuersusque hominis altera manus est dex-  
tera, & . Vniuersusque hominis altera manus non est dex-  
tera. Ambas enim constat veras esse. De secunda patet quon-  
iā vniuersusque hominis sinistra quauis non est dextera,  
igitur vniuersusque hominis altera manus non est dextera.  
Si autem veram velimus assignare contrarietatem, curādum  
est, vt terminus ille qui in neutra positus est vniuersaliter, vt  
minimum in altera sic assignetur. Vnde hæ sunt contrariæ.  
Omnis homo est animal. Omnis homo non est animal, vel  
Omnis homo omne animal non est, vel . Omnis homo nullū  
animal est, quæ res æquivalent. Item hæ contrariantur. Vni-  
uersusque hominis vtraque manus est dextera . Vniuersus-  
que hominis altera manus non est dextera . Vel sic.  
Vniuersusque hominis altera manus est dextera . Vniuersus-  
que hominis altera manus non est dextera. ¶ Pro subcon-  
trariis autem quasi opposita requiritur conditio, ne sit aliquis  
terminus in vtraque vniuersaliter positus. Id enim in poste-  
ret subcontrarietatem. Cuius defectu istæ non sunt subcon-  
trariæ. Quidam homo omne animal est. Quidam homo non  
est animal. Hic enim terminus animal, in vtraque tenetur vni-  
uersaliter. Quod autem non sunt subcontrariæ, patet quia am-  
bæ simul falsæ sunt, quod est contra naturam subcontrariæ-  
rum. Sic autem assignabuntur subcontrariæ. Quidam homo  
est animal, Quidam homo non est animal. Vel sic, Quidam

homo omne animal est. Quidam homo aliquod animal non  
est, caute sic præponendo terminum animal, in secunda, ne  
vniuersaliter accipiat. ¶ Porro in contradictoriis. Vtrum-  
que æquali vigilantia cauendum, vti debet vt nec in vtraque  
sic idem terminus vniuersaliter positus, nec in vtraque parti-  
culariter. Vtrumque enim contradictionem in pedu: quoniā  
oportet in contradictoriis talem fieri propositionum compa-  
rationem, vt omnis terminus qui in priori positus est vniuersaliter  
in posteriori ponatur non vniuersaliter, & e contrario,  
omnis qui in priori particulariter, in posteriori vniuersaliter  
constituitur. Huius defectu istæ non contradicunt, Omnis ho-  
mo omne animal est. Quidam homo non est animal, in quib⁹  
terminus animal vtrouique, vniuersaliter ponitur. Neque istæ.  
Omnis homo est animal. Aliquis homo aliquod animal non  
est, in quibus terminus animal vtrouique particulariter ponit-  
tur. Dæ priores sunt simul falsæ, posteriores ambæ simul ve-  
ræ quod est contra naturam contradictoriarum, quæ non  
possunt esse simul veræ aut simul falsæ. ¶ In subalternis vero,  
cautio est adhibenda, ne aliquis terminus vniuersaliter ponat-  
ur in particulari, qui non item vniuersaliter ponatur in vni-  
uersali. Huius defectu istæ non sunt subalternæ. Omnis ho-  
mo animal est. Quidam homo omne animal est. Animal enim  
in particulari tenetur vniuersaliter, cum in vniuersali non v-  
niuersaliter positum fuerit. Quod autem hæ non sunt subal-  
ternæ, patet, quoniā secundum legem subalternarum, ad  
veritatem vniuersalis sequitur veritas particularis, & ad fal-  
sitate particularis sequitur falsitas vniuersalis. Hic autem  
non ita res habet. Ista enim vniuersalis, Omnis homo est ani-  
mal, vera est, illa autem particularis, Quidam homo omne ani-  
mal est, falsa est. Vt igitur veræ sint subalternæ, oportet si-  
gnum vniuersale abici in secunda, à termino animal dicēdo.  
Quidam homo animal est. Addunt recentiores, quidam sin-  
gulis speciebus oppositionum alias cautiones: sed nos impræ-  
sentiarum rudi ista determinatione contenti abscedimus, ne  
longe nimium ad inania progressi, in feces sophisticas forsitan  
incidamus.

## CAP. XV.

¶ De legibus oppositionum.



Oliguntur quoque ex aristotele certa quedam leges singularium oppositionum, quibus indicatur, quomodo inter se propositiones oppositae repugnent, vel secundum veritatem tantum vel secundum falsitatem tantum, vel secundum veritatem & falsitatem simul.

Lex contrariarum.

Lex contrariarum. Impossibile est, contrarias esse simul veras, simul autem falsas esse, est possibile.

Hoc est, si contrariarum altera sit vera, altera oportet esse falsam non autem e contrario, quonia possunt duae contrariae dari sine ul falsa. Exemphi gratia. Si haec sit vera, Omnis homo est iustus. Secundum veritatem est haec manifestissima: opponitur, quoadmodum facile percipit quisquis aures edulsi suas, mentisq; auditui accommodat. Non autem consequitur, si haec falsa sit. Nullus homo est iustus, ob hoc vera esse contraria, Omnis homo est iniustus. Ambae enim falsitatem habent, & neutra veritatem, Unde contrariae propositiones opponuntur tantum secundum veritatem in qua utraque convenire possunt, non autem secundum falsitatem in qua possunt.

Lex subcontrariarum.

Lex subcontrariarum. Subcontrarias contingit simul esse veras, simul autem esse falsas non contingit.

Hoc est, Propositionum subcontrariarum, si altera sit falsa, reliquam oportebit esse veram, quonia simul ambae falsae esse non possunt. Non autem necesse est, si altera sit vera, ob hoc alteram esse falsam, quonia ambae simul possunt esse verae. Exemphi gratia, Si ista sit falsa, Quidam homo non est animal, consequitur alteram veram esse, Quidam homo est animal. Quamvis autem vera sit haec, Quidam homo est iustus, non tamen ob hoc oportebit alteram esse falsam, Quidam homo non est iustus. Ambae enim veritatem simul habent. Unde subcontrariae repugnant tantum secundum falsitatem, in qua non possunt convenire: non autem secundum veritatem, in qua possunt. Propter quod fortissimae subcontrariae signanter sunt nominatae, quasi minus contra-

tra. Prior enim & potior videtur contrarietas secundum veritatem, quoadmodum veritas prior est falsitate, & prius ipsa consideratur. Vel ideo subcontrariae dictae sunt quia in falsitate contrariae, sub aliis in veritate contrariis positae.

Lex contradictoriarum. Contradictoriae non possunt simul esse verae, nec simul falsae, sed necesse est earum alteram esse veram, & alteram falsam.

Lex contradictoriarum

Hoc est, Contradictoriarum si altera sit vera, alteram consequitur esse falsam. & si altera sit falsa, consequens est alteram esse veram. Exemphi gratia, Si haec vera est, Omnis homo est animal, recte colligitur, istam esse falsam. Quidam homo non est animal. Rursum si haec sit falsa, Quidam homo est leo, recte inferitur hanc esse veram, Nullus homo est leo. Pugnant enim omnibus modis contradictoriae, & secundum veritatem & secundum falsitatem. Propter quod, oppositio, inter istas est maxima: quae appellatur contradictoria, eo quod tam secundum veritatem quam secundum falsitatem ambae subinvicem contradicant. Hanc legem participant etiam propositiones singulares, illae quarum altera est affirmativa altera negativa, eiusdem subiecti & eiusdem praedicati. Ut petrus vivit, Petrus non vivit. Non enim possunt istae simul esse verae, aut simul esse falsae. Propter quod merito contradictoriae adnumerantur. Adiciunt posteriores legem pro subalternis, in hunc modum. Subalternarum si universalis sit vera, particularem consequitur esse veram, non autem e contrario. Et si particularis sit falsa, consequitur universalem esse falsam, non autem e contrario. Hoc est, Inter subalternas, ad veritatem universalis sequitur veritas particularis, quam vocant subalternatam: non e contrario, veritas particularis infert veritatem universalis. At vero falsitas particularis infert falsitatem universalis non e converso, falsitas universalis falsitatem particularis. Exemphi gratia: si haec est vera. Omnis homo est animal evidenter inferitur hanc quoque particularem esse veram. Quidam homo est animal. Non tantum e contrario con-

Lex subalternarum.

DE ENUNCIATIONE

sequens est si vera si hæc particularis. Quidam homo est iustus, ob hoc veram esse eius vniuersalem subalternam: Omnis homo est iustus. Rursum, si falsa sit hæc particularis, Quidam homo est brutum, si autem consequitur, vniuersalem quoque falsam esse, Omnis homo est brutum. Nec tamen vicissim consequitur, si falsa sit hæc vniuersalis, Omnis homo est iustus falsam propterea esse particularem. Quidam homo est iustus. Hæc enim vera est, cum illa sit falsa. Vnde apparet, subalternas nullo modo repugnare, neque secundum veritatem, neque secundum falsitatem, multo vero minus secundum verumque. Passim enim inueniuntur simul veræ, aut simul falsæ.

CAP. XVI.

De diuersa materia propositionum.

\*\*\*

Veniunt autem supra diximus, contrarias interdum simul posse falsas inueniri, subcontrarias autem simul veras: ad cognoscendum, quæ illarum possint aut non possint simul esse falsæ aut veræ, distinguitur triplex materia enunciationum, nempe naturalis, contingens, & remota. Per materiam autem totius enunciationis, intelligitur ambo simul extrema subiectum & prædicatum, & secundum habitudinem horum duorum adiungitur, sumitur ista distinctio materiae. ¶ Propositio illa dicitur esse de materia naturali, in qua subiecto prædicatum conuenit essentialiter, vel vt minimum necessario. Vt cum genus prædicatur de specie, species de individuo, differentia de specie constituta, aut proprium de subiecto. Vt hæc enunciationes. Omnis homo est animal, Omnis homo est sensibilis, Omne animal est sensibile, sunt ex materia naturali. De contingenti autem materia esse dicitur propositio illa, in qua prædicatum subiecto conuenit contingenter, sic vt possit adesse & abesse. Huiusmodi est prædicatio, accidentis de subiecto. Postremo, de remota materia dicitur esse illa propositio, cuius prædicatum non potest vere affirmari de subiecto. Vt omnis homo est asinus. ¶ Ratio autem horum nominum est satis manifesta. In primis enim enunciationibus, quia prædicatum se habet ad subiectum naturaliter, hoc est, essentialiter vel necessario, ideo de materia dicuntur esse naturali. In se-

LIBER III.

cundis quia prædicatum se habet ad subiectum contingenter, de materia dicuntur esse contingenti. In tertijs quia prædicatum non potest cum subiecto conuenire, sed abinueniri sunt penitus remota & disparata, ideo merito de materia dicuntur esse remota siue disparata. ¶ His præmissis, nota quod propositiones contrariæ de materia naturali non possunt vniquam simul esse falsæ, si scilicet nec in materia remota. In materia enim naturali semper affirmatiua est vera, imo necessaria. In materia autem remota, semper negatiua oportet esse veram. Neque hic igitur neque illic, possunt ambæ contrariæ simul esse falsæ. In materia autem contingenti, inueniri possunt ambæ simul falsæ. Vt, Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus, Omne animal volat. Nullum animal volat. Proportionabiliter dicendum est de subcontrarijs, quod in naturali materia, aut remota simul non possunt inueniri veræ, quoniam in naturali negatiua est impossibilis, & in remota affirmatiua item est impossibilis. In materia autem contingenti simul possunt esse veræ.

CAP. XVII.

De æquipolentibus propositionibus.

Ost oppositiones enunciationum, conuenientissimum videtur statim de earum æquipolentia tractatum adiungere, quod æquipolentiarum regulæ cognitionem recentem præsupponunt oppositionum, vt statim patebit ex ipso regularum pro hac re constitutarum tenore. Consideramus autem hic propositiones æquipolentes siue æquivalentes, non ex parte ipsorum terminorum subiecti aut prædicati, quo modo istas dicimus æquipollere. Tullius dicit, Marcus loquitur, si ex parte signorum vniuersalium aut particularium, affirmatiuum & negatiuum, certo modo & ordine adinueniuntur dispositorum. Valere huius æquipolentiarum notitia, ad obscuriores propositiones alij clarioribus elucidandas. ¶ Ponuntur autem æquipolentiarum tres regulæ. Prima regula, Si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur negatio, æquipollet suo contrario. Secunda, Si alicui signo vniuersali postponatur negatio, æquipollet suo contrario. Tertia, Si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur & postponatur negatio. x.

Tres regulæ pro æquipolentibus.



qui pollebit suo subalterno. ¶ Prima regula hic est sensus. Si aliqua propositione præponatur negatio alicui signo vniuersali vel particulari, illa tota enunciatio sic præpositam habens negationem æquipollet cum ea quæ prioris sine negatione erat contradictoria. Exempli gratia, Omnis homo est iustus antequam præmittatur negatio, habet hæc contradictoriam. Quidam homo non est iustus. Nunc itaque, si libet, adijce negationem priori ante signum vniuersale, dicendo, Non omnis homo est iustus. Si hæc quaeris explicare per aliam clariorem æquivalentem, cape illam contradictoriam prioris. Quidam homo non est iustus. Prorsus enim idem valent. Similiter ista, Quidam homo est iustus, hæc habet contradictoriam. Nullus homo est iustus. Si igitur præponas negationem priori, dicendo, Nō quidam homo est iustus, huius æquipollens est illa prioris contradictoria. Nullus homo est iustus. Oportet autem secundum hanc regulam, negationem præponi toti propositioni. ¶ Secunda regula sic intelligenda, Si in aliqua propositione signo vniuersali postponatur negatio, prædicatum negans, illa æquipollet ei quæ prioris nonum postposita negatione fuerat contraria. Exempli gratia. Hæc contrariæ sunt, Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus. In prima si libet, postpone negationem, dicendo, Omnis homo non est iustus. Vis scire cui æquipollet? Illi scilicet contrariæ prioris, Nullus homo est iustus. Ac rursum, in hac postpone negationem dicendo, Nullus homo non est iustus. Vis scire modo cui æquipollet? Illi nimirum prioris contrariæ. Omnis homo est iustus. Notandum autem est in hac regula non fieri sermonem nisi de signis vniuersalibus. In particularibus enim secundum postpositionem negationis, specialis non sumitur æquipollentia.

¶ Tertia regula sic est intelligenda, Si alicui propositioni geminam adicias negationem, alteram ante signum vniuersale vel particulare, alteram post ipsum, illa æquipollentem habebit eam quæ erat subalterna prioris, in qua notandum adiecta erat gemina negatio. Vt istæ sunt subalternae, Omnis homo est iustus, Quidam homo est iustus. Adde priori geminam negationem, hoc modo. Non omnis homo non est iustus. Vis scire cui æquipollet. Illi videlicet, Quidam homo est iustus. Ita visum hæc, Non quidam homo non est iustus

æquipollentem habet illam primam, omnis homo est iustus. ¶ Quamquam autem regulas istas iam exposuimus de propositionibus ipsis, facilius tamen signis applicantur, ut ipsa signa in se considerantur. Quemadmodum (exempli gratia) secundum primam regulam, non omnis, æquipollet, quidam non: quoniam quidam non contradictoriæ opponitur signo omnis. Non quidam æquipollet, nullus: quoniam quidam contradictorie opponitur signo nullus. Iuxta secundam regulam, Omnis nō, æquipollet nullus: quoniam omnis, cui postponitur negatio, contrariatur signo nullus. Item, nullus non, simili ratione æquipollet omnis. Iuxta tertiam regulam, non omnis nō æquipollet quidam. Adijcetor prædictis & alia regula, ordine quarta, ex duabus prioribus vel cōtexta. Si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadem propositione, alterum ex parte subiecti & alterum ex parte prædicati, prius æquipollet suo contrario, iuxta secundam regulam, & posterius suo contradictorio per primam. Exempli gratia. In ista propositione, Nullus homo nullum animal est, duo ponitur signa negatiua, Nullus & nullū: alterum ex parte subiecti, nullus alterum ex parte prædicati, nullum. Assignando ergo huius propositioni æquipollentem, pro primo signo ponendum est signum cōtrarium, omnis: pro secundo contradictorium, aliquod. Atque ita habetor æquipollens. Omnis homo aliquod animal est. Sic ista, Nihil est, æquipollet huic, Quodlibet aliquid est. Ista, Ex nihilo nihil fit, huic. Ex quodlibet fit aliquid. Hæc autem, Nihil ex nihilo fit, huic æquualet. Quodlibet fit ex aliquo. Ista, Nemo nusquam est, huic, Huilibet ab ubi est. Nullus homo nunquam aberrat, isti, Quilibet homo aliquando aberrat. Omitimus autem hoc in loco prolississimas, & monstrosas ad similes enunciations in medium adferre, quod omnia ferè quæ in authoribus & vsu vulgato cōtingit occurrere, ad rem istam spectantia, his paucis abunde existimamus comprehensa.

## CAP. XVIII.

De conuersione propositionum.

Ræter iam determinata simplicium enunciationum proprietates, oppositionem & æquipollentiam, est alia nunc suo ordine paucis explicanda, quæ vulgato nomine appellantur conuersio. Quemadmodum enim



Simplex  
conuer  
sio.

propositionibus conuenit, aduicem opponi vel equipol-  
lere, sic & conuerti siue uerbi secundum extremorum tra-  
nsmutationem: ita ut ex subiecto fiat predicatum, & ex pre-  
dicato subiectum. Est autem econuersio huiusmodi duplex,  
altera simplex, altera per accidens. Conuersio simplex est,  
quando de subiecto fit predicatum, & de predicato subie-  
ctum, manente eadem quantitate & qualitate propositionum.  
Hoc est. Tunc fit aliquid propositionis simplex conuersio,  
quando subiectum mutatur in predicatum, & econtrario,  
sic ut nec quantitas mutetur, nec qualitas propositionis.  
Ut ista enunciatio. Nullus homo est animal, simplici conuer-  
sione conuertitur in istam. Nullum animal est homo. Quod  
enim in priori est subiectum, est predicatum in posteriori, &  
econtrario. Est insuper eadem quantitas utriusque, quoniam  
ambae sunt uniuersales: eadem quoque qualitas, quoniam am-  
bae sunt negatiue. Sic ista. Quidam homo est animal, sim-  
plici conuersione in hanc conuertitur. Quoddam animal est  
homo. Vniuersalis autem affirmatiue hoc modo non potest  
recte conuerti. Ut ista, Omnis homo est animal, non recte con-  
uertitur in istam, Omne animal est homo. In omni enim bo-  
na conuersione oportet propositionem conuersam inferre ip-  
sam in quam uel per quam conuertitur, quae communiter ap-  
pellatur conuertens. Manifestum est autem, non ualere hanc  
consequentiam. Omnis homo est animal: igitur omne animal  
est homo: cum antecedens sit uerum & necessarium, conse-  
quens autem falsum & impossibile. Non item hac conuersio-  
ne potest conuerti particularis negatiua. Ut ista, Quoddam  
animal non est homo, non recte in istam uertitur, Quidam  
homo non est animal, Non enim haec ad illa consequitur.  
Relinquitur ergo, solam uniuersalem negatiuam & particu-  
larem affirmatiuam conuerti simpliciter.

Conuer  
sio per  
acci-  
dens.

Altera est conuersio per accidens, quae sic definitur. Con-  
uersio per accidens, est, quando de subiecto fit predicatum,  
& de predicato subiectum manente quidam eadem qualita-  
te sed quantitate mutata. Ut quoties uniuersalis propositio con-  
uertitur in particularem. Vniuersalis quidem affirmatiua in  
particularem affirmatiuam. Vniuersalis autem negatiua in  
particularem negatiuam, Ut ista, omnis homo est animal re-  
cte conuertitur in hanc, Aliquid animal est homo. Vbi qua-

est manet eadem, quia ambae sunt affirmatiue, sed quanti-  
tas est diuersa, quoniam altera est uniuersalis, altera particu-  
laris, Item ista, Nullus homo est animal, recte conuertitur in  
hanc. Aliquid animal non est homo. Particularis autem, si-  
ue affirmatiua, siue negatiua, non potest sic conuerti: quoni-  
am ex particulari non potest inferri uniuersalis conuertens.

Non enim sequitur, Quidam homo est animal, igitur om-  
ne animal est homo. Ratio autem harum nominatio-  
num, quare prior conuersio dicatur simplex, posterior per ac-  
cidents, uidetur ex hoc desumpta: quia in conuersione simpli-  
ci conuertens inferitur immediate ex conuersa, non gratia a-  
licuius illationis intermedie. In conuersione autem per ac-  
cidents, conuertens ex conuersa non immediate, sed quasi per  
medium alicuius, inferitur. Exempli gratia. Ista propositio,  
Omnis homo est animal, non uidetur immediate ex se in-  
ferre hanc. Quoddam animal est homo: sed immediatus  
uidetur inferre, iuxta subalternarum legem. hanc suam sub-  
alternam. Quidam homo est animal, Et quia ad hanc,  
Quoddam homo est animal, simplici conuersione sequitur ista,  
Quoddam animal est homo, hinc quasi per medium, illa po-  
sterior conuertens sequitur ad primam, quae est conuersa.  
Secundum naturalem enim & immediatum ordinem argu-  
mentando ab alia ad aliam, sic foret procedendum. Omnis  
homo est animal, igitur aliquis homo est animal: & si aliquis  
homo est animal, igitur aliquid animal est homo, A primo er-  
go ad ultimum ualeat illatio. Omnis homo est animal, igitur  
quoddam animal est homo. Ita uniuersalis negatiua non im-  
mediate inferit particularem conuertentem, sed immediatus  
inferit uniuersalem negatiuam, per quam conuertitur simpli-  
citer. Ex ista enim, Nullus homo est brutum, siue medio  
inferitur ista. Nullum brutum est homo: ac deinde ex ista in-  
feritur tertia. Aliquid brutum non est homo. In conuersio-  
ne autem simplici, non uidetur inter conuertentem & con-  
uersam aliquid medium. Unde ista, Quidam homo est a-  
nimal, siue medio inferit istam. Quoddam animal est ho-  
mo: & ista, Nullus homo est brutum, hanc, Nullum bru-  
tum est homo. Ideo, scilicet, ista conuersio uniuersalis negati-  
uae in uniuersalem negatiuam, & particularis affirmati-  
uae in particularem affirmatiuam, dicitur simplex. Conuersio

Cōuer-  
sio per  
contra-  
positio-  
nem.

autem vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam, & vniuersalis negatiua in particularem negatiuam, dicitur conuersio per accidens. ¶ Prædictis quoque adicitur tertius modus conuersionis, qui dicitur per contrapositionem, quæ sic definitur, Conuersio per contrapositionem est, quando de subiecto fit prædicatum, & de prædicato subiectum, seruata eadem qualitate & quantitate, sed mutatis terminis finitis in infinitos, & e contrario. Vt ista, Omnis homo est animal, hæc conuersio in istam conuertitur, Omne non animal est non homo. Vbi manifestum est in vtraque esse eandem quantitatem, com sint ambæ vniuersales: eandem quoque qualitatem cum sint ambæ affirmatiuæ: sed in prima subiectum & prædicatum sunt termini finiti, in secunda ambo sunt termini infiniti, nempe non homo & non animal. Hoc autem modo conuertuntur propositiones vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. Dicitur autem ista conuersio per contrapositionem: eo quod fiat secundum terminos oppositos, & contrarietatis. Terminus enim infinitus, contra opponitur & contradicitur termino finito. Proprie tamen non meretur conuersionis nomen, quoniam in conuersione proprie dicta oportet eadem prorsus esse extrema, ordine conuerso disposita, ut subiectum vniuersale sit alterius prædicatum, & e contrario, quod non est in prædicta conuersione. Extrema enim conuersæ sunt, duo termini finiti: extrema autem conuertentis sunt termini infiniti. ¶ Et generaliter in omni conuersione hoc diligenter obseruandum est, ut totum subiectum vniuersale sit prædicatum alterius, & totum prioris prædicatum alterius subiectum. Vnde si quis hanc velit conuertere, Petrus videt Paulum, non assignabit hanc pro conuertente, Paulus videt Petrum. (Non enim hæc ad illam consequitur) sed istam potius assignabit, Videns Paulum est Petrus. Item ista, Petrus est in domo, conuertitur in hanc: domus est in Petro, sed in istam, Existens in domo est Petrus. Ita in aliis semper est diligenter ad extrema considerandum.

## CAP. XIX.

¶ De propositionibus hypotheticis.

¶ Ost absolutum vteunque tractatum de simplicibus enunciationibus (is exceptis quæ modales appellantur, de quibus posterius agetur) ratio ordinis videtur exposcere, ut pauca quædam de enunciationibus compositis sive coniunctis dicamus, quæ (vt supra diximus) ex pluribus constant simplicibus enunciationibus, coniunctio- nali aliqua particula adiuuicem coniunctis, propriè quod ab Aristotele appellantur enunciationes coniunctæ. Alij verò hypotheticas appellant, id est conditionales, speciei vocabulo ad genus translato, cum propositio hypothetica siue conditionalis, sit species præcipua propositionis coniunctæ.

¶ Diuiditur autem propositio coniuncta, in propositionem conditionalem, copulatiuam & disiunctiuam. Quarum specierum distinctio sumitur ex distinctione coniunctionum simplicium distinctio connectentium, per quas & definiuntur, hoc modo, Propositio conditionalis est illa, in qua coniunguntur duæ propositiones categoricæ per coniunctionem conditionalem. Propositio copulatiua est, in qua coniunguntur duæ categoricæ per coniunctionem copulatiuam, Propositio disiunctiua est, in qua coniunguntur duæ categoricæ per coniunctionem aliquam disiunctiuam. Vt hæc est conditionalis, Si pater est, filius est. Hæc est copulatiua, Deus est verax, & homo est mendax. Hæc est disiunctiua, Iustus saluabitur vel mendax est. Deus. In singulis enim videntur duæ enunciationes simplices, adiuuicem coniunctæ per coniunctionalem particulam. ¶ Quantum verò ad propositionem conditionalem specialiter hoc notandum est, non esse necessarium vt ipsa explicite duas habeat simplices enunciationes, quæ sigillatim sumptæ per se sint vere enunciationes, veram aut falsum significantes: sed sufficit, quod in conditionali positæ orationis locum obtineant verarum enunciationum, sic vt tota oratio coniuncta non aliud significet, quàm si duæ enunciationes formaliter verum aut falsum significantes, earum loco essent suppositæ. Quod dicimus exemplo carebit. Cum dico, Si lapis esset homo, lapis esset animal: proculdubio tota hæc enun- ciatio veritatem continet, & enun- ciatio vere est composita. Neutra tamen pars se sumpta, formaliter verum aut falsum explicat. Cum enim dico, Lapis esset homo, lapis esset animal (quoniam verbo non vtor indicatiui modi) verum aut falsum

Quid  
propo-  
sio  
condi-  
tiona-  
lis co-  
pula-  
tiua &  
disiuncti

\*\*\*

non indico. Attamen propter naturam & vim conditionalis coniunctionis, propositionum locū obtinent illic postea, sicutque propositionum formalium velut vicarię. Idem enim illa valet quod ista. Si lapis est homo, lapis est animal. Non autem inuenitur hoc in copulatiuis aut disiunctiuis enunciationibus. Nam si dixeris, Deus esset bonus & homo esset malus, neque verum, neque falsum tota indicat oratio. Ratio autem diuersitatis est, ex natura diuersa coniunctionum.

¶ Sciendum quoque est propositiones istas coniunctas non habere quantitatem, id est, non dici vniuersales vel particulares, in definitas aut singulares. Sumitur enim quantitas secundum rationem subiecti, quod sic vel sic, id est, cum signo vniuersali vel particulari, vel absque vtroque ponitur. In his autem enunciationibus, non est consideratio subiecti aut prædicati. ¶ Qualitas autem, id est, affirmatio, & negatio vtrique inuenitur in ea. Quę sumitur non ex affirmatione, vel negatione partium, sed tantum ex affirmatione vel negatione copule conjunctionalis. Ita enim se habet conjunctionalis copula in propositionibus istis compositis, quomodo se habet copula verbalis in simplicibus: & ita se habent in compositis duę propositiones simplices, quomodo in simplicibus extrema, subiectum & prædicatum. Vnde hic copula conjunctionalis habet rationem formę, & duę simplices enunciationes rationem materię, sicut illic verbalis copula formę rationem obtinet, duo autem extrema rationem materię. Vnde quemadmodum in simplicibus cōsiderata est affirmatio & negatio, non ex parte subiecti aut prædicati, sed ex parte verbalis copule, sic in istis compositis sumenda est affirmatio & negatio, non ex partibus, sed ex conjunctionali copula. Vnde ista est negatiua enunciatio. Non si animal est, homo est, quoniam si coniunctio negatur, quauis vtraque pars maneat affirmatiua. In partes enim non agit illa negatio, sed in totam ipsam enunciationem, & immediate in ipsam fertur coniunctionem. Contra, hæc est affirmatiua enunciatio. Si animal non est, homo non est: cum tamen vtraque pars sit negatiua, eo quod præcipua copula conjunctionalis, si maneret intacta. ¶ Ex eo autem quod iam dictum est, solam qualitatem in hypotheticis considerari, non etiam quantitatem, sequitur & alterum nimirum quod sola oppositio contradictoria in eis in-

ueniatur, non autem contraria, subcontraria aut subalterna. Cum enim istę tres oppositioes sumantur secundum diuersam quantitatem, manifeste consequens sit vbi non est quantitas, non illic talium oppositioinum aliquam reperiri posse. Cōtradictio verò, ex sola potest qualitate inueniri, quemadmodum in propositionibus patet de subiecto singulari: quę ambę cum sint eiusdem quantitatis, opponuntur tamen contradictorie. Quod si quis putet, ex partium oppositioe tali vel tali ipsam quoque totam hypotheticam sic aut sic opponi, errabit qui id asserere tētauerit. Ista enim conditionalis. Si omnis homo est animal rationale, omnis homo est capax disciplinę, non est contraria huic, Si nullus homo est animal rationale, nullus homo est capax disciplinę. Sunt enim ambę simul verę. Ista item copulatiua. Aliquis homo est animal rationale, & aliquis homo est animal irrationale, non subcontrariatur huic, Aliquis homo non est animal irrationale, & aliquis homo non est animal rationale, & aliquis homo non est animal irrationale. Ambę enim sunt simul falsę quod est contra naturam subcontrariarum. Ita quoque, Si dies est, non est nox, non est huius contradictoria. Si non est dies, est nox. Ambę enim sunt simul verę. Similiter de his disiunctiuis dicendum. Vel dies est, vel nox est, vel non est dies vel non est nox.

## CAP. XX.

¶ De veritate aut falsitate propositionum hypotheticarū cognoscenda.

¶ Quomodo autem veritas vel falsitas harum enunciationum cognosci debeat, diligenter est notandum.

Ad veritatem enim conditionalis affirmatiuę requiritur hoc tantum, vt altera recte sequatur ex altera, obsequens videlicet ex antecedente. Vt hæc est vera. Si homo est, animal est, quoniā posterior illa recte ex priori inferitur. Non autem requiritur vltius partis veritas. Ista enim, si lignū est homo, lignū est animal, vera est conditionalis, vtraque tamen eius pars euidentissimę est falsitatis. Propter quod vulgo dici solet, propositionem conditionalem nihil ponere, id est, nullam partem vt veram asserere, sed tantum sequelam indicare vnius partis ex altera. Ad veritatem autem cōditionalis negati-

tiuz satis est non esse bonam illationem consequentis ex antecedente. Vt ista est vera Non si leo animal est, leo est homo. Quae sic potest explicari. Non est consequens, si leo animal sit ipsum esse hominem. ¶ Vbi nota, in omni conditionali esse antecedens & consequens. Antecedens est illa propositio, ex qua significatur alia inferri. Consequens vero, illa quae significatur inferri ex altera. In conditionali illa est antecedens, quae statim post coniunctionem ponitur, siue precedat, siue sequatur. Vt cum dico, Si homo est, animal est, & iterum, Animal est, si homo est, utrobique homo est dicitur antecedens, altera consequens. ¶ Sub conditionali autem propositione, solent comprehendi rationalis & causalis. Rationalis est, cuius partes coniunguntur per coniunctionem rationalem. Vt ista, homo est, ergo animal est. Patet igitur filius est. Causalis dicitur, in quo partes per conjunctionem causalem coniunguntur, vt, Quia sol lucet dies est. Ad veritatem autem rationalis, amplius aliquid requiritur, quam ad veritatem conditionalis. Nam praeter bonam illationem antecedentis ex consequente, requiritur insuper vtriusque partis veritatem. Vt ista est vera, Homo est, igitur animal est, quia bona est illatio, & vtraque pars est vera. Ista autem falsa est, Lignum est homo, igitur lignum est animal: quoniam licet bona sit illatio, partes tamen falsae sunt. ¶ Amplius vero ad veritatem causalis, dum propriissime accipitur coniunctio, requiritur vltra bonam illationem & vtriusque partis veritatem, quod veritas antecedentis sit causa veritatis consequentis. Vnde ista est falsa, Quia homo riabilis est, ideo & disciplinae capax est. Est tamen illatio bona alterius ex altera, & ambae partes verae sunt, sed quia antecedens non ponit causam veritatis consequentis, ideo tota causalis veritate caret. Ista autem est vera. Quia homo est rationalis, est & capax disciplinae siue beatitudinis. Hic enim antecedens explicat causam veritatis ipsius consequentis. ¶ Ad veritatem autem propositionis copulatiuae affirmatiuae requiritur, vtraque partem esse veram: falsa autem erit, si altera partium fuerit falsa. Vt haec est vera, Deus est bonus, & homo est malus. Similiter & ista Quidam homo est probus, & quidam homo non est probus, quoniam partes earum ambae sunt verae. Ista autem est falsa, Homo est animal, & Deus

Que rationis, & quae causalis.

non est quoniam altera pars est falsa. Item & ista Homo non est animal, & Deus non est bonus, vbi vtraque pars est falsa. Vbi & hoc specialiter notandum est, posse dari copulatiuam impossibilem cuius ambae partes sunt possibiles. Vt omnis copulatiua composita ex propositionibus contrariis aut contradictoriis contingentibus, cuiusmodi est ista. Omnis homo sedet, & nullus homo sedet, vel aliquis homo non sedet. Ambae partes sunt possibiles, tota tamen est impossibilis. Oportet autem ad possibilitatem totius copulatiuae, non solum possibiles esse ambas, sed etiam compossibiles, ita vt possint ambae simul esse verae. Ad veritatem autem copulatiuae negatiuae sufficit, alteram partem non esse veram. Vt haec est vera, Non homo est animal, & deus est mendax. Quae sic explicatur, Non est verum, simul & hominem esse animal & deum esse mendacem. ¶ Sub copulatiua autem propositione, solent constitui propositiones temporales & locales, item & ille quae aduerbium habet similitudinis, quae omnes in propositione copulatiua videntur resolui. Vt ista est temporalis, Quando postulat homo, Deus exaudit. Ista est localis, Vbi duo sunt congregati in nomine Domini, illic ipse est in coram medio. Prior sic resoluitur in copulatiua. Aliquando homo petit, & tunc Deus exaudit. Posterior sic, Alicubi duo sunt congregati in nomine Domini: & illic ipse adest in eorum medio. Ista autem aduerbium habet similitudinis. Sicut erga proximum se gerit homo, ita erga eum se geret Deus, sicque resoluitur. Homo aliquo modo se habet erga proximum suum, atque hoc modo se habebit Deus erga illum. ¶ De disiunctiua autem propositione varie videntur loqui recentiores & antiqui. Ad veritatem disiunctiuae putant recentiores sufficere si altera sit vera, nec obesse si ambae sint verae. Vnde istam dicunt veram disiunctiuam. Homo est animal, vel arbor est substantia. Secundum veteres autem, videntur disiunctiuae verae partes, altera veritatem continere, altera vero falsitatem: ita vt si pars altera sit vera, sit altera falsa, & e contrario. Vt ista est proprie disiunctiua vera, Aut dies est, aut nox est. Petrus est homo, vel Petrus non est homo, est homo vel est brutum. Cui sententiae factae consonat appellatio nominis quo coniunctionem disiunctiuam dicimus ab officio, scilicet disiungi partes secundum veritatem & falsitatem. Vnde iuxta hanc sententiam, ad verita-

Qui

tem distinctiue requiritur, alteram partem tantum esse veram, alteram autem falsam. Ad falsitatem autem requiritur, utranque partem falsam esse, aut utranque partem veram. Ad que hanc sententiam facile videbit ex veterum animo esse, qui formulas argumentationum ab eis traditas, secundum huiusmodi hypotheticas propositiones, diligenter considerauerit, de quibus & posterus in libro sequenti tractabit.

## CAP. XXI.

## De propositionibus que modales vocantur.

\*\*\*

Totū hūc de modalibus tractatum sine gravissimo leuatore festinus transire poterit, ad finem vsque libri.

Nueniuntur autem & alix quedam enunciationes simplices, ratione certorum quorundam modorum peculiare difficultatem habentes, quantum ad oppositio- nes & equipollentias, que secundum regulas enunciationum simplicium suprapositas, non possunt examinari. Propter quod, earum determinationem in huiusque locum, in extremam scilicet libri huius partem, consulto est reservata. Sunt autem modi isti peculiaris difficultatis auctores, quatuor, nempe possibile, contingens, impossibile & necesse. A quibus, modales dicuntur enunciationes, que modorum illorum aliquem in se habent. ¶ Assignantur autem interdum adverbialiter hoc modo, possibiliter contingenter imposibiliter, necessario Aliquando nominaliter, hoc pacto: possibile, contingens, impossibile, necessarium, necesse. Ac rursus, interdum separatim ex altera parte constituuntur, non intra partes dicti. Ut cum dico, Hominem esse iustum est possibile vel contingens. Interdum vero locantur, intra partes ipsius dicti. Ut cum dico, Hominem possibile est esse iustum. Hominem impossibile est volare. Hominem necesse est spirare. Dictum hic appellatur, aggregatum ex accusativo & verbo infinitivi modi. ¶ In his autem ponunt recentiores talem differentiam, ut ea que modum habent adverbialem vel nominalem intra partes dicti constitutum, vocentur modales diuisivari, illas autem que partes dicti habent coniunctas, & modum separatim positum, appellentur modales compositas. Exempli gratia, Propositiones istas appellantur modales compositas, Hominem iustum est pos-

sibile, est contingens, est impossibile, est necessarium. Neque refert, si modi proponantur, hoc modo, Possibile est hominem esse iustum. Atque in his modis ita solent explicare, ut possibile idem sit quod propositio possibilis. In possibile idem quod propositio possibilis, necesse idem quod propositio necessaria. Unde huius propositionis, hominem esse iustum est possibile, sensum hunc assignant, Hæc enunciatio est possibilis, homo est iustus. Diuisæ autem modales hæc erunt. Hominem possibile est esse iustum. Hominem impossibile est volare. ¶ Similis ferè distinctio videtur ponenda & inter eas que de modo sunt adverbiali. Ut si inter subiectum & prædicatum ille diuidat, faciet diuisam: si vero ab altera parte tenetur, subiectum vero & prædicatum simul coniungantur, compositam. Ut hæc sunt modales diuisæ. Homo possibiliter est iustus. Homo imposibiliter est brutum. Homo necessario est animal. Istæ verò compositæ, possibiliter homo est iustus, Impossibiliter homo est brutum, Necessario homo est animal. ¶ Neque verò modicam esse arbitrantur hanc differentiam modalium compositarum à diuisis, quoniam interdum composita contingit esse falsam, diuisa ex eisdem terminis composita, existente vera, & e contrario. Hæc enim diuisas, Album possibile est esse nigrum. Iustum possibile est esse iniustum, apparet esse veras, significatur enim, id quod modo est albu, posse aliquando habere in se nigredinē, & nigrū denominari: item eū qui modo virtutem habet, posse illam perdere, ac vitiosum fieri. Atque ita dubio procul res se habet. Si autem coniunctis partibus, & modum separatim constituas, hoc modo, Possibile est album esse nigrum, possibile est iustum esse iniustum: aut vertendo, Album esse nigrum est possibile. Iustum esse impium est possibile, falsitas videtur his pronuntiatis inesse: quoniam hoc videtur significari, quod possibile aliquando sit, ut album sit nigrum, aut iustus sit impius, cum sint hæc impossibilia. Idem videtur dici de istis. Possibiliter album est nigrum, & album possibiliter est nigrum. Possibiliter iustus est impius, & iniustus possibiliter est impius. Priores enim falsæ videntur, posteriores veræ. ¶ Hanc autem distinctionem modalis compositæ & diuisæ, alii veterum dictis pertinacius inherentes minime approbant, prorsusque relictum, eo quod non videatur Aristoteles in hoc tractatu

Compositus modalibus facere sermonem. Verum hi posteriorum diligentiam nimium mordaciter redarguentes, non omnino iuste ita faciunt. Tameñ enim verum sit, Aristotele hoc loco non nisi de modalium compositarum oppositionibus & equipollentibus specialiter facere tractatum, eo quod modales diuisa per omnia subsistant legibus supra alia simplicibus enunciationibus assignatis, non tamen ex hoc consequens est fictitiam & vanam omnino esse distinctionem illam inter compositas & diuisas modales. Imò vero quisquis aures diligenter contulerit, & proprietates sermōnum exactius perpendit, facile percipiet inter compositas & diuisas non nihil secundum significationem esse distantiam, & veram esse altera sine altera aut falsam deprehendet. Non omnino igitur irridendi videmur, qui se modales ex modo varia constitutione distinguunt. Sed & hoc fatendum est, in præsentis tractatu de compositis præcipue fieri sermonem: In his enim peculiaris latet difficultas, non diuisis, quæ per omnia (vt iam dictum est) leges sequuntur simplicium enunciationum, quas de inesse solent appellare. Quibus proinde supercedentes, de compositis dicamur.

## CAP. XXII.

De equipollentia modalium compositarum.

Primum quidem de earum inter se equipollentia siue consequentia, posterius de oppositione, videndum. Est itaque aduertendum, vnamquamque modalem compositam quemcumque tandem habuerit modum quatuor modis posse efferi. Primo quidem prorsus affirmatiue, ita vt neque ad verbum dicti neque ad modum ponatur negatio. Vt hominem esse iustum est possibile est contingens, est impossibile, est necessarium. In omnibus enim his, nulla negatio, neque ad verbum dicti, neque ad modum ponitur. Secundo, constituendo negationem ad verbum dicti, modo tamen non negato. Vt, Hominem non esse iustum est possibile, est contingens, est impossibile, est necessarium. Tertio, constituendo negationem ad modum tantum, non autem ad verbum dicti, vt, Hominem esse iustum non est possibile, non est contingens, non est impossibile, non est necesse. Quarto, constituendo negationem simul ad verbum dicti & modum. Vt, hominem non esse iustum non est possibile, atque ita deinceps. Est autem harum propositionum talis habitudo

aliamque, vt omnis propositio de possibili aliquam habeat de contingenti cui omnino equipollet, & cum qua conuertatur secundum consequentiam aliquam item de impossibili, & aliquam de necessario: ac rursum, quolibet propositio de impossibili, aliquam habeat equipollentiam de possibili, aliquam de contingenti, & aliquam de necessario, atque ita in reliquis sit autem hæc equipollentia proportionum diuersos modos habentium, secundum varias negationes aut affirmationes dicti siue modi. Atque hinc manifestum est, quatuor complexiones consergere quatuor equipollentium propositionum, pro quibus debite assignandis solent poni quatuor regulæ, secundum quarum vnamquamque vna inuenitur complexio quatuor propositionum equipollentium. Prima regula hæc est, Cuiuscunque dictio affirmatio attribuitur possibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impossibile, & ab eodem contradiatorio remouetur necesse. Secunda regula, Cuiuscunque dictio negatio attribuitur possibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impossibile, & ab eodem contradiatorio remouetur necesse. Tertia regula, A quocunque dictio affirmatio remouetur possibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impossibile & eius contradiatorio attribuitur necesse. Quarta regula, A quocunque dictio negatio remouetur possibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impossibile, & eius contradiatorio attribuitur necesse. Iuxta primam regulam, hæc sunt equipollentes, Ioannem sedere est possibile, Ioannem sedere est contingens, Ioannem sedere non est impossibile, Ioannem non sedere non est necesse. Iuxta secundam hæc equipollent, Ioannem non sedere est possibile, Ioannem non sedere est contingens, Ioannem non sedere non est impossibile, Ioannem sedere non est necesse. Iuxta tertiam hæc equipollent, Ioannem sedere non est possibile, Ioannem sedere non est contingens, Ioannem sedere non est impossibile, Ioannem non sedere est necesse. Iuxta quartam autem regulam, sic assignabis equipollentes, Ioannem non sedere non est possibile, Ioannem non sedere non est contingens, Ioannem non sedere est impossibile, Ioannem sedere est necesse. Ad quas regulas propriis memoria tenendas, efficitur summa tractatoribus huius negotii quatuor voces, singule quatuor syllabas conuenientes, quæ per singularum syllabarum



cales literas indicat, quomodo secundum affirmationem vel negationem debeant disponi singulae propositiones. Hæ sunt Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea. Pro quarum vocu intellectu nota, per primam syllabam vbi que significari propositione de possibili quæ sic debet disponi secundum affirmationem vel negationem, quomodo per suam vocalem ipsa indicat. Per secundum, significatur propositio de contingenti Per tertiam, illa de impossibili: per quartam illa de necessesse. Vocalis autem, a significat omnimodam affirmationem & dicti & modis, significat negationem dicti tantum, a o di tantum ut, negationem vtriusque. ¶ Exen pli gratia, considerando dictionem illam, Amabimus, per hoc quod in duabus prioribus ponitur a, significatur, duas priores de possibili & de contingenti debere assignari sine omni negatione, tam dicti quæ modi. Per hoc autem quod in tertia syllaba ponitur vocalis i, significatur, tertiam quæ est de impossibili assignandam esse cum negatione solius i o di. Dum vero in quarta ponitur u, indicatur, illam de necessesse residuam debere assignari cum duplici negatione, quemadmodum ad oculos factum videt in suprapositis exemplis primæ regulæ. Similiter considerandum est in aliis tribus vocabulis, Edentuli, Iliace, & Purpurea adhibita collatione regularum & exemplorum supra positorum. ¶ Possunt vero prædictæ quatuor regulæ in duas concludi. Quarum prior hæc est Si aliqua propositio sit possibilis, eadem est contingens, eadem non est impossibilis, & eius contradictorium non est necessarium. Secunda regulæ, Si aliqua propositio non est possibilis, eadem non est contingens, eadem est impossibilis, & eius contradictorium est necessarium. Sub prima regulæ continentur duæ superius assignatæ prioribus: sub secunda, duæ posteriores.

## CAP. XXIII.

¶ De conditione quadam ad bonam æquipollentiam obseruanda.

T quidem pro assignatione æquipollentium modalium de dicto singulari, cuiusmodi iam postea sunt, nihil superest difficultatis. In illis vero quæ sunt de dicto communi, hoc peculiariter obseruandum est, vt postrema semper sit alterius quantitatis quam tres priores: vt si tres primæ assignentur de dicto particulariter

sumpto, quarta sit de dicto sumpto vniuersaliter: & contrario, si tres primæ sint de dicto sumpto vniuersaliter, quarta erit de dicto sumpto particulariter. Vt verbi gratia, hæ æquipollent, Aliquod animal esse hominem est possibile. Aliquod animal esse hominem est contingens. Aliquod animal esse hominem non est impossibile. Omne animal non esse hominem non est necessesse. Similiter & hæ æquipollent, Omne animal esse hominem est possibile. Omne animal esse hominem non est impossibile. Aliquod animal non esse hominem non est necessesse. ¶ Quod autem debeat necessario fieri huiusmodi mutatio quantitatis, manifestè demonstratur, tum ex suprapositis regulis, tum ex vi rationis cogentis. Ex regulis quidem suprapositis id patet. In singulis enim, quarto loco dicebatur, eius contradictorio attribuitur necessesse, vel ab eius contradictorio remouetur necessesse. In aliis autem tribus prioribus locis, dicebatur eidem attribuitur vel ab eodem remouetur. Manifestum est autem, contradictorias de dicto communi debere esse diuersas secundum quantitatem. Sunt enim vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua, vel vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua.

¶ Ex ratione autem cogente ita id monstratur: quoniam nisi mutetur quantitas, poterit dari propositio de possibili vera, propositio de necessario in eadem linea sive in eodem angulo existente falsa. Quod licet non possit in quibuslibet propositionibus passim monstrari, in duobus tamen casibus clare id monstratur. Primum quidem in istis, Aliquam personam in diuinis esse patrem est possibile, Aliquam personam in diuinis esse patrem est contingens, Aliquam personam in diuinis esse patrem non est impossibile, Aliquam personam in diuinis non esse patrem non est necessesse. Hic manifestum est tres priores esse veras. Quarta autem falsitatem habet. Significat enim, hanc propositionem non esse necessariam aliquam personam in diuinis non esse patrem, quod falsum est. Omne enim necessarium est, aliquam personam in diuinis non esse patrem. Necessesse est enim, semper esse filium, item & spiritum sanctum, quorum neuter est pater, sed sunt distinctæ personæ. Si autem mutato secundum quantitatem dicto, sic quartam assignaueris, Omnem personam in diuinis non esse patrem non est necessesse, rectam habebis æquipollentiam. Est



Dux  
regulæ  
pro æ-  
quipol-  
lentiã  
moda-  
lum.

enim hæc vera, sicut reliquæ. E contrario, si omnes assignatæ forent vniuersales, hoc modo, Omnem personam in diuinis esse patrem est possibile, est contingens, non est impossibile: & omnem personam in diuinis non esse patrem non est necesse tres primæ sunt falsæ, sola quarta vera est significat enim, illa non esse proportionem necessariam. Omnis persona in diuinis non est pater, quod proculdubio est verum. Ad eod enim illa non est necessaria, vt etiam non sit possibilis. Si autem quarta fuerit particularis, erit falsa sicut reliquæ. Si enim dixeris, Aliquam personam in diuinis non esse patrem non est necesse falsitatem eloqueris: cum omnino sit necessarium, aliquam personam non esse patrem videlicet filium vel spiritum sanctum.

¶ Præterea extra terminos huiusmodi in Diuinis declarari idem poterit, in his propositionibus, Aliquod animal esse hominem est possibile, Aliquod animal esse hominem est contingens, Aliquod animal esse hominem non est impossibile, Aliquod animal non esse hominem non est necesse: supposita opinione Aristotelis, falsa quidem illa sed in naturali ratione probabili, quod ab æterno fuisset mundus sine principio & sine, quodque ab æterno fuissent ac imperpetuum forent singula rerum species, & quod necessario fuissent ac forent omnes species vniuersi. Secundam hanc suppositionem tres primæ veritatem habent, quarta sola falsitatem. Significat enim hanc propositionem, Aliquod animal non est homo, non esse necessariam, cum vere sit illa necessaria, secundum hanc suppositionem. Si enim necesse est equum esse & leonem, quæ non possunt esse homines, & necessario sunt animalia, necesse quoque est aliquod animal non esse hominem. E contrario, si omnes assignaueris vniuersales, tres primæ erunt falsæ, quarta sola vera. Hæc enim falsæ sunt, iuxta prædicatam suppositionem. Omne animal esse hominem est possibile, est contingens, non est impossibile. Ista est veritas. Omne animal non esse hominem non est necesse. Sensus enim istius est. Hæc non est necessaria. Omne animal non est homo. Atque id verum est. Quomodo enim esset necessaria, quæ neque possibilis est. Si autem quartam assignaueris vniuersalem cum prioribus particularibus, omnes simul habebis veras: si quartam particula-

rem eum primis vniuersalibus, omnes simul habebis falsas, si quæ verè æquipollentes habebis. ¶ Hoc autem vniuersaliter notandum est in omnibus istis quatuor angulis, illam quæ simplicissimæ est, id est illam quæ non habet modum negatum, in suo angulo siue in sua linea considerari vt præcipuam, vt potest quæ sit intellectu facilior: ceteræ verò secundum æquipollentiam ad hanc considerantur. Vt in linea, Ambrinus, propositio de possibili est præcipua: item in linea secunda, Eden tui. In tertia autem, Iliace, illa de impossibili præcipua est. In quarta verò, illa de necesse. Possibile autem & contingens, capiuntur pro eodem. Ideo de vtriusque idem est iudicium. Capitur enim hic contingens generaliter, pro omni eo quod esse potest, etiam si non possit taliter se habere. Alias verò accipitur specialiter, pro eo quod potest esse & potest non esse: quomodo non conuertitur cum possibili. Nam & necessaria possibilis sunt, non autem contingens, hoc sane modo.

## CAP. XXIII.

¶ De oppositionibus modalium.

E modalibus diuisis iam supra diximus, ex per omnia sequi legem propositionum simplicium, quas vocant de inesse: sicut enim hæc contrariæ. Omnis homo necessario spirat.

Omnis homo impossibiliter spirat. Hæc subcontrariæ. Quidam homo possibiliter spirat. Quidam homo possibiliter non spirat. Hæc contradictoriæ. Omnis homo necessario spirat. Quidam homo possibiliter non spirat.

Item, Omnis homo impossibiliter spirat. Quidam homo possibiliter spirat. Hæc subalternæ, Omnis homo necessario spirat. Quidam homo possibiliter spirat. Omnis homo impossibiliter spirat. Quidam homo possibiliter non spirat. Nec est speciale quid obseruandum in huiusmodi oppositionibus: nisi quod in contrariis caueatur, ne modus ponatur vtrobiusque particularis: in subcontrariis, ne vtrobiusque ponatur modalis vniuersalis: in contradictoriis, ne idem modus, vel vniuersalis vel particularis in vtraque. In subalternis, ne ponatur modus vniuersalis in particulari qui non fuerit positus in vniuersali. ¶ Hæc enim non sunt contrariæ, Omnis ho-

mo possibiliter sedet. Omnis homo possibiliter non sedet quoniam sunt ambæ simul veræ. Hæ non sunt subcontrariæ, Aliquis homo necessario sedet, Aliquis homo necessario non sedet. Ambæ enim simul sunt falsæ. Hæ non sunt contradictoriæ, Omnis homo necessario sedet, Aliquis homo necessario non sedet, quoniam sunt ambæ simul falsæ. Neque item hæ contradicunt, Omnis homo possibiliter sedet, Aliquis homo possibiliter non sedet: quoniam sunt ambæ simul veræ, Nec hæ sunt subalternæ. Omnis homo possibiliter spirat, Aliquis homo necessario spirat. Est enim vniuersalis vera particulari existente falsa, In primis duabus, est idem modus particularis, cum deberet vt minimum in altera esse vniuersalis. In secundis est idem modus vniuersalis, cum deberet vt minimum in altera esse particularis. In tertiis, est idem modus vniuersalis vel idem particularis, cum deberet in altera esse vniuersalis, & in altera particularis. In quaris est modus vniuersalis in particulari, qui non est in vniuersali.

¶ Et hæc est quidem de modalium diuersarum oppositionibus obiter dicta sufficienter. Quantum verò ad compositas, quæ hic ex proposito speciali opera tractantur, primum est cognoscendum, quæ lineæ quibus, quo modo opponantur. Sunt enim lineæ contrariæ, illa quæ significatur per vocabulum efficitur. Purpurea cum illa quæ per Iliacæ. Subcontrariæ verò sunt, Amabimus & Edentuli. Contradictoriæ, Purpurea & Edentuli: item, Iliacæ & Amabimus. Subalternæ autem Purpurea & Amabimus: item Iliacæ & Edentuli. Unde propositiones in Purpurea & Iliacæ adinuicem contrariantur in Amabimus & Edentuli subcontrariantur, In Purpurea & Edentuli, in Iliacæ item & Amabimus contradicunt. In Purpurea & Amabimus, item in Iliacæ & Edentuli subalterantur adinuicem. Et quidem in iis quæ sunt de dicto singulari, specialis nulla occurrit difficultas, nisi quod in suis lineis eodem modo quo supra dictum est constituantur. Omnes enim quæ in lineis sic vel sic oppositis inueniuntur, sic aut sic erunt oppositæ. Verum in iis quæ sunt de dicto communi, est difficultas specialis. Non enim indifferenter quælibet in lineis contrariis positæ contrariantur, neque in subcontrariis lineis quælibet indifferenter opponuntur subcontrariæ, neque in contradictoriis contradictoriæ: sed in singulis magna cautio est

adhibenda, vt debita fiat oppositarum assignatio.

¶ Pro cuius clartiori intellectu notandum est in singulis oppositionibus aliquem modum præcipuum vel modos plures præcipuos inueniri secundum quos consideretur primaria oppositio talis vel talis: & quæ tales modos præcipuos continent propositiones, vt primario sic vel sic oppositæ veniunt considerandæ. Ceteræ verò in eisdem lineis, secundum comparationem ad has præcipuas considerari debent. Vide licet in lineis contrariis, Purpurea & Iliacæ, præcipuus modus est necesse: ac proinde propositiones modum illum continent, vt præcipuas inter contrarias oportet considerare.

In lineis subcontrariis Amabimus & Edentuli propositiones de possibili ambæ principaliter veniunt spectandæ. In lineis contradictoriis, altera de necesse & altera de possibili, In subalternis item, de necesse altera & altera de possibili, Vt ergo sciat quæ quælibet propositionum in Purpurea & Iliacæ recta contrarietas, præcipue oportet considerare illas de modo necesse, quæ si inuenta fuerint vere contrariæ, & ceteræ equipollentes contrariæ erunt: sin aliter, nec illæ erunt contrariæ. Ita dicendum de habentibus modum possibile, quantum ad subcontrarietatem, & ita in ceteris.

¶ Ad hoc autem vt propositiones de modo necesse in lineis contrariis positæ, vere contrariantur, cautio adhibenda, vt dictum non ponatur in vtraque particulariter, sed vt minimum in altera vniuersaliter: quod si in vtraque, tanto erit fortior contrarietas. Si verò in neutra ponatur, vniuersaliter non solum non erunt contrariæ: verum etiam nullam participabunt oppositionis legem. Vt ista in Purpurea, Omnem hominem spirare est necesse, contrariatur huic in Iliacæ, Omnem hominem non spirare est necesse. Imo & istæ contrariantur, Omnem hominem spirare est necesse, Aliquem hominem non spirare est necesse. Legem enim contrariarum iste participat, quoniam simul falsæ inueniri possunt, simul vere non possunt. Sed non ita proprie, nec ita fortiter contrariantur, vt priores ambæ de dicto vniuersali. Istæ verò non opponuntur contrariæ, Aliquem hominem spirare est necesse, Aliquem hominem non spirare est necesse: cum dentur eiusmodi simul vere, vt (iuxta Aristotelis supradictam opinionem.) Aliquod animal esse hominem est necesse, Aliquod animal non esse

hominem esse necesse. Item illæ, Aliquam personam in diuinis esse patrem est necesse. Aliquam personam in diuinis non esse patrem est necesse.

¶ In cæteris autem propositionibus dispositis in Purpurea & Iliace, nempe in iis de possibili, contingenti & impossibili, non est hæc cautio obseruanda, imo non licet in eis dictum vtroque sumi vniuersaliter, sed vt minimum in altera particulariter poni debet: & melius fuerit, si particulariter in vtraque. Cuius ratio ex dictis manifesta est. Si enim tres primæ, de possibili contingenti & impossibili, fuerint de dicto vtroque vniuersali, quarta ergo se necesse erunt ambæ de dicto particulari: eo quod in quarta oporteat mutari quantitatem dicti, ut in præcedentibus declaratum est. Non ergo erunt illæ de necesse contrariæ, nec prorsus reliquæ. Et si tres primæ tam in purpurea quam in Iliace fuerint de dicto particulari, tanto erit oppositio contrariæ fortior quoniam sic ambæ de necesse erunt de dicto vniuersali, in quibus diximus esse maximam contrarietatem. Ad hoc ergo vt propositiones de dicto communi in purpurea & Iliace vere contrarietur, primæ tres assignantur de dicto particulari, vltimæ duæ de dicto vniuersali. & erit optima contrarietas. Si vero ordine conuerso in vtraque lineæ assignatæ fuerint tres primæ vniuersales, & duæ vltimæ particularæ, non habebitur contrarietas, imo oppositio nulla erit. ¶ Ad hoc autem vt veræ sint subcontrariæ in Amabimus & edentuli propositiones de possibili (quas diximus in oppositione ista esse præcipue spectandas) cautio est adhibenda, ne dictum teneatur in vtraque vniuersaliter, sed vt minimum in altera particulariter, & si in vtraque, melior erit subcontrarietas. Si vero in vtraque dictum ponatur vniuersaliter, non solum non erunt subcontrariæ, sed nullam omnino oppositionis legem participabunt. Vt hæc sunt subcontrariæ, Aliquem hominem sedere est possibile. Aliquem hominem non sedere est possibile. Item & istæ, Aliquem hominem sedere est possibile. Omnem hominem non sedere est possibile. Nam & hæc subcontrariarum legem participant, quoniam simul veræ esse possunt & sunt, simul autem falsæ esse non possunt. Sed priores videntur melius opponi oppositione subcontrariæ, eo quod in vtraque dictum particulariter teneatur. Hæc vero non sunt subcontrariæ, Omnem

hominem sedere est possibile. Omnem hominem non sedere est possibile: quoniam similes duæ possunt inueniri simul falsæ, vt hæc, Omne animal esse hominem est possibile. Omne animal non esse hominem est possibile, iuxta supradictam opinionem Aristotelis item istæ, Omnem personam diuinam esse patrem est possibile, Omnem personam diuinam non esse patrem est possibile. Non ergo legem participant subcontrariarum. Sed neque contrariarum, quoniam similes duæ dantur simul veræ, nempe istæ, Omnem hominem sedere est possibile, Omnem hominem non sedere est possibile. Multo minus autem participabant legem contradictoriarum, quæ nec simul veræ nec simul falsæ esse possunt. De subalternis verò nulla est apparentia. Nullam ergo legem participant.

¶ Ad hoc autem vt propositiones de necesse est possibili vere contradicant in Purpurea & Edentuli, sine in Iliace & Amabimus, necesse est dictum nec in vtraque vniuersaliter, nec in vtraque particulariter poni, sed in altera vniuersaliter, & in altera particulariter, vt, Omne animal esse hominem est necesse, in Purpurea, contradicit huic in Edentuli, Quoddam animal non esse hominem est possibile: & istam in Iliace, Omne animal non esse hominem est necesse, contrariatur huic in Amabimus, Quoddam animal esse hominem est possibile. Si verò dictum teneatur in vtraque vniuersaliter, vt in his, Omne animal non esse hominem est necesse. Omne animal esse hominem est possibile, non erunt contradictoriæ: cum simul dicuntur falsæ. Et hæc in Purpurea & Edentuli ambæ de dicto particulari. Aliquod animal esse hominem est necesse. Aliquod animal non esse hominem est possibile, similiter non contradicunt, tamen si in lineis contradictoriæ, quoniam dantur simul veræ. ¶ Non dicimus tamen in hac cautione sicut in prioribus diximus, eas quæ contra cautionem assignantur, nullam omnino legem participare. Nam illæ quæ dictum habent in vtraque vniuersaliter positum, legem contrariarum participant: eo quod simul falsæ possint dari, non simul veræ. Quæ autem ambæ sunt de dicto particulari, legem participant subcontrariarum: quoniam simul veræ esse possunt, non autem simul falsæ, id quod ex suprapositis exemplis facile patebit consideranti. ¶ Postremo, ad hoc vt propositiones de necesse & possibili assignatæ in Purpurea & Ama-



bimus, item in Iliace & Edentuli, veræ sint subalternae cauendum est, ne dictum teneatur in illa de possibili, vniuersaliter, cum in illa de necesse positum fuerit particulariter. Hæ enim non sunt subalternae. Aliquod animal esse hominem est necesse. Omne animal esse hominem est possibile. Potest enim prior dari vera, quæ est de modo vniuersali, posteriori existente falsa quæ est de modo particulari: sed istæ subalternantur. Omne animal esse hominem est necesse. Omne animal esse hominem est possibile: vel aliquod animal esse hominem est possibile. Vt ergo in omnibus angulis singulæ propositiones secundum angulorum oppositionem vere opponantur, & opponantur comoðissime: assignanda sunt in omnibus quatuor angulis vbiq; tres primæ de dicto particulari, & quarta vbiq; de dicto vniuersali. Ita enim habebitur perfecta contrarietas, subcontrarietas, contradictio, & subalternatio, nec erit vlla quærela. Propter quod, pro clariori omnium intelligentia, coram oculis subiectam figuram proponimus.

## CONTRARIÆ.

## Purpurea

## Iliace

Aliqd aial nõ esse hoicm nõ est pos.	Aliqã aial esse ho. nõ est possi.
Aliqd aial nõ eẽ ho. nõ est cõtingẽs	Aliqd aial esse ho. nõ est conuui.
Aliqd aial nõ esse ho. est imposibi.	Aliqd aial eẽ ho. est imposi.
Omne aial esse hominẽ est necesse.	Omne aial nõ esse ho. est necesse.

Subalternae.

Contradi.

Contradi.

Subalternae.

Gloria.

Gloria.

## Amabimus

## Edentuli

Aliqd aial esse hominẽ est possibi.	Aliqd aial nõ esse ho. est possi.
Aliqd aial esse hominẽ est cõtingẽs	Aliqd aial nõ esse ho. est cõtin.
Aliqd aial esse hoicm nõ est impos.	Ali. aial nõ eẽ ho. nõ est impos.
Omne aial non esse ho. nõ est necesse.	Omne aial esse ho. nõ est necesse.

## SVBCONTRARIÆ.

## CAP. XXV.

De conuersionibus modalium.

Vperest, ad plenam modalium determinationem

S paucis earum conuersionem explicare Et primum quidem, quantum ad modales diuisas, per omnia et conuersio vt supra dictum est, de simplicium propositionum conuersionibus. Vniuersalis videlicet affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam, per accidens. Vt ista, Omnis homo possibiliter est animal, conuertitur in hanc, aliquod animal possibiliter est homo. Vniuersalis negatiua conuertitur simpliciter. Vt ista, Omnis homo impossibiliter vel non possibiliter est leo, in hanc, Omnis leo impossibi-

liter vel non possibiliter est homo. Conuersione quoque per accidens, conuertitur eadem in particularem negatiuam. Vt ista, Omnis homo impossibiliter est leo, conuertitur per accidens in hanc, aliquis leo impossibiliter est homo. Particularis affirmatiua conuertitur simpliciter. Vt ista, Aliquis homo possibiliter est animal, in hanc Aliquod animal possibiliter est homo. ¶ Hoc tantum cavendum est, vt modus vniuersalis affirmatiuus in conuersa positus, in conuertente mutetur in particularem, id est, vt pro necessario in conuersa affirmatiua, ponatur possibiliter in conuertente, eo modo quo supra dictum est, signum vniuersale affirmatiuum in conuersa positum, non debere poni in conuertente, sed pro eo accipiendum esse signum particulare. Quod autem talis debeat mutatio fieri, manifeste probatur. Si enim non fiat, dabitur conuersa vera, conuertente, existente falsa. Ista enim est vera, Creans necessario est Deus. Significatur enim ipsum qui est creator, & creans esse necessario Deum, quod proculdubio ita est. Ista tamen falsa est, Deus necessario est creans: quoniam potest non creare. Debet ergo illi priori pro conuertente hanc assignari, Deus possibiliter est creans. ¶ De modo autem impossibili, per omnia sicut de signo vniuersali negatiuo dicendum est. Vnde sicut signum vniuersale negatiuum supra diximus in conuersione non debere mutari in signum particulare, sed facit conuersionem simplicem in propositione vniuersali, in particulari nullam nisi per contrapositionem: ita impossibiliter non opus est mutare in conuersione propositionis vniuersalis: in particulari autem nullam facit conuersionem nisi per contrapositionem, Non enim sequitur, Aliquod animal impossibiliter est homo, igitur aliquis homo impossibiliter est animal. Sed per contrapositionem sequitur, Aliquod animal impossibiliter est homo, ergo aliquid quod est non homo impossibiliter est non animal.

¶ Quantum vero ad modales compositas, non accipimus conuersionem nisi ex parte dicti. Ex quaedam quidem conuerti possunt quaedam non possunt. Ille quae habent modum necesse non negatum, conuerti possunt secundum exigentiam dicti: vt infra, Nullum hominem esse leonem est necesse, conuertitur in hanc, Nullum leonem esse hominem est necesse. Et ista, Aliquod hominem esse animal est necesse, in hanc, Aliquod animal est

le hominem esse necesse, idque conuersione simplici. Ista, Omne hominem esse animal est necesse, in hanc conuertitur, Aliquod animal esse hominem est necesse, conuersione per accidens. Et vniuersaliter, vbi modus est necesse non negatum, sic dicitur propositio conuerti vel non conuerti, quomodo eius dictum conuertitur aut non conuertitur. Vnde ista, Aliquod animal non esse hominem est necesse, conuerti non potest nisi per contra positionem in hanc, aliquid quod est non homo, non esse non animal est necesse. Similiter dicendum est de modo possibili non negato, quod secundum rationem dicti conuertatur aut non conuertatur propositio de qua ille positus fuerit. ¶ Propositiones autem de impossibili affirmatio aut de possibili negatio, non possunt vniuersaliter conuerti secundum conuersionem dicti. Exempli gratia, Hae propositiones, Omne animal esse hominem est impossibile, non potest conuerti in hanc per accidens, Aliquem hominem esse animal est impossibile, cum prima sit vera (iuxta suppositionem) frequenter factam) & posterior falsa. Neque ista, Nullum hominem esse animal est impossibile, recte conuertitur in hanc, aliquid animal non esse hominem est impossibile, cum prior sit vera & posterior falsa. Verum tamen in conuersione simplici poterit fieri conuersio ex parte dicti. Vt ista, Nullum hominem esse animal est impossibile, recte conuertitur in hanc. Nullum animal esse hominem est impossibile. Item ista, Aliquem hominem esse leonem est impossibile, recte in hanc conuertitur, Aliquem leonem esse hominem est impossibile. Similiter valet in conuersione per contrapositionem, Omnem hominem esse leonem est impossibile: igitur omnem non leonem esse non hominem est impossibile. Aliquem hominem non esse animal est impossibile, ergo aliquid non animal non esse non hominem est impossibile. ¶ In sola ergo conuersione per accidens impossibile affirmatum & possibile negatum (haec enim aequi pollent) non patiuntur ex parte dicti conuersionem. Ordine tamen contrario propositio de impossibili quae dictum habet particulare, per accidens conuerti potest in eam quae dictum habet vniuersale. Vt ista valebit conuersio, Aliquod animal esse lapidem est impossibile, ergo, Omnem lapidem esse animal est impossibile. Item ista, Aliquem hominem non esse animal est impossibile, ergo, Nullum animal esse ho-



DE ENUNCIATIONE

minem est impossibile. ¶ Verum hæc, cuiquam fortasse similia & superuacanea videbuntur. Qui tamen penitus ea inspexerit ac diligenter ea meditatus fuerit, videbit admirabilem profecto horum modorum virtutem, & eritque hancalem vel coherentiam vel differentiam modorum admittatur. Neque sophistica prorsus & inanis horum modorum consideratio existimanda est, neque omnino superuacanea, que ad cognoscendum occultas modorum horum vires adhibetur inuestigatio. Nunquam enim veteres illi Philosophi ingenio acerrimo præditi, tantam rebus illis peruestigandis & pertractandis impendissent operam: si vel nihil vel minimum utilitatis existimassent in eis contineri.

Deo semper & ubique GLORIA.

LIBRI QUARTI CONSIDERATIONIS DIALLECTICÆ, qui inscribitur de Syllogismo.

PRAEFATIO.

Præcipuus Dialecticæ finis est, de vnaquaque re proposita posse disputando veritatem inquirere, Falsitatem refutare. Hactenus autem non nisi de simplicibus vocibus, aut enunciationibus, item simplicibus tractatus vllus est habitus quibus illud quod est præcipuum Dialecticæ officium præstari nequit. Non enim questionibus dubiæ veritas poterit inueniri, donec tantum considerationi simplicium vocum aut simplicium enunciationum intendit accessus. Verum vbi enunciationem ceperit enunciationi secundum debitum ordinem & modum componere, aliamque ex alia connectendo colligere, hoc pacto ex dubiis rebus, quid verum, quid falsum, poterit diiudicari. Nunc itaque post simplicium vocum & enunciationum determinationem figuratim absolutam, restat argumentationum formas delineare, modisque describere, quibus commode alterum inferatur ex altero. Sunt autem argu-

tionis forme siue species quatuor numero, syllogismus, inductio, enthymema, & exëplum: de quibus hoc libro erit tractatum, præcipuus tam è & omnium maxime de syllogismo, quæ est omnium specierum argumentationis præcipua & præstantissima: ad quæ & ceteræ quodammodo, vt solent imperfectiora ad perfectâ reducuntur. Et de his igitur suo loco postea dicendum, prius tamè tota syllogismorum vis, & omnes secundum formam syllogisticam concludendi rationes explicandæ.

CAP. I.

De syllogismorum principii materialibus.

Principio autè de syllogismorum materia dicendum. Præcipuus ac deinde quid syllogismus, & quotplex, & quotfiguris ac modis fiat, constituendum est autem materia syllogismorum. simplices enunciations & termini: illa quidem propinquior, hæc autem remotior. Ex simplicibus namque enunciationibus, tanquam ex partibus suis immediatis, componitur syllogismus: ex terminis autem, tanquam ex partibus remotioribus, cum ipsæ enunciations simplices ex terminis, tanquam partibus præcipuis & materia proxima componantur. Terminum ita definiit Aristoteles.

Terminus est, in què resoluitur propositio vt prædicatum, vel de quo prædicatur.

Definitio terminal.

Hoc est terminus, est alterum extremum propositionis, vt pote vel subiectum vel prædicatum, ex quo tanquam ex parte propositio ipsa componitur. Vt cum dico, Homo est animal, duo huius propositionis termini sunt, homo & animal, atque in ipsos propositio illa resoluitur. Dicitur enim res vnaquæque resolui in suas partes integrales, ex quibus componitur, vt domus resoluitur in testum, parietes, & fundamentum homo in omnia sua membra resoluitur, aut in quatuor elementa ex quibus componitur. ¶ Dicuntur autem termini in propositionibus, secundum similitudinem & comparationem ad terminos locorum, vt agrorum aut dinonum. Sicut enim in his terminorum, alter est principium, alter finis siue clausula, & medium est spatium, quod utriusque connectit extrema: sic & in propositione consideratur alterum extremum tanquam oppositum alteri, nimirum vt subiectum



prædicato, & cõtrario: media autem est verbalis copula, quæ adiuuicem connectit extrema. Vnde liquet, verbalem copulam non dicendam esse terminum propositionis, sed potius ipsius medium, a. horumque extremorum copulam. ¶ De propositione autem, materia propinqua syllogismo, quoniam plenè tractatum est libro præcedenti, si nil & de omnibus eius speciebus atque conditionibus in præfatiarum latius tractare omitterimus.

## CAP. II.

¶ De definitione syllogismi.

Syllogismus ita definit Aristoteles.

Definitio  
syllogismi

**S**yllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt.

¶ Quæ definitio sic est exponenda. Syllogismus est oratio hypothetica siue composita, in qua pro antecedente quibusdam positis, id est, præmissis duabus in certo modo & certa figura dispositis, secundum necessariam illationem aliud quiddam, nempe ipsa conclusio consequitur, eo quod hæc sunt, id est, ex vi præmissarum illarum, eo quod illæ sic sint certo modo & figura dispositæ. Exempli gratia, Hic est syllogismus, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia. In hac enim totali composita oratione, duæ propositiones præmittuntur in certo modo & figura adiuuicè dispositæ, videlicet, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ex quibus ita dispositis, virtute talis dispositionis, sequitur conclusio, quæ tamen non potest ex illis præmissis inferri, quoniam neutri præmissarum est eadè, sed cum utraque partim cõuenit partim differt. Cõuenit secundum unum extremum, differt secundum alterum. Vtriusque enim præmissæ alteri tantum extremo habet conclusio. ¶ Et quidem signanter dictum est, aliud quiddam ex necessitate accidit. Alioquin his posset videri syllogismus, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omne animal est substantia, vel igitur omnis homo est animal. Hic autem conclusio nõ

est aliud quiddam ab utraque præmissarum, sed cum altera eadè. Si militer neque iste syllogismus cretur appellationem, Omnis homo est homo, & omnis homo est homo, ergo omnis homo est homo. Est enim hic conclusio eadem cum utraque præmissarum. Propter quod, syllogismus plane fatuus & ridiculus ille solet nominari: Ex necessitate autem accidere est, necessario consequi, siue secundum necessariam consequentiam inferri, ita ut non possint esse veræ propositiones illæ si præmissæ in certa dispositione sint, nisi & conclusio veritate habeat similitudinem. Huius defectu iste non est syllogismus, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo saluabitur. Nõ enim conclusio ex præmissis per necessariam consequentiam inferretur. Hac particula excluditur à definitione syllogismi, omnes illi qui in modis sunt inutilibus, de quibus dicitur posteriori. Malicentia syllogismi, simpliciter syllogismi non uerentur appellari. ¶ Postremo adicitur, eo quod hæc sunt, Non enim satis est, conclusionem sequi necessario ex præmissis dispositis, sed oportet conclusionem inferri ex præmissis, ex virtute talis dispositionis quæ adiuuicem sunt dispositæ. Vnde hic non est syllogismus, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est risibilis. Conclusio quidem sequitur necessario ex præmissis, quoniam (iuxta communem regulam) necessariam sequitur ad quodlibet vel ex quolibet, sicut ad impossibile vel ex impossibili sequitur quodlibet. Verum conclusio illa non inferretur ex præmissis, ratione illius certæ dispositionis, quæ ad inuicem disponuntur in primo modo primæ figuræ de quo posteriori dicitur. Non enim ista conclusio, Omnis homo est risibilis maiore non habet habitudinem vel proportionem ad præmissas illas quam ista conclusio, Omnis homo est animal, quæ tamen non potest ex illis præmissis inferri. Vnde quod conclusio illa prima sequatur, ex sua necessitate tantum habet. ¶ Excluduntur autem ab hac syllogismi definitio ne tres aliæ species argumentationis, enthymema, inductio, et eplum: quoniam in eis vel non sunt plures propositiones præmissæ pro antecedente, vel si plures sint non sunt in figura & modo dispositæ, eo modo quo disponuntur syllogismi, nec conclusio in eis sequitur propter talem dispositionem. In enthymemate quidem, plerumque una tantum propositio pro



antecedente ponitur, & altera subiicitur. In exemplo simili- ter vna tantum. In inductione vero, & si propositiones plures præmittantur, non tamen in figura & modo ad inuicem sunt dispositæ.

CAP. III.

¶ De syllogismo perfecto & imperfecto.

Inditur autem syllogismus in syllogismus perfe- ctum & syllogismus imperfectum, qui ab Aristotele ita definitur.

D

Definitio  
syllogismi  
perfecti &  
imperfecti

Syllogismus perfectus est, qui nullius alterius indiget præter ea quæ sumpta sunt, vt appareat necessarium. Syllo- gismus imperfectus est, qui vnus aut plurimum indiget, quæ sunt quidẽ ne- cessaria per sumptos terminos, non au- tem per sumptas propositiones,

¶ Quam definitionem hic est intellectus. Syllogismus per- fectus ille est qui in concludendo tam est evidens ex ipsa præ- missarum dispositione, vt non indigeat vlla reductione ad ali- um modum evidentiorem, ad ostendendum necessariam il- lationem conclusionis ex præmissis, neque opus est adhibere conuersionem vllius propositionis, aut præmissarum trans- positionem, aut reductionem per impossibile, ad demonstra- dum talis consequentiæ necessitatem: sed ex ipsa præ- missarum dispositione per se evidens est illatio conclusionis. Syllogismus autem imperfectus ille est, qui, licet bene & necessario infer- rat conclusionem, non est tam ex se evidens illatio, sed vt constet de bonitate illationis, opus est adhibere vnum vel plu- ra, vt pote vel conuersionem vnus aut plurium proportio- num, aut transpositionem præmissarum, vel simul vtrunque, vel reductionem ad impossibile, vt sic reducendo modum vnus evidentiẽ ad alium evidentiorem & perfectiorem ap- pareat ille necessario concludens. ¶ Propter hoc in definitio- ne dicitur: quæ sunt quidẽ necessaria, id est, quæ vnum vel plura sunt necessaria ad ostensionem bonitatis syllogismi, vt

constet de necessaria illatione. Quod autem sequitur, per sum- ptos terminos, non autem per sumptas propositiones, indicat in reductione syllogismi imperfecti ad perfectum debere qui- dem seruari eosdem omnino terminos, sed non easdem pro- positiones: cum plaruoque in huiusmodi reductione vsus sic conuersionis alicuius, aut assumptioni contradictoni, que ad modum suo loco posterius dicitur, & per singulas plenus de- clarabitur. ¶ Nunc autem exemplo vnico clarum faciamus quod dicitur. Hic syllogismus, Omne animal est substantia, om- nis homo animal est, igitur omnis homo est substantia, est perfectus syllogismus: quoniam tam est per se evidens, tam ap- parent est, ex ipsa præmissarum tali dispositione, illatio bona conclusionis, vt nemo sanæ mentis de ea possit dubitare. Na- turæ enim lumen statim docet, illam collectionem esse opti- mam. Vnde syllogismus ille ad hoc vt appareat necessarium id est, necessario concludens, nullius indiget: sed per ea quæ sumpta sunt, id est, per assumptas præmissas suas habet eui- dentiam. Cuius enim bonitas & necessitas per se evidens est, non eget reductione vlla vt appareat: sicut id quod per se lu- cidum vel luminoso est, non indiget adlubitione alterius lu- minis, vt ipsius lumen manifestum fiat. ¶ At vero hic syllogis- mus, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal igitur quædam substantia est homo, imperfectus est. Non enim per se evidens est eius bonitas siue necessitas illationis, sed vt appareant illa, opus est syllogismum istum reduci ad alium alterius modi, per medium conuersionis ipsius conclu- sionis. Ex illis namque præmissis, immediate & evidenter se- quitur hæc conclusio, Omnis homo est substantia: deinde, quia ad hanc sequitur per conuersionem per accidens, ista. Quædam substantia est homo, in se patet, quod recte & ista illata fuerit ex eisdem præmissis. Atque ita manifeste patet quomodo syllogismus iste vt appareat necessario concludens, eget alicuius nempe ad inuicem conuersionis, per quam re- ducitur ad alium modum perfectum. Quot autem sint modi perfecti, & quot imperfecti, quomodo etiam singuli modi im- perfecti ad singulos perfectos possint & debeant reduci, po- sterius suo quodque loco dicitur.



De principiis regulatis syllogismi.

Nde autem vii & robur suae illationis habeat syllogismus, breuibus indicat Aristoteles, cum definit dicit de omni, & dicit ne nullo hoc modo.

Quid dicit de omni & dicit de nullo.

Dicit de omni est quando nihil est fumere subiecti, de quo non dicatur praedicatum. Dicit de nullo, est quando nihil est fumere subiecti a quo non remoueat praedicatum.

Quas definitiones sic intellige. In illa propositione dicitur praedicatum de omni, quae sic significat praedicatum conuenire subiecto secundum affirmationem, ut nihil possit sumi contentum sub subiecto, de quo non dicatur siue dicit denotetur praedicatum. In illa autem propositione est dicit de nullo, quae sic significat praedicatum negari de subiecto, ut nihil possit sumi sub subiecto illo, de quo non negetur siue negari denotetur praedicatum. In omni, scilicet, propositione vniuersali affirmatiua est dicit de omni & in omni propositione vniuersali negatiua est dicit de nullo. Conuenitque ipsam dicit de omni vel de nullo, praedicato talis propositionis. Ipsius enim est dicit vel praedicari. Non refert autem, siue vere dicatur, siue falsa: vete item negetur aut false. Cum enim dico, Omnis homo est leo, praedicatum de omni dicitur: & cum dico, Nullus homo est animal, praedicatum de nullo dicitur. Non enim quid sit, sed quid propositiones significant consideratur. In prima enim hoc significatur, praedicatum subiecto conuenire, secundum omnia supposita eius, ita ut nihil sub sumi possit sub eo, cui non conueniat praedicatum. In altera denotatur praedicatum negari de subiecto pro ipsius quolibet supposito, ita ut nihil possit subsumi sub eo quo non negetur praedicatum. Ex his autem definitionibus dicit de omni & de nullo, soleat elicere duas regulas siue maximas, quas vocantur principia syllogismorum regulantis, eo quod syllogismorum bonitas tota videatur illis inniti & corroborari. Regula au-

Maximae syllogismorum regulantur.

tem haec sunt, Quicquid de subiecto quopiam dicitur ut de omni, dicitur & de quolibet subsumpto sub eo. Quicquid de subiecto quopiam dicitur. Ut de nullo, remouetur a quolibet subsumpto sub eo. Per primam regulantur syllogismi affirmatiui per secundam negatiui. Et perfecti quidem immediate his regulantur, imperfecti vero mediate tantum, quatenus videbunt ad perfectus reducantur, qui in eis immediate regulantur.

De triplici figura syllogismorum.

Ciendum autem imprimis, quod omnis syllogismus simplex (de quo in proposito loquimur) ex quibus tantum terminis constat, & ex tribus propositionibus, conclusionem adnumerata praemissis, quae semper

sunt duae. Cum igitur tres propositiones debeat habere syllogismus, & non possit nisi tres habere terminos, oportet vnam quemque illorum bis sumi, ut ternarius habeatur propositionum. Horum autem trium terminorum vnus vocatur medium, alter maior extremitas siue maior extremum, tertius minor extremitas vel minus extremum. Medium est terminus, qui bis sumitur ante conclusionem. Maior extremitas est terminus, qui sumitur cum medio in maiori propositione. Minor extremitas est terminus qui sumitur cum medio in minori propositione. Maior propositio illa proprie dicitur, in qua est principale robur syllogismi, & in qua potissimum videtur fundatur illationis. Minorem vero illam dicimus, quae minus videtur habere roboris ad illationem. Exempli gratia, in hoc syllogismo, Omne animal est substantia, totus homo est animal, ergo omnis homo est substantia, tertius animal est medium, quia ante conclusionem bis sumitur: substantia est maior extremitas, quia cum medio sumitur in maiore propositione homo vero est minor extremitas, quia cum medio sumitur in minori propositione.

Ad discernendum autem, quae praemissarum secundum veritatem sit maior, quae minor, non solum considerandus est localis situs, ita ut illa vniuersaliter existimetur maior quae priori loco ponitur. Sepe enim quae primo loco ponitur, in veritate minor est, & quae secundo loco maior. Ut in hoc syl-

Quid medium maior extremitas & minor.

hoc syllogismo, Quidam homo est animal, & nullus leo est homo, igitur quoddam animal non est leo, prior præmissa secundum veritatem est minor, secunda maior, Ita & in aliis plerisque dicendum, Generaliter ergo illa, ex qua est præcipuum robur, & quæ est veluti basis syllogismi, maior dicitur illa autem quæ adicitur tanquam minus principalis, minor, Et quidem in prima figura, satis facile est hæc considerare. Semper enim illa in qua fit subsumptio dicitur minor, & altera sub cuius subiecto fit subsumptio, dicitur maior. In aliis autem figuris & modis, per reductionem ad modos perfectos primæ figuræ, certissima est discretio. Verum tamen in sequentibus ad vitandam confusionem plerumque maiorem appellamus priorem præmissam, minorem autem secundam. Difficile enim foret meretricis adolescentum ingenis statim quolibet proposito syllogismo dinoscere, utra secundum veritatem sit maior aut minor. ¶ Ex horum autem trium terminorum varia dispositione triplex confurgit figura syllogismorum. Figura enim in syllogismo consideratur, secundum certam ordinationem trium terminorum, secundum subiectionem & prædicationem: præcipue autem, ex parte mediæ. Contingit enim interdum medium subiecti in vna præmissa, & in altera prædicari. Atque hinc confurgit prima figura. Interdum in vtraque præmissa medium prædicatur, & hinc secunda nascitur figura. Interdum in vtraque subicitur, & hinc oritur tertia. Exemplum primæ figuræ. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia. Hic medium animal, in altera subicitur & in altera prædicatur. Exemplum secundæ figuræ. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. Hic medium, animal vtrique est prædicatum. Exemplum tertiæ figuræ. Omnis homo est substantia. Omnis homo est animal, igitur quoddam animal est substantia. Hic homo medium, vtrique subicitur. Præter autem has tres figuras, non est inuenire aliam: quoniam inter tres tantum terminos in tribus tantum propositionibus, alius situs prædictis non potest inueniri.

## CAP. VI.

¶ De quinque regulis generalibus omnium syllogismorum.

Nic verò quam singulari figurarum modos in particulari describamus, ponendæ sunt & explicandæ regulæ aliquot generales, quæ in omnibus syllogismis, cuiuscunque figuræ aut modi, debent obseruari, ita ut quicquid syllogismus contra aliquam illarum quinque peccare deprehensus fuerit, propter hoc sit reiectendus. Regulæ autem istæ sic habet.

Prima. Ex puris particularibus nihil syllogistice conficitur. Secunda. Ex puris negatiuis nihil item conficitur. Tertia. Si altera præmissarum fuerit particularis, conclusio quoque particularis erit. Quarta. Si altera præmissarum fuerit negatiua, conclusio quoque negatiua erit. Quinta. Medium nunquam ingredi potest conclusionem.

Quinque regulæ generales.

¶ Primæ regulæ hic est sensus. Cū ambæ præmissæ fuerint particulares, nulla conclusio, neque vniuersalis, neque etiã particularis, potest ex illis syllogistice inferri: sed oportet in omni bono syllogismo, ut minimũ altera esse vniuersalis. Ex epligræ ista syllogismus nõ est bonus. Aliquod animal est homo, & aliquis equus est animal, ergo equus est homo. Si autem prima fiat vniuersalis, dicendo. Omne animal est homo, erit syllogismus bene concludens. Sub particularibus comprehenduntur indefinitæ, cū pro particularibus vsurpantur, ut pote in contingenti materia extra necessaria, atque moralia. Cõprehenduntur quoque propositiones singulares, quæ nõ sunt de medio singulari. Vnde nõ valet syllogismus. Comedens volat, homo est comedens, igitur homo volat. Nec ista valet ex singularibus. Plato est Philosophus. & Socrates est Philosophus, igitur Socrates est Plato. ¶ Signanter autem dictũ est, ex singularibus nihil sequi, cum fuerint de medio nõ singulari, quoniam ex pu-

ris singularibus, cum medium fuerit terminus singularis, recte conficitur syllogismus. Ut cum ita colligo, Ioannes est animal, & Ioannes est hic homo, igitur hic homo est animal. Cuiusmodi syllogismus communiter vocatur expositoryus. Ita quoque intelligendum est, ex puris particularibus nihil sequi, cum medium fuerit terminus communis. Medio enim existente singulari etiam ex particularibus valet hic syllogismus, aliqua substantia est petrus, & aliquod animal est Petrus, igitur aliquod animal est substantia.

¶ Ratio autem huius regulæ est, quia non esse, si aliqua duo in vno tertio communi particulariter conueniant, ob hoc illa inter se conuenire. Possunt enim à se remota esse & omnino disparata, imo contraria, que in vno tertio particulariter conueniunt, vt dux species immediate sub vno genere contentæ.

¶ Secunda regula hanc habet intellectum. Cum ambæ præmissæ fuerint negatiuæ, non potest ex eis fieri syllogismus bonus, sed vt minimum præmissarum oportet esse affirmatiuam. Vnde non valet hic syllogismus, Nullus homo est arbor, & nulla pirus est homo, igitur nulla pirus est arbor. Ambæ enim præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Ratio autem huius regulæ est, quia non est necesse, si aliqua duo extrema ab vno tertio remoueantur secundum negationem propter hoc illa ab invicem remoueri. Possunt enim illa quæ adinuicem optime conueniunt de eodem tertio negari.

¶ Tertia regula docet, non esse inferendam conclusionem vniuersalem, cum altera præmissarum fuerit particularis. Non enim valet hic syllogismus, Omne animal est corpus, & aliqua substantia est animal, igitur omnis substantia est corpus.

¶ Quarta regula docet non esse inferendam conclusionem affirmatiuam, cum altera præmissarum fuerit negatiua. Vnde non sequitur, Nullum animal est arbor, homo est animal, igitur homo est arbor. Ratio harum duarum regularum vna est, quia effectus sequitur partem suæ causæ debiliorem magisque malignam. Vnde conclusio, quæ est quodammodo effectus præmissarum, quoniam ex præmissis inferitur, debet sequi præmissam debiliorem & imperfectiorem. Est autem particularis debilior vniuersali, & negatiua ignobilior magisque maligna quam affirmatiua. ¶ Quinta regula docet, non esse ponendum medium in conclusione. Vnde hic non

est bonus syllogismus. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, igitur omne animal est substantia. Hic enim conclusio non distinguitur ab vtraque præmissarum, quod est contra definitionem syllogismi. Neque hic est syllogismus, Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo, tamen conclusio cuius nulla præmissarum sit eadem. Ratio autem huius regulæ est, quoniam in omni syllogismo quilibet trium terminorum debet bis sumi, & bis duntaxat. Quando autem medium ponitur in conclusione, oportet alteram extremitatum non nisi semel accipi, & medium necesse est ter poni. Bis enim ante conclusionem debet constitui quoniam id poscit ratio mediæ. Præterea in omni syllogismo oportet in conclusione alteram extremitatum de altera prædicari. Hæc enim est natura syllogismi, vt ex cōfusione certa secundum affirmationem aut negationem extremitatum duorum cū eodem medio in præmissis, ipsa quoque adinuicem coniungantur secundum affirmationem aut negationem in conclusione. Medium igitur intra præmissas debet contineri, neque in conclusionem se ingerere.

¶ Possunt autem prædictis adici aliæ dux sans notatu digne, quarum prior hæc est. In omni syllogismo de medio communi, oportet medium saltem in altera præmissarum poni vniuersaliter: Posterior hæc est, In omni syllogismo cauendum est, ne vllus terminus ponatur vniuersaliter in conclusione, qui non fuerit vniuersaliter positus in altera præmissarum. In quibus duabus regulis fundatur dux supraposita, nempe prima & tertia. Ob hoc enim ex puris particularibus nihil sequitur, quoniam cum ambæ præmissæ fuerint particulares & affirmatiuæ, medium in neutra accipitur vniuersaliter, si modo propositiones fuerint de consueto more loquendi. Vnde si per morem aliquem inconuetum fiat: vt medium in altera præmissarum vniuersaliter teneatur, recte ex puris particularibus inferetur conclusio. Vt hic est syllogismus bonus, Aliquod animal est leo, & homo omne animal est, igitur homo est leo. Si verò inter præmissas particulares altera fuerit negatiua, ita vt per negationem medium in altera ponatur vniuersaliter, iam contra alteram regulam peccabitur quoniam à termino non posito vniuersaliter in præmissis, proceditur ad eundem in conclusione vniuersaliter posi-

regu-  
le dux  
gene-  
rales.



rum, quod breuitatis causa recentiores vocant argumentari à termino non distributo ad distributum. Exempli gratia, hic syllogismus ex puris particularibus non valet. Aligua substantia non est animal, & aliquis homo est animal, ergo aliquis homo non est substantia. Defectus autem eius non est ex eo quod medium in neutra tenetur vniuersaliter, cum in prima medium per vim negationis vniuersaliter positum sit: sed contra posteriorem regulam peccatur, quoniam in conclusione maior extremitas animal vniuersaliter ponitur, quæ non sic fuit in præmissis posita, Tertia quoque regula in eadem ratione fundatur: quoniam cum ex præmissa particulari inferatur vniuersalis conclusio, proceditur à termino non vniuersaliter sumpto in antecedente, ad eundem in conclusione vniuersaliter sumptum. Vt in hoc syllogismo malo ad oculum patet, Omne animal est corpus, aliqua substantia est animal, ergo omnis substantia est corpus: substantia minor extremitas in conclusione ponitur vniuersaliter non autem in præmissis. Vnde si hic defectus per aliquem inconsumetum modum possit vitari, nihil obstabit quo minus ex particulari præmissa inferri possit vniuersali conclusio. Vt si ita fiat syllogismus in tertia figura, Aliquod animal est corpus, & omne animal omnis substantia est, igitur omnis substantia est corpus. Vel ita in secunda figura, Aligua substantia non est arbor, omnis pirus est arbor, igitur omnis pirus aliqua substantia non est, vel non omnis substantia est. Hi duo syllogismi recte suas conclusiones inferunt, tamen vniuersales ex altera præmissarum particulari, propter cautelam ab offensione propositæ regulæ. In priori enim syllogismo per additionem signi vniuersalis curatur, vt etiam in antecedente minor extremitas ponatur vniuersaliter, sicut in consequente, in posteriori autem ne in conclusione maior extremitas ponatur vniuersaliter, sicut nec in antecedente sicque sit vtrobiusque, vt terminus similiter in antecedente & consequente teneatur vniuersaliter vel non vniuersaliter. Hos autem syllogismos ex enunciationibus secundum inconsumetum loquendi modum facili proponimus, nõ quod eorum magnus sit vsus in disciplinis, sed in hoc tantum, vt ex ipsa radice cognoscatur ratio predictarum duarum regularum. Plures enim regulæ speciales singularum figurarum posterius declarabuntur in altera harum generalium regularum fundati-

De regulis specialibus primæ figuræ.

Vt iam statim posita sunt syllogismorum regulæ, omnibus figuris erant generales. Præter has autem alie duæ ponuntur speciales: quæ licet non in omnibus syllogismis, in iis tamen qui sunt in prima figura, debent obseruari.

¶ Sunt autem hæc.

In omnibus modis primæ figuræ directe concludentibus, minore existente negativa, non valet syllogismus.

Regn' specia primæ figuræ.

In omnibus modis primæ figuræ directe concludentibus maiore existente particulari non valet syllogismus.

¶ Contra primam regulam peccat hic syllogismus, Omne animal est substantia, nulla arbor est animal, ergo nulla arbor est substantia. Contra secundam peccat iste, Aliquod animal est homo, omnis leo est animal, igitur omnis leo est homo. Fundantur autem hæc duæ regulæ speciales in duobus illis regulis generalibus, quas posteriori loco adiecimus. Cum enim in prima figura directe concludendo minor fuerit negativa, proceditur à termino non posito vniuersaliter in præmissis, ad eandem in conclusione vniuersaliter sumptum. Cuius ratio maior particularis fuerit medium in neutra tenetur vniuersaliter, quemadmodum in exemplis suprapositis ad oculum patet. Vnde si per modum loquendi inconsumetum vitentur isti defectus, poterunt boni fieri syllogismi in prima figura etiam directe concludendo. Vnde predicti mali syllogismi hæc vniuersales emendari. Prior quidem sic, Omne animal omnis substantia est, nulla arbor est animal, igitur nulla arbor est substantia. Vel sic, Omne animal est substantia, nulla arbor est animal, igitur nulla arbor omnis substantia est. In illo termino animal vtrobiusque tenetur vniuersaliter, in hoc nusquam, ideo valet collectio posterior sic emendatur, Aliquod animal est homo, omnis leo omne animal est, igitur omnis leo est homo.



¶ Signanter quoque dictum est, de syllogismis primæ figuræ directe concludentibus. In his enim qui concludunt indirecte, non habent prædictæ regulæ locum. Pro cuius rei intellectu sciendum est, quid sit concludere directe, quid concludere indirecte. Concluditur directe, quando maior extremi-  
 tas in conclusione prædicatur de minore extremitate. Concluditur autem indirecte, quando minor extremitas in conclusione prædicatur de maiore. Exempli gratia, in hoc syllogismo directe concluditur, Omne animal est substantia, homo est animal, igitur homo est substantia. Maior enim extremitas substantia, in conclusione prædicatur de minore extremitate, homo. Cum autem sic colligo, Omne animal est substantia, homo est animal, ergo substantia est homo, indirecte concluditur, quoniam minor extremitatis homo, in conclusione prædicatur de maiore extremitate, substantia, quod non est secundum ordinem directum & naturalem, cum secundum rectum & naturalem ordinem, maiori extremitati conueniat prædicari in conclusione, minori autem subiici in eadem.

¶ Quo præmissis, ostendamus exemplo, prædictas regulas duas speciales in syllogismis primæ figuræ indirectæ concludentibus non habere locum. Hic syllogismus bonus est in Fapesmo, Omne animal est substantia, & nulla arbor est animal, igitur aliqua substantia non est arbor. Minor tamen eius est negatiua. Item hic est syllogismus bonus in Frisesom, Aliquod animal est substantia, nulla arbor est animal, igitur aliqua substantia non est arbor. Cum tamen & primam præmissam habeat particularem, & secundam negatiuam. ¶ Ratio autem quare indirecte concludendo ista nihil obstat, est, quia per conclusionem indirectam cauetur, ne procedatur à termino non accepto vniuersaliter in antecedente, ad ipsam vniuersaliter positum in conclusione: & dum minor accipitur negatiua, mediū ponitur in altera vniuersaliter. Ita nullus obungit defectus, qui syllogismo suam auferat bonitatem. Cæterum, vbi quæ hæc duo non cauentur, siue directe concludatur siue indirecte, nunquam valebit syllogismus.

## CAP. VIII.

¶ Discernantur modi primæ figuræ viles ab inutilibus.

¶ Vperius dictum est, in syllogismis figuram considerari secundum varium scilicet trium terminorum, ex quibus syllogismus componitur. Ita nunc dicimus, in vnaquaque figura varios modos considerari, secundum variam dispositionem trium propositionum, ex quibus immEDIATE syllogismus omnis componitur. Potissimum vero ex dispositione ipsarum præmissarum ad inuicem, quanquam tardius etiam ex dispositione conclusionis sumitur varietas modorum, ut patebit in modis indirectæ concludentibus. Est enim modus, proprie loquendo, duarum propositionum ad inuicem certa proportio siue habitudo secundum debitam qualitatem & quantitatem. Tunc autem est qualitas debita quando præmissarum ut in inuicem altera est affirmatiua. Tunc quantitas debita, quando ut minimum altera præmissarum est vniuersalis. Atque insuper in vnaquaque figura, ut modus sit bonus, oportet illius figuræ regulas simul obseruari. ¶ In vnaquaque autem figura possunt considerari, sedecim modi, secundum quod eisdem modis contingit præmissas varie ad inuicem disponi: ex quibus modis plures mali sunt & inutiliter, alii pauciores boni & viles. Quod in prima figura ita fit manifestum. Vel enim ambæ præmissæ sunt vniuersales aut ambæ particulares, vel maior est vniuersalis & minor particularis, vel maior particularis & minor vniuersalis. Singulorum quatuor membrorum quatuor sub se modos complectuntur. Si enim ambæ præmissæ sunt vniuersales, vel ambæ sunt vniuersales affirmatiuæ, & est primus modus vtilis, qui significatur per vocabulum Barbara. Vel ambæ sunt vniuersales negatiuæ, & est modus prorsus inutilis: quoniam ex plurius negatiuis in nulla figura valet syllogismus. Vel maior est vniuersalis affirmatiua, & minor vniuersalis negatiua, & est modus inutilis: quoniam minore negatiua in prima figura non valet syllogismus. Vel maior est vniuersalis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua: & hic est modus vtilis secundus, qui significatur per vocabulum Celarent. ¶ Procedendo ad alterum membrum, si ambæ sint particulares, quatuor id potest fieri modi, similiter ut ostensum est de vniuersalibus ambabus. Verum quomodocumque præmissæ ambæ particulares sumantur, siue ambæ affirmatiuæ, siue ambæ negatiuæ, siue altera affirmatiua, & altera negatiua, nusquam inueni-

¶ Quid  
 ¶ modus

\*\*\*



tur modus vtilis: quoniam ex puris particularibus nihil vlti-  
quam recte colligitur, iuxta regulam superius positam.

¶ **T**ranseundo autem ad tertium membrum, si maior si vni-  
uersalis & minor particularis, quatuor modis si illic id po-  
test considerari. Vel ambe sunt affirmatiua & est tertius  
modus vtilis significatus per Darii. Vel ambe sunt negatiua,  
& est modus inutilis, quia ex puris negatiuis. Vel maior est  
affirmatiua & minor negatiua, & rursus modus est inutilis  
quoniam in prima figura minore negatiua nihil concludit-  
tur. Vel maior est negatiua & minor affirmatiua, hincque mo-  
dus vtilis nascitur quartus per Ferio signatus. ¶ **P**ostremum  
autem membrum considerando, vbi maior est particularis  
& minor vniuersalis, nullum inuenimus modum vtilem: siue  
ambe affirmatiuae sint, siue ambe negatiuae, siue altera affir-  
matiua, altera negatiua, quoniam maiore particulari in pri-  
ma figura nihil concluditur directe. ¶ **E**x omnibus igitur his  
modis, quibus possunt in prima figura praemisse ad directe  
concludendum disponi, non nisi quatuor modi vtilis possunt  
inueniri, si tamen simul habitudinem conclusionis cum praem-  
issis consideremus, praeter liceret inuenire modos, vt  
Barbari Celarent. Verum (vt supra dictum est) secundum praem-  
issas proprie modus consideratur. Supra diximus enim in  
definitione syllogismi praemissas disponi in modo & figura  
atque ex illis sic dispositis sequi conclusionem. Item si ad con-  
clusionem in directam aspiceretur, plures modi vtilis quam  
quatuor possunt inueniri, vt patebit in processu.

## CAP. IX.

¶ **D**e modis vtilibus primae figurae & de vocabulis quibus  
nodi illi apte signantur.

**Q**uo vero facilius & expeditius adolescentulo-  
rum animi cognoscerent, seruaentque tenentia  
vtilis syllogismorum formas siue modos, sag-  
aci industria ii qui post Aristotelem in harum rerum conside-  
ratione versati sunt, vocabula quaedam effinxerunt, quibus ve-  
niuscunq; modi propositionum simul & conclusionis, tum  
qualitas, tum quantitas, commode designarentur, quae proinde  
de vocabula artis recte nominari possunt, quid propter artis

hanc syllogisticam promptius tenenda à tractatoribus artis sine  
efficiat, quemadmodum & in priori libro diximus de vocabu-  
lis illis. Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, ad modalium  
aequipollentia & facilius cognoscendam inuenitis. ¶ **V**ocabula  
autem quibus hi quatuor modi vtilis, atque perfecti primae fi-  
gurae nominantur, haec sunt, Barbara, Celarent, Darii, Ferio.  
Significatio vero eorum talis est. Prima syllaba significat, cu-  
ius tum qualitatis tum quantitatis debeat esse maior syllogis-  
mus, secunda, qualis & quanta minor: tertia, qualis & quanta  
conclusio. Significatio autem ista, ex vocalibus est quatuor  
a, e, i, o. A enim vniuersalem affirmatiuam significat, e vniuer-  
salem negatiuam, i particularem affirmatiuam, o particula-  
rem negatiuam. ¶ **P**rimus igitur modus, qui per Barbara si-  
gnificatur, tunc est, quando in prima figura maior & minor  
ambe vniuersales affirmatiuae inferunt directè conclusionem  
similiter vniuersalem affirmatiuam.

Bar Omnis virtus est laudanda.

Exemplum ba Omnis modestia est virtus.

ra. Omnis igitur modestia est laudanda.

Secundus modus primae figurae, qui per Celarent significatur:  
tunc est, quando maior vniuersalis negatiua, & minor vniuer-  
salis affirmatiua directè inferunt conclusionem vniuersalem,  
negatiuam.

Ce Nulla virtus est vituperanda.

Exemplum la Omnis humilitas est virtus.

ret. Nulla igitur humilitas est vituperanda.

Tertius modus, qui per Darii significatur, tunc est, quando in  
prima figura maior vniuersalis affirmatiua, & minor particu-  
laris affirmatiua, directè concludunt particularem affirmatiua.

Da Omnis virtus est digna laude.

Exemplum ri Aliqua taciturnitas est virtus.

j. Igitur aliqua taciturnitas est digna laude.

Quartus modus perfectus primae figurae, qui per ferio si-  
gnificatur, tunc est, quando maior vniuersalis negatiua, & mi-  
nor particularis affirmatiua directè concludunt particula-  
rem negatiuam.

Fe. Nulla virtus est vituperanda.

Exemplum ri Aliqua taciturnitas est virtus.

o. Aliqua igitur taciturnitas non est vituperanda.



In his modis exercitissimos se reddant adolescentes, ut quilibet propositis terminis cuiuscunque tandem prædicamenti, statim in pron ptu habeant ex eis syllogisum contexere, secundum terminorum habitudinem adinuicem. In singulis enim prædicationibus cuiuscunque prædicabilis fuerint, & ex omnibus terminis cuiuscunque fuerint prædicamenti, syllogismorum hæc formæ valent, suntque euidentes. A figura enim & modo suam habent virtutem & euidentiã, non ab ipsis terminis.

## CAP. X.

De quinque modis primæ figuræ indirecte conclusionibus.

\*\*\*

P

Rater supradictos quatuor modos viles & perfectos primæ figuræ, sunt alii quinque ecludentes in directe, qui significantur his dictionibus, Baralipon, Celantes, Dabitis, Eapesimo, Frisefomorum. Vbi nota, in duobus

vocabulis Baralipon & Frisefomorum, syllabas non nisi tres priores esse necessarias ceteræ sunt adiectæ, propter complementum metri, quo solent hæc vocabula propter memoriã contineri, hoc modo,

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipon, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisefomorum.

¶ Quintus igitur modus primæ figuræ, primus eorum qui indirecte concludunt, est, quando maior & minor ambæ vniuersales affirmatiuæ infertunt indirecte conclusionem particularem affirmatiuam.

Ba Omne animal est substantia.

Exemplū ra Omnis homo est animal

lip Quædam igitur substantia est homo.

Sextus modus est, quando ex maiore vniuersali negatiua & minore vniuersali affirmatiua, indirecte colligitur conclusio vniuersalis negatiua.

Ce Nullum animal est arbor

Exemplū la Omnis homo est animal

tes Nulla igitur arbor est homo.

Septimus modus est, quando ex maiori vniuersali affirmatiua & minore particulari affirmatiua, sequitur indirecte conclusio particularis affirmatiua.

Da Omne animal est substantia.  
Exemplū bi- Quædam homo est animal.  
tis. Quædam igitur substantia est homo.

¶ Octauus modus est, quando ex maiore vniuersali affirmatiua & minore vniuersali negatiua, indirecte concluditur particularis negatiua.

Fa Omne animal est substantia.

Exemplū pes Nulla arbor est animal.

mo Igitur quædam substantia non est arbor.

¶ Nonus modus & vltimus primæ figuræ est, quando ex maiore particulari affirmatiua, & minore minore vniuersali negatiua, sequitur indirecte conclusio particularis negatiua.

Fri Quoddam animal est substantia.

Exemplū se- Nulla arbor est animal.

som Igitur quædam substantia non est arbor.

¶ Quomodo autem hi imperfecti quinque modi reducatur ad quatuor primos perfectos, dicitur postea.

## CAP. XI.

De regulis specialibus secundæ figuræ.

Ecce quæda figura (vt supra diximus) tunc est quædo medium

¶ syllogismi in vtraque præmissarum prædicari locum obtinet. Vt cum ita argumentamur. Omnis homo est animal & nulla arbor est animal, nulla igitur arbor est homo. Hic mediū animal, in vtraque prædicatur. Pro syllogismo autem huius figuræ tres istæ ponuntur regule speciales.

In secunda figura, maiore existente particulari, non valet syllogismus.

In secunda figura, ex puris affirmatiuis, non valet syllogismus.

In secunda figura, semper concludi debet negatiue.

¶ Contra primam regulam hic peccat syllogismus. Aliquod animal est homo, & nullum brutum est homo: igitur quoddam brutum non est animal. ¶ Ratio autem huius regulæ est, quia in huiusmodi syllogismo proceditur à termino non po-

sito vniuersaliter in antecedente ad eundem in conclusione vniuersaliter positum. Vnde si per modum aliquem defectus iste impediatur, non erit malus syllogismus: vt si ex iisdem præmissis inferatur hæc conclusio, Aliquod brutum non omne animal est. Contra secundam peccat hic syllogismus. Omnis homo est animal, & omne brutum est animal: igitur omne brutum est homo. Ratio huius regulæ est, quia medium in huiusmodi syllogismis in neutra præmissarum tenetur vniuersaliter. Quod si curetur, valebit illatio: vt si medio in altera præmissarum addatur signum vniuersale, dicendo, Omnis homo omne animal est, vel secunda, Omne brutum omne animal est. Contra quoque, si altera præmissarum existente negatiua, impediatur tamen mediū, nescit vniuersaliter, nõ valebit syllogismus, vt si ita quis colligat, Omne animal est corpus, & omnis homo aliquid corpus nõ est, igitur omnis homo non est animal: vitiose colligit, ex eo quod medium nusquam positum sit vniuersaliter. ¶ Tertia autem regula ex secunda manifestè consequitur, quoniam (iuxta regulam generalem suprapositam) si aliqua præmissarum fuerit negatiua, conclusionè oportet esse negatiuam. Postea igitur quam in secunda figura necesse sit alteram præmissarum esse negatiuam, consequens est, & conclusionem semper esse debere negatiuam.

## CAP. XII.

¶ De modis secundæ figuræ,

¶ **Q**uomodo autem in prima figura sedecim modos descripsimus, ex quibus omnibus admodum paucos, nempe quatuor tantum, vtiles inuenimus: sic & in hac figura per singulos modos discurrendo, inueniuntur quatuor tantum vtiles. Vel enim ambæ præmissæ sunt vniuersales: vel ambæ particulares, vel maior vniuersalis & minor particularis, vel e contrario maior particularis & minor vniuersalis. ¶ Primum membrum quatuor modos continet. Vel ambæ sunt vniuersales affirmatiuæ: estque modus inutilis: quoniam in secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Vel ambæ vniuersales negatiuæ, & rursum non valet syllogismus: quoniam ex puris negatiuis in nulla figura quicquam sequitur. Vel maior est vniuersalis negatiua & minor vniuersalis affirmatiua, & consurgit primus modus utilis, qui per vocabulum artis Cesare significatur, Vel maior est

vniuersalis affirmatiua, & minor vniuersalis negatiua, & habetur modus secundus utilis, qui significatur hoc vocabulo Camestres. Ex secundo membro, nullus modus habetur utilis: quoniam ex puris particularibus nusquam quicquam syllogistice consequitur. ¶ Transcendo ad tertium membrum, vel maior est vniuersalis affirmatiua & minor particularis utriusque affirmatiua, & sic modus est inutilis: quoniam ex puris affirmatiuis in secunda figura nihil concluditur. Vel maior est vniuersalis negatiua & minor item particularis negatiua, rursum inutilis modus inuenitur, quoniam ex puris negatiuis nihil sequitur. Vel maior est vniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, & habetur tertius modus utilis, qui signatur per vocabulum Festino. Vel maior est vniuersalis affirmatiua & minor particularis negatiua, consurgitque modus utilis quartus signatus vocabulo Baroco. ¶ Ex quarto autem membro, vbi maior est particularis & minor vniuersalis, nullus bonus modus colligi potest: quoniam (iuxta regulam) maiore existente particulari in secunda figura nihil rectè consequitur. Quatuor igitur tantum modi vtiles inueniuntur secundæ figuræ, cæteri omnes tanquam asylogistici & inutilis reiciuntur.

¶ Est igitur primus modus secundæ figuræ, quando ex maiore vniuersali negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, sequitur conclusio vniuersalis negatiua.

Ce Nulla arbor est animal.

Exemplum factum Omnis homo est animal.

re. Nullus ergo homo est arbor.

¶ Secundus modus est, quando ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, inferitur conclusio vniuersalis & negatiua.

Ca Omnis homo est animal.

Exemplum me Nulla arbor est animal.

stres Nulla ergo arbor est homo.

¶ Tertius modus est, quando ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua inferitur conclusio particularis negatiua.

Fe Nulla arbor est animal.

Exemplum factum Aliquis homo est animal.

no Igitur quidam homo non est arbor.

## DE SYLLOGISMIS

Quartus modus est, quando ex maiore vniuersali affirmatiua & minore particulari negatiua sequitur conclusio particularis negatiua.

Ba Omnis homo est animal.

Exemplū 10 Quaedam arbor non est animal.

co Quaedam ergo arbor non est homo.

Quomodo autem hi modi habeant reduci & perfici per modos primæ figuræ, posterius suo loco dicetur.

¶ Enun erantur quoque hic modi tantum directe concludentes. Alioqui, & si indirecte concludentes uoluimus considerare, ut supra fecimus in prima figura, inuenientur & alii modi. Hic enim syllogismus, Nulla arbor est animal & omnis homo est animal, igitur nulla arbor est homo: syllogismus est secundæ figuræ: non est tamen in Cesare, sed potius in Celarent. Sic enim differt syllogismus ille à syllogismo factis in Cesare, sicut in prima figura syllogismus in Celantes à syllogismo factis in Celarent. Iterum hic syllogismus, Omnis homo est animal, & nulla arbor est animal, igitur nullus homo est arbor, non in Camestres, sed potius in Camestres: quoniam in reductione eius ad Celarent, non oportebit conclusionem conuerti simpliciter, sicut in syllogismo factis in Camestres.

¶ A modo autem tertio Festino, non potest accipi modus indirecte concludens: quoniam particularis negatiua non conuertitur, & procederet à minore extremitate in præmissis non posita vniuersaliter, ad eandem in conclusionem vniuersaliter positam. Similiter & de Baroco dicendum, Veruntamen maiore existente particulari possit inueniri modus bonus ad concludendum indirecte. Ut sic colligendo, Aliquod animal est homo, & nullum brutum est homo, igitur aliquod animal non est brutum. Qui modus sic fere sumitur in secunda figura contra regulam specialem prohibentem accipere maiorem particularem, quomodo in prima figura vltimus modus Præfomorum accipitur contra ambobus regulas si eadem primæ figuræ, cum & maiorem habeat particularem & minorem negatiuam.

## CAP. XIII.

¶ De tertia figura.

## LIBER III.

143

Tertia figura (ut supra diximus) est, quando mediū syllogismi in utraque præmissarum subiecti locum obtinet. Ut autem dispositi secundum hanc figuram syllogismi valeant, præter regulas generales superius datas, alie duæ speciales sunt obseruandæ, quæ sunt istæ.

In tertia figura, minore existente negatiua non valet syllogismus. In tertia figura, nõ potest concludi vniuersaliter, sed particularẽ semper oportet inferri conclusionem.

¶ Contra priorẽ regulam peccat hic syllogismus. Omnis homo est substantia: & nullus homo est arbor igitur quedam arbor nõ est substantia. Contra secundam peccat iste, Omnis homo est animal, & omnis homo est substantia, igitur omnis substantia est animal. ¶ Ratio autem harum regularum amborum vna est, quoniam in huiusmodi syllogismis proceditur à termino non posito vniuersaliter in præmissis, ad eandem in conclusione vniuersaliter possum. In priorẽ quidem ex parte maioris extremitatis, in posteriori verò, ex parte minoris. Vnde si per modum aliquem inconuenientem loquẽdi hic defectus caueatur, valebit syllogismus, etiam si videatur in alteram regularum illarum peccare. ut si in priorẽ supraposito syllogismo sic inferatur. Quaedam arbor non omnis substantia est, vel aliqua substantia non est.

## CAP. XIII.

¶ De modis tertiæ figuræ.

¶ Quomodo autẽ supra in duabus figuris præcedentibus, ex omnibus modis considerauimus qui viles & qui inuitiles habeantur, sic & in hac proportionabiliter faciendum, ut pateat quod nobis ex hac figura viles modi

conferant. Igitur aut ambæ præmissæ sunt vniuersales, aut ambæ particulares: aut maior vniuersalis, & minor particularis, aut e contrario maior particularis & minor vniuersalis.

¶ Sub primo membro quatuor modi consideran-



tur. Cum enim ambae fuerint vniuersales, vel affirmatiuae sunt, & est modus vtilis primus, qui significatur vocabulo *Darapti*. Vel sunt ambae vniuersales negatiuae, & est modus inutilis, quoniam ex puris negatiuis nihil sequitur. Vel maior est affirmatiua & minor negatiua, & rursus modus est inutilis: quoniam minore negatiua nihil recte colligitur in hac figura. Vel maior est negatiua & minor affirmatiua, sicque modus inuenitur vtilis, qui significatur per *Belapton*. ¶ Ex secundo membro, vbi ambae particulares sunt constat nihil boni procedere: quoniam ex puris particularibus nequam quicquam syllogistice concluditur.

¶ Ex tertio autem membro, duo modi vtilis inueniuntur, & duo inutilis. Vel enim maior est vniuersalis affirmatiua, & minor particularis item affirmatiua, estque modus vtilis, qui significatur per *Datisi*. Vel maior est vniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, & iterum alius est modus vtilis, significatus vocabulo *Ferison*. Vel maior est vniuersalis affirmatiua, & minor particularis negatiua, sicque modus est inutilis: quoniam minore negatiua in hac figura nihil conseruit. Vel ambae sunt negatiuae, neque rursus quicquam vtile inuenitur. ¶ Sub quarto membro, iterum duo modi vtilis, & duo inutilis inueniuntur. Maior enim existente particulari, & minore vniuersali, vel ambae sunt affirmatiuae, & est modus vtilis signatus per *Disamis*. Vel ambae negatiuae, & est modus inutilis. Vel prior affirmatiua & posterior negatiua, rursusque modus est inutilis: quoniam minore negatiua non valet hic syllogismus. Vel denique prior est negatiua, & posterior affirmatiua, qui est modus inutilis, vtilium nouissimus signatus per vocabulum *Boerardo*. In summa igitur sex inueniuntur huius figurae vtilis modi directe concludentes, de quibus nunc per ordinem est dicendum.

¶ Primus igitur modus tertiae figurae tunc est, quando ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore item vniuersali affirmatiua, infertur conclusio particularis affirmatiua. Vniuersalem enim hic non licet concludere.

Da Omnis homo est animal,

Exemplum ra Omnis homo est substantia,

pa Quaedam igitur.

Secundus modus tertiae figurae est, quando ex maiore vni-

uersali negatiua, & minore vniuersali affirmatiua sequitur conclusio particularis negatiua.

Fe Nullus homo est arbor.

Exemplum la Omnis homo est animal.

pa Quoddam ergo animal non est arbor.

Tertius modus est, quando ex maiore particulari affirmatiua, & minore vniuersali affirmatiua, infertur conclusio particularis affirmatiua.

Di Quoddam animal est homo.

Exemplum sa Omne animal est substantia.

mi Quaedam igitur substantia est homo.

Quartus modus est, quando ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari item affirmatiua sequitur conclusio particularis affirmatiua.

Da Omnis homo est substantia.

Exemplum ti Quidam homo est animal.

si Quoddam igitur animal est substantia.

Quintus modus est, quando ex maiore particulari negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, sequitur conclusio particularis negatiua.

Ba Quoddam animal non est homo.

Exemplum car Omne animal est corpus.

do Quoddam igitur corpus non est homo.

Sextus modus est, quando ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, sequitur conclusio particularis negatiua.

Fe Nullum animal est arbor.

Exemplum si Aliquod animal est homo.

son Quidam igitur homo non est arbor.

Summatim igitur colligendo omnes modos vtilis hactenus positos inuenimus esse numero decem & nouem, quatuor videlicet primae figurae perfectos & quinque imperfectos, quatuor secundae figurae, & sex tertiae, qui vt promptius ab adulescentibus memoria teneantur, in formam metri solent disponi, hoc modo.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton.



Celantes, Dabitis, Fapesimo, Frifefo-  
morú. Cesare, Camestres. Festino, Ba-  
raco, Darapti.  
Felaton, Difamis, Datifu, Bocardo, Fe-  
rison.

## CAP. XIII.

De reductione syllogismorum imperfectorum.

Sciendum autem est, omnes modos imperfec-  
tos, omnes, scilicet, enumeratos. præter qua-  
tuor modos primos primæ figuræ, redacti  
posse ad aliquem modum perfectum id est,  
ad aliquam primorum illorum quatuor. Re-

ducere autem syllogismum in proposito, intelligimus, boni-  
tatem syllogismi imperfecti ostendere per alium modum per-  
fectum. Fit autem hoc dupliciter, ostensue videlicet, aut per im-  
possibile. Ostensue redocimus syllogismum, quando per me-  
dium conversionis, aut transpositionis præmissarum, aut si-  
mul utriusque, id facimus. Per impossibile vero reduce syllo-  
gismum est, eius bonitatem ostendere per hoc quod negata  
deducitur ad aliquod impossibile: utpote cum enim qui negat  
bonitatem alicuius imperfecti syllogismi cogimus concedere  
contradictorias esse simul veras, quod est impossibile, aut  
propositionem aliquam esse falsam, quæ est manifeste vera, aut  
ab eodem ut vera concessa. Et de hac quidem reductione pos-  
terius. ¶ Nunc autem priorē ostensiuam tractemus quam  
(ut iam diximus) vitur conversione vel transpositione præ-  
missarum, vel simul utroque. Hæc enim vocantur duo instru-  
mēta reductionis ostensue. Interdū enim sola cōuersione op-  
tari est ad reducendū interdum vero non sufficit sola cōuer-  
sio, nisi fiat & præmissarū transpositio. Et interdum quidem so-  
lum vna præmissarū, aut sola conclusio debet conuerti, inter-  
dū plures. Ac rursum, interdum conversione simpliciter, interdū  
cōuersione per accidens videndum est. Quæ omnia, quo mo-  
do in singulis modis opus sit obseruare, magno artificio illa

artus vocabula iam sæpe enumerata demonstrant, vbi plene  
eorum significatio cognita fuerit. ¶ Aduertendum igitur  
est, præter id quod supradiximus de significatione vocalium  
a, e, i, o, inueniri etiam in eis quatuor consonantes, certam si-  
gnificationem habentes, nempe s, r, m, c, vbiunque enim po-  
nitur s, scio in reductione propositionem illam, quæ per vo-  
calem immediate præcedentem significatur, debere conuerti  
simpliciter. Vbiunque p, inuenieris, scito, illā propositionem  
quæ per vocalem immediate præcedentem significatur, debe-  
re conuerti per accidens. Vbiunque m, inuenieris, scito præ-  
missas transponi debere c, verò in medio dictionis significat  
modum illum non conuerti ostensue, sed tantum conuerti siue  
per impossibile, ut in Baroco & Bocardo. Porro littere ini-  
tiales omnium modorum, indicant, ad quem perfectiorum mo-  
dorum singuli imperfecti debeant reduci. Vniuersaliter enim  
modi imperfecti incipientes à B, debent reduci ad Barbara, à  
C, ad Celarent, a, D, ad Darij, ab F, ad Ferio. Aliæ autem con-  
sonantes non habent aliquam proposito negotio aptam signi-  
ficationem.

## CAP. XV.

De reductione ostensiuā singulorum modorum imperfec-  
torum.

Incipiendo igitur a Baralipton, qui est primus mo-  
dus imperfectus primæ figuræ, debet ille reduci ad  
Barbara: quoniam eandem initialem litteram habent  
B. In reducendo autem, non opus est nisi solius conclusionis  
conversione per accidens, quod indicat littera p, in tertia syl-  
laba post i posita. Celantes ad Celarent reducitur, per solam  
conversionem conclusionis simpliciter: quod indicatur per  
litteram s, in tertia syllaba positam. Dabitis ad Darij, per con-  
uersionem conclusionis simpliciter. Fapesimo ad Ferio, idque  
per cōuersionem maioris per accidens, quod indicat littera p,  
posita post primā vocalem, & conversionem minoris simpli-  
citer quod indicat littera s post secundā vocalem e positam, cū præ-  
missarum transpositione, quam indicat littera m. Frifefom ad  
Ferio item reducitur, per utriusque præmissæ conversionem  
simpliciter & præmissarum transpositionem. ¶ Cesare primus  
modus secundæ figuræ reducitur ad Celarent, maiore  
tantum conuersa simpliciter. Camestres item ad Celarent, sed

minore & conclusi one conuersis simpliciter, ac insuper præmissis transpositis. Festino ad Ferio reducitur per conuersionem maioris tantum simpliciter. Baroco autem non potest ostensue reducti ad vllum modum primæ figuræ, neque per conuersionem, neque per transpositionem præmissarum.

¶ Cuius ratio est, quoniã ad mutandã figuram oporteret ad minus aulera præmissarum conuerti in reductione. Neutrius autem conuersio est reductioni cõmoda, quoniam maior cum sit vniuersalis affirmatiua, nõ conuertitur nisi per accidens in particulare affirmatiua. Cum ergo minor similiter sit particularis, ambæ præmissæ erunt particulares, ex quibus non valet syllogismus. Item & maiore particulari in prima figura non valet syllogismus. Per conuersionem minoris item nihil potest fieri quoniam particularis negatiua non conuertitur nisi per contrapositionem, quæ conuersio reductioni syllogismoru non seruit, eo quod mutet terminos. In reductione autẽ, omnino idẽ debent esse termini syllogismi qui reducitur, & eius ad quem fit reductio. Nullo igitur modo potest ostensus reducti modus Baroco, sed tantum syllogismo conuersio suo per impossibile, quod significatur per literam c, in medio vocabuli positam. ¶ Darapti primus modus tertiæ figuræ, reducitur ad Darri, conuertendo minorem per accidens. Felapton ad Ferio, minorem conuertendo per accidens. Disamis ad Darri, per conuersionem maioris & conclusionis simpliciter, & præmissarum transpositionem. Datist ad Darri item, sed per conuersionem tantum minoris simpliciter. Bocardo autem non potest reducti ostensue, quod potest declarari eodem modo quo supra de Baroco ostensum est. Non enim per conuersionem maioris, quæ est particularis negatiua, & conuerti non potest. Neque per conuersionem minoris, quæ tantum in particularem affirmatiuam vertitur, iam ex puris particulis nihil sequitur. Reducitur autem per impossibile ad Barbara. Postremo, Ferison reducitur ad ferio, per conuersionem minoris simpliciter. ¶ Facile autem fuerit, per singulos modos exemplis declarare quod dictum est. Verum nos prolixitatis vitandæ gratia sigillatim ea prosequi omittimus, vno aut altero exemplo contenti. Hic igitur syllogismus in Cæsare, Nulla arbor est animal, & omnis homo est animal, igitur nullus homo est arbor, sic reducitur ad Celarent.

rens, Nullum animal est arbor, & omnis homo est animal, igitur nullus homo est arbor. Vbi nihil immutatum est, nisi quod maior simpliciter est conuersa. Hic autem syllogismus in Camestres, Omnis homo est animal, nulla arbor est animal, igitur nulla arbor est homo, nõ ita facile ad Celarent reducitur. Pluribus enim opus est, nempe conuersione tam minoris quã conclusionis simpliciter, & insuper præmissarum transpositione. Sic enim debet reducti, Nullum animal est arbor, & omnis homo est animal, igitur nullus homo est arbor. Vides hic positam secundo loco vniuersalem affirmatiuam, quæ in Camestres primum obtinebat locum, alteram autem præmissam vniuersalem negatiuam conuersam eentis, & insuper loco tertiam, Conclusionem quoque non eandem, sed eius conuertentem vides. Simili modo & in singulis modis reducendis, consideratione virtutis literarum, quæ in se continent ista artis vocabula, sese exercent adolescentum ingenia.

## CAP. XVI.

¶ Quomodo reductione hac ostensua sit utendum. D cognoscendum autem, quomodo per istam reductionem bonitas syllogismorum imperfectorum comprobetur, præsupponenda est maxima vna cui potissimum ista reductio innititur. Est autem hæc regula siue maxima, Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, idem sequitur ad antecedens eiusdem. Quæ maxima, vt certissima & per se nota præsupposita, si quis forte neget aut dubitet syllogismum in Cæsare esse bonum, aduersus illud sic procedetur. Præmissæ in Cæsare dispositæ, per bonam consequentiam inferunt præmissas de Celarent. Sunt enim eadem, nisi quod maior est conuersa simpliciter. Semper autem conuersa propositio in bona consequentia infert eam in quam conuertitur. Inferunt igitur secundum bonam consequentiam præmissæ in Cæsare, præmissas in Celarent, ac proinde (iuxta maximam) quicquid sequitur ad præmissas in Celarent, idem sequitur etiam ad præmissas in Cæsare. Iam ad præmissas in Celarent sequitur conclusio in Celarent, quod negari non potest, cum sit modus perfectus. Atque hæc est eadem conclusio cum illa in Cæsare. Si igitur ex præmissis in Celarent illa conclusio sequitur, eadem quoque ex præmissis



in Cesare recte sequetur. ¶ Iterum, si quis neget syllogismum in Camestres factum esse bonum, operosius quidem erit ostendere illius bonitatem, propterea quod pluribus opus sit ad eius reductionem: sic tamen ostenditur. Præmissæ in Camestres inferunt præmissas in Celarent, quoniam eadem sunt, nisi quod altera nempe minor est conversa simpliciter, & facta est secundum situm transpositio. Convertens autem recte sequitur ex conversa, & propositionum tantum secundum locum transpositio nihil ad veritatem aut falsitatem facit. Manifestum est autem præmissas in Celarent inferre conclusionem in Celarent, quæ deinde infert suam convertentem, quæ erat conclusio in Camestres. Procedendo igitur à primo antecedente ad ultimum consequens, fateri necesse est, ex præmissis in Camestres recte sequi conclusionem in Camestres.

¶ Sic in tertia figura si quis neget modum Darapti esse bonum, factumque in eo syllogismum dicat non recte concludere, sic agetur aduersus illum. Præmissæ in Darapti recte inferunt præmissas in Darij, cum prima utrobique sit prorsus eadem, & secunda in Darij sit e conversens secundæ in Darapti. Quicquid igitur sequitur ad præmissas in Darij, sequitur & ad præmissas in Darapti, iuxta præsuppositam maximam. Tamen ad præmissas in Darij, citra controuersiam consequitur conclusio in Darij, quæ eadem est cum conclusione in Darapti: igitur conclusio in Darapti recte infertur ex præmissis in Darapti. Ita proportionabiliter monstrari posset in singulis modis imperfectis omnium figurarum. Sed tria hæc exemplorum loco posita sufficiant.

## CAP. XVI.

¶ De reductione per impossibile.

¶ Lius est modus reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos, qui appellatur reductio per impossibile vel ad impossibile. Hic non vitur prædictis instrumentis: videlicet nec conversione nec præmissarum transpositione: sed assumpto contradictorio conclusionis syllogismi imperfecti, cum altera præmissarum eiusdem syllogismi, disponit illas secundum aliquem modum primæ figuræ perfectum, ex quibus deinde infert contradictorium vel contrarium præmissæ alterius relicte & concessæ, sicque responsæ ad impossibile deducitur, nimirum ad concedendum contra-

dictoria vel contraria simul esse vera. ¶ Exemplo res obscura clarescat. Tu mihi negas syllogismum in Baroco istum. Omnis homo est animal, & aliqua arbor non est animal, igitur aliqua arbor non est homo, bonum esse modum que vtilis esse negas qui per Baroco significatur. Ita aduersus te agam. Si malus est syllogismus ille, potest ergo antecedens dari verum conclusionem existente falsa. Quod si admittis, ponamus ita esse, ut sit conclusio falsa. Igitur eius contradictoria. Omnis arbor est homo, erit vera, cum non possint duæ contradictoria simul esse falsa. Assumo igitur maiorem prioris syllogismi, una cum hac quæ modo admittis conclusionis contradictoria, utque in Barbara rite dispositis, sic colligo. Omnis homo est animal, & omnis arbor est homo, igitur omnis arbor est animal. Hanc syllogizandi formam, cum sint evidens & perfecta, negare nemo potest, & antecedentis utraque pars per te vera admissa est, igitur & conclusio vera erit. Atqui hæc ipsa est contradictoria alterius præmissæ prioris syllogismi reducendi, quam & ipsam confessus es veram esse. Fatetur ergo necesse est, vel duas contradictorias esse simul veras, vel syllogismum illum priorem in Baroco factum, bonum esse: nec posse conclusionem esse falsam præmissis existentibus veris. In hoc exemplo ad oculum facile quilibet videt, quemadmodum negans bonitatem syllogismi imperfecti, eo deducitur recognatur duas contradictoria simul veras admittere: idque per assumptionem contradictorii conclusionis, cum altera præmissarum syllogismi reducendi. ¶ Sed hoc est in reductionibus istis aduertendum quod pro figurarum diversitate, aliter & aliter disponi debet conclusionis contradictoria. In omnibus enim modis secundæ figuræ, contradictoria conclusionis ponenda est pro minore, & eadem est seruanda maior. In tertia, contradictoria conclusionis pro maiore est constituenta, & minor syllogismi reducendi seruatur eadem. Unde consequenter sequitur, in secunda figura inferri oppositum minoris syllogismi reducendi in tertia autem, oppositum maioris. Illius enim præmissæ oppositum debet concludi que non assumitur in syllogismo per quem fit reductio. Et quidem in reductione syllogismorum secundæ figuræ, semper contradictorium inferatur propositionis relicte, id est minoris. In tertia autem non semper contradictorium, sed interdam con-

trarium: idque in duobus tantum modis. Darapti & Felapton.  
Verum illud in idem redit, cum aequè sit impossibile contra-  
ria simul esse vera, vt contradictoria imò ex admissione con-  
trariorum simul verorum, inferuntur contradictoria quoque  
simul vera, vt patuit in legibus oppositionum. ¶ In modis  
autem imperfectis primæ figuræ, contradictoriorum conclusio-  
nis syllogismi reducendi accipiendum est pro maiore, ea au-  
tem quæ maior erat assumenda est in locum minoris: infere-  
torque non immediate oppositum minoris reliquæ: sed tale  
quippiam vnde eius oppositum sequatur. Exempli gratia, syl-  
logismus iste in Baralip-ton, Omne animal est substantia, &  
omnis homo est animal, igitur quædam substantia est homo  
sic reducitur, Nulla substantia est homo, & omne animal est  
substantia, igitur nullum animal est homo. Hic vides opposi-  
tum contradictoriorum conclusionis poni pro maiore, & prio-  
ris syllogismi maiorem pro alterius sumi minore, conclusio-  
ne autem inferri non immediate oppositam minori reliquæ  
syllogismi reducendi. Non enim istæ opponuntur, Omnis ho-  
mo est animal. Nullum animal est homo. Verum tamen ad con-  
clusionem istam, Nullum animal est homo, sequitur ista, Nul-  
lus homo est animal: quæ est minor illi vere contraria. Simi-  
liter in aliis modis considerandum. ¶ In reductione tamen  
Celantes ad Darit peculiare, hoc est, vt contradictorium con-  
clusionis pro minore constituitur, pro maiore autem illa su-  
matur quæ erat minor in syllogismo reducendo. Vt syllogis-  
mus iste in Celantes, Nullum animal est lapis, & omnis ho-  
mo est animal, igitur nullus lapis est homo, sic reducitur sed  
Darit, Omnis homo est animal, & quidam lapis est homo, igi-  
tur quidam lapis est animal. Vides hic pro maiore positam  
eam quæ erat minor prioris syllogismi, contradictoriam au-  
tem conclusionis minorem, concludi vero non oppositum con-  
tradictorium reliquæ maioris, sed tale aliquid vnde sequitur  
contradictorium eius. Per simplicem enim conversionem se-  
quitur, Quidam lapis est animal, igitur quoddam animal est  
lapis, quæ vere est maiori illi, Nullum animal est lapis con-  
tradictorie opposita.

## CAP. XVII.

¶ Ad quos modos perfectos singuli imperfecti sunt reducendi per impossibile.

**A**D cognoscendum autem, qui imperfectorum mo-  
dorum ad quos perfectos debeant reduci non ead-  
em est habenda consideratio, quæ superius vbi sa-  
mus in reductione ostensus, illic enim, secundum iniales li-  
teras docuimus inuenire modum ad quem deberet reductio  
ferri. Verum in hac reductione, id locum non habet. Baralip-  
ton enim non reducitur ad Barbara sed ad Celarent. Celan-  
tes non ad Celarent, sed ad Darit. Cesare quoque non ad Ce-  
larent, sed ad Ferio, & ita in cæteris ferè. Superest igitur ad  
plenum huius rei notitiam quod nondum apertum est & in-  
uestigationis videtur esse profundioris, elucidare. ¶ Duobus  
autem modis id docebitur. Primo quidem, vbi quarundam  
vocum, & in se artis consideratione, Primo (inquam) vocum  
quarundam vbi hæc res indicatur. Pro quinque modis primæ  
figuræ seruit verbum, Nesciebatis. Pro quatuor modis secun-  
dæ figuræ, verbum, Olliebam. Pro sex autem modis tertiæ, ser-  
uiunt hæc duæ voces, Letare Romanis. Aduerte autem, pri-  
mum verbum quod pro modis primæ figuræ ponitur, quin-  
que habere syllabas, sicut quinque sunt eius figuræ modi im-  
perfecti: secundum verbum quatuor habet syllabas, vt sunt  
quatuor modi secundæ figuræ. Duo alia vocabula simul sum-  
pta, sex habent syllabas, iuxta numerum modorum tertiæ fi-  
guræ. In singulis autem syllabis, considera vocalem quæ illis sit.  
A, enim significat vniuersalem affirmatiuam. E vniuersalem  
negatiuam. I, particularem affirmatiuam. O, particularem ne-  
gatiuam. Deinde ordinem considera quem syllaba quælibet  
tenet, vt scias cuius modi debeas ex ea querere reductio-  
nem. Quæ duo vbi attendetis, tum deum considera,  
quis ex quatuor modis primæ figuræ talem conclusionem in-  
ferat: qualem & quantam tibi designat vocalis. Et pro certo  
habe, modum illum imperfectum qui per syllabam talem si-  
gnificatur, ad illum modum perfectum primæ figuræ reduci  
qui talem habet conclusionem qualem significat vocalis eius-  
dem syllabæ. ¶ Fiat exemplo clarum quod dicitur. In  
dictione Nesciebatis, prima syllaba Nes, locum tenet primi  
modi imperfecti Baralip-ton. Habet vocalem E, quæ signifi-  
cat vniuersalem negatiuam. In prima autem figura vnicus  
modus talem propositionem concludens, est Celarent. Hinc  
deprehendis, Baralip-ton reduci ad Celarent. Deinde

secunda syllaba Ci, locum tenet secundi modi Celantes. Vocalis I, significat particularem affirmatiuam, quæ concluditur in Darii. Hinc certo colligis Celâtes ad Darii reduci. Tertia syllaba F, locum tenet tertii modi Dabitis. Propositionem significat vniuersalem, negatiuam, quæ concluditur in Celarent. Hinc colligis, ad Celarent Dabitis reducendum. Ita quarta syllaba Ba, sinuat quartum modum Fapesmo reducendum ad Barbara, vbi vniuersalis affirmatiua concluditur. Vltima autem syllaba Tis, significat modum vltimum Fratrem reduci ad Darii. ¶ Similiter de modis secundæ figuræ dicendum. Huius vocabuli. Odiebam, quatuor sunt syllabæ. O, significat Cæsare reduci ad Ferio. Di, signat Camestres reduci ad Darii. F, signat Festino reduci ad Celarent. Bam signat Baroco reduci ad Barbara. Sic in tertia figura, per vocabula illa. Letare Romanis, idem significatur. Darapti enim inuenitur reduci ad Celarent, Felapton ad Barbara. Disamis ad Celarent. Darisi ad Ferio, Bocardo ad Barbara. Ferison ad Darii. ¶ Secundo profundiori consideratione docebitur cognoscere huiusmodi modorum reducendorum ad eos per quos debet reductio fieri, proportionem. Tenendum imprimis firma memoria, quod supra dictum est, in secunda figura eandem seruari maiorem, & promiorem summendam esse contradictoriam conclusionem: in tertia autem e contrario, pro maiore accipi contradictoriam, minorem autem seruari: quæ differentia versiculis his duobus non admodum eruditus, sed ad hanc rem apprime conmodis, facile memoriæ commendatur. Seruat maiorem, variatque secunda minorem. Tertia maiorem variat, seruatque minorem. Statim igitur vbi scire volueris, ad quem modum propositum syllogismum imperfectum debeas reducere, considera eius conclusionem, & ipsius contradictoriam, qualis sit & quantæ. Deinde hanc compone cum maiore aut minore, quæ pro ratione figuræ erit assumenda pro altera præmissæ & attende diligenter, in quo modo primæ figuræ perfectio præmissæ illæ simul iunctæ sint dispositæ. Hinc cernissimo colliges modum, ad quem debet syllogismus reduci. ¶ Exempli gratia, hic syllogismus in Cæsare mihi proponitur. Nullus lapis est animal, & omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. Volo iuxta hanc artē dispicere, ad quem modum debeam

Versiculi.

illum reducere. Videbo mox conclusionem, quæ est vniuersalis negatiua, cuius proinde contradictoriū est particulare affirmatiua. Hæc mihi in syllogismo perfecto pro minore esse debet. Maior autem quæ est seruanda ex syllogismo reducendo vniuersalis est negatiua. Vniuersale autem negatiuū maiorem & particularem affirmatiuā minorem, scio in primæ figuræ præmissa esse in tertio. Cernissimum igitur mihi erit Cæsare reduci ad ferio. Ita in Camestres conseruata conclusionem vniuersalem negatiuā eius proinde contradictoria esse debet particulæ affirmatiuæ, quæ mihi est constituenda minor in reductioe cum maiore seruata vniuersali affirmatiua. Vniuersalis autem affirmatiua pro maiore, & particularis affirmatiua pro minore, in Darii sunt præmissæ. Nihil igitur dubium, quin debeat ad Darii reduci Camestres. Similiter ostendi posset in singulis modis imperfectis. Verum nos vno & alio exemplo propositis reliqua adolescentum ingenii pro exercitio similiter deducenda relinquimus.

## CAP. XVIII.

De quibusdam apud Aristotelem tractatis, quæ vocantur præsupposita.

¶ Omnia Aristoteles quædam, quæ vocant præsupposita, quæ in tractatu syllogismorum quasi cognita præsupponuntur, & ex dictis syllogismis statim innotescunt.

Quæ nos paucis enumerabimus simul & declarabimus, quantum ad ea in quibus nondum plena facta est declaratio. Sunt igitur huiusmodi præsupposita quatuor.

Primum præsuppositum. Omnis syllogismus est in aliqua trium figurarum & omnes syllogismi aliarum figurarum per primam perficiuntur. Secundum. In omni syllogismo, aliquam præmissam esse affirmatiuam, & aliquam vniuersalem est necesse. Tertium. Omnis syllo-

Quatuor præsupposita.

gismus ex tribus terminis & non pluribus constat. Quartum. Quaedam propositiones difficulter syllogizantur, quaedam facilius.

¶ Primum presuppositum ampliori declaratione non indiget, cum abunde iam sit ostensum in praecedentibus. Similiter & secundum ex dictis est notum. ¶ Circa tertium autem nota, debere ipsum intelligi de syllogismo simpliciter uno & non aucto. Interdum enim syllogizando adicitur maiori aut minori alia propositio, velut ipsius probatio & confirmatio, antequam ad conclusionem veniatur: & hic vocatur syllogismus auctus, eod quod augeatur termino aliquo vel propositione ultra consuetam syllogismi formam. Et interdum quidem ex maiore venit augmentum istud, interdum ex minore, interdum ex utraque. Ex maiore, cum sic colligo, Omnis homo est capax disciplinae, quia omne animal rationale est capax disciplinae: & Ioannes est homo: igitur Ioannes est capax disciplinae. Ex parte minoris tantum, Omnis homo est capax disciplinae, Ioannes est homo quia ipse est animal rationale, igitur Ioannes est capax disciplinae. Ex parte utriusque, Omnis homo est capax disciplinae: quia omne animal rationale est capax disciplinae: & Ioannes est homo, quia est animal rationale, igitur Ioannes est capax disciplinae. Huiusmodi syllogismi dicuntur syllogismi non simpliciter unum, sed aucti: quoniam plures in se virtute continent syllogismos. In adiectione namque probationis ad maiorem, syllogismus vnus implicatur: similiter & in adiectione probationis ad minorem, si igitur plures hic sint secundam virtutem syllogismi & non vnus, nihil mirum, si plures tribus numerentur termini. In syllogismo autem simpliciter vno, nunquam multes intuentur. ¶ Circa autem quartum presuppositum nota quod, illa propositionem intelligimus difficulter syllogizabilem, quae in paucioribus figuris & modis potest pro conclusione inferri: illa autem facilius, quae in pluribus figuris aut modis inferri potest. Atque hinc patet, quod inter omnes propositiones, vniuersalis affirmatiua omnium difficillime syllogizatur. Solum enim in prima figura, & in vnico modo: po-

test concludi. In secunda enim figura oportet conclusionem esse negatiuam, & in tertia particularem. Vniuersalis autem negatiua syllogizatur in duabus figuris, prima & secunda: in prima quidem vno modo perfecta Celarent in secunda autem, per duos modos, Cesare & Camestres. Est igitur facilius syllogizabilis vniuersali affirmatiua. Particularis affirmatiua concluditur in prima & tertia: in prima quidem, vno modo in tertia autem tribus, nempe Darapti, Disamis, Datisi. Non autem in secunda, vbi conclusio semper debet esse negatiua. At vero particularis negatiua in omnibus figuris syllogizatur in prima quidem vno modo: in secunda duobus, Festino & Baroco: in tertia autem in tribus, Felapton, Boardo, Ferison. Omnium igitur facillime syllogizatur particularis negatiua sicut omnium difficillime vniuersalis affirmatiua. Medio autem modo se habent vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua. ¶ Sicut autem vniuersalem affirmatiuam construere est difficillimum, & particularem negatiuam destruere facillimum: ita e contra vniuersalem affirmatiuam destruere, est facillimum: difficillimum autem, destruere particularem negatiuam. Construere autem aliquam propositionem in proposito est, eam probare veram. Destruere autem, falsam ostendere, aut oppositum eius inferre. Illa enim destruitur facilius, cuius falsitas potest pluribus modis siue per plura ostendi: & illa difficilior, cuius falsitas per pauciora potest monstrari. Vniuersalis autem affirmatiua destruitur, & per vniuersalem negatiuam sibi contrariam, quae in duabus figuris syllogizatur: & per particularem negatiuam contradictoriam, quae in omnibus. Particularis autem negatiua, non destruitur nisi per vniuersalem affirmatiuam, quae vnica figura & vnico modo potest concludi. Illa igitur facillime destruitur, haec difficillime. Vniuersalis autem negatiua & particularis affirmatiua medio modo se habent. Vniuersalis enim negatiua destruitur per vniuersalem affirmatiuam contrariam quae tantum vnico modo concluditur: & per particularem affirmatiuam, quae in duabus figuris & in tribus modis concluditur. Particularis autem affirmatiua destruitur tantum per vniuersalem negatiuam, quae concluditur in vno modo primae figurae, & in duobus secundae.

¶ Huius autem propositi declarationem Aristoteles verbo



No abile  
dictum  
Aristot.

notatu digno cōclūit dicens, Omnino nō latere oportet, vni  
uersalia per particularia destrui. & particularia per vniuer  
salia, & non constri vniuersalia per particularia, quantum e  
conuerso insuper manifestum est, quoniam destruere facili  
est quā construere. Priorem huius notabilis dicti partem,  
pulchrē & particulatim leges explicat propositionum con  
tradictoriarum, & subalternarū. Cōtradictoria enim sunt,  
vniuersalis & particularis oppositae qualitatis. Destruuntur  
igitur vniuersalia per particularia, & e contrario. Vniuersalia  
autem particularis eiusdem qualitatis, subalternae sunt: qua  
rum illa hanc infert & probat, non autem e contrario. Secun  
da autem pars ex hoc manifesta est, quoniam ad declarandā  
veritatem pluribus opus est. Si enim vel vnum aliquid defue  
rit, statim falsitas argui potest. Vnde quemadmodum de bo  
no & malo dici solet, bonum esse ex integra causa, malum au  
tem ex particularibus defectibus. Vnus enim solus circū  
stantiae defectu fit malum, ita de veritate & falsitate dici simi  
liter potest, veritatem ex integra causa constare, falsitatem ex  
particularibus defectibus. Vnde haec propositio. Omnis ho  
mo est sensibilis, falsa probaretur, si vel vnus ex omnibus pos  
set inueniri hominibus, cui non praedicatum conueniret.

CAP. XIX.

De arte inueniendi medium.

\*\*\*

Quid se  
quuntur  
vsque ad  
cap. 7.  
festinus  
lector si  
ne graui  
dāno po  
terit tran  
sire.  
Quatuor  
regulae p  
inuentio  
ne medi.

Oeci quoque certis regulis Aristoteles quomodo ad  
vnamquaque conclusionē probandam commodum  
medium inuenire valeamus. Aliter enim & aliter so  
mendum est mediū, pro qualitate conclusionis quā probare  
intendimus. Non enim eodē modo querendū est medium ad  
concludendū vniuersalem affirmatiuam, quo ad vniuersalem  
negatiuā, nec similiter ad vniuersalē & ad particularē. Ponit  
autē pro huius rei notitia ille quatuor regulas, in hunc modū.

Prima regula. Concludere volētib⁹  
vniuersalē affirmatiuā, sumendū est cō  
sequens subiecti, & antecedens praedi  
cati. Secunda. Ad concludendum par

ticularē affirmatiuam, antecedēs ad v  
trūque extremorū sumēdū est. Tertia.  
Ad concludendū vniuersalē negatiuā,  
sumetur consequens subiecti & extra  
neum ad praedicatū, vel cōsequens praedi  
cati & extraneum subiecti. Quarta.  
Ad cōcludendum particularem nega  
tiuam, sumendum est antecedens subie  
cti & extraneum praedicati.

¶ Pro quarū regularū intellectu, prius quid sit subiectū, quid  
cōsequens, quid extraneū dicendū. Per cōsequens subiecti aut  
praedicati, intelligit terminū qui infertur ex alio, sicut genus  
ex specie, species ex individuo, & omne magis cōmune ex mi  
nus cōmuni. Antecedens autē dicitur, terminus ex quo infer  
tur alius, vt species est antecedens generis, & omne minus cō  
mune est antecedens magis cōmuni. In terminis autē conuer  
sibilibus: vterque ad alterū dici videtur, & antecedens & cōse  
quens: quoniam vicissim se inferunt, & inferuntur ex se invicē.  
Extraneū autē subiecti aut praedicati, intelligit terminū dispa  
ratū, qui. l. vniuersaliter possit de illo negari, vt homo est ex  
traneum bruto, & lapis homini. ¶ Quo premisso, sic intellige  
primā regulā, Si cōclusio quā probare intendis sit vniuersalis  
affirmatiua, pro medio ad illā conclusionē probandā, sumen  
dum erit tibi aliquis talis terminus, qui sit consequens subiecti  
cōclusionis, & praedicati eius antecedens. Sit, exempli gratia,  
ista tibi pbanda, Omnis homo est sensibilis, pro medio acci  
piet terminū animal, qui est genus, & cōsequens subiecti ho  
mo, & antecedens praedicati sensibilis, eo quod sequatur sensibi  
le ad animal. Sic igitur argumētare, Omne animal est sensibi  
le, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est sensibilis. Et ser  
uit haec regula tantū pro prima figura. ¶ Secundae autē regulae  
sensus est, Si velis probare conclusionem aliquā particularem

affirmatiua, pro medio ad hoc commode considera terminum aliquem, qui inferat ex se tam subiectum quã prædicatum conclusionis. Per huiusmodi enim terminum propriissime efficies propositum. Sit, exempli gratia, ista probanda, Aliqua substantia est incorruptibilis. Accipe terminum spiritus, qui est antecedens ad utrumque extremum conclusionis sicq; argumentare, Spiritus est incorruptibilis, & omnis spiritus est substantia, quædam igitur substantia est incorruptibilis. Seruit autem hæc regulæ maxime pro tertia figura, ex qua propriissime probatur particularis affirmatiua. In prima enim, figura cum inferatur particularis affirmatiua medium quod accipitur non debet esse antecedens ad utrumque extremum. Sufficit enim quod sit antecedens ad prædicatum, ad subiectum autem non debet esse antecedens. ¶ Tertia regulæ hic est sensus, Si probare volueris propositionem aliquam vniuersalem negatiuam, vide quæras pro medio terminum, qui inferat subiectum conclusionis, & negetur omnino de prædicato, aut contrario qui inferat prædicatum, & omnino de subiecto negetur. Sit exempli gratia hæc probanda, Nullus homo est asinus. Pro medio cape terminum animal rationale qui inferatur ex subiecto homo tanquam conuertibile ex conuertibili: est autem extraneus ad prædicatum asinus, quoniam nulli asino conuenit, atque hoc medio sic procede, Nullum animal rationale est asinus, & omnis homo est animal rationale, igitur nullus homo est asinus. Vel ad eandem conclusionem probandam accipe pro medio brutum, qui terminus est consequens prædicati asinus, nimirum ipsius generis: est autem extraneus ad subiectum homo: sicque syllogismum confice in secunda figura in Camestres, Omnis asinus est brutum, & nullus homo est brutum, igitur nullus homo est asinus. Vnde patet hæc regulam seruire primæ figuræ & secundæ, illi quidem ex parte prioris, huic autem ex parte posteriori. ¶ Quarta regulæ hic est sensus, Cum volueris syllogistice probare propositionem aliquam particularem & negatiuam, tale aliquod medium dispece, quod sit ad subiectum conclusionis antecedens, & ad prædicatum extraneum: ex hoc enim recte conficies propositum. Exempli gratia, probanda mihi sit ista, Aliquod animal non est homo, pro medio accipiam terminum brutum, qui est antecedens ad animal, & extraneum ad hominem.

minem. Hocque medio ita syllogizabo in tertia figura. Nullum brutum est homo, & omne brutum est animal, igitur aliquod animal non est homo, idque in Felapton. Vel in Boeardio, per maiorem particularem sic, Aliquod brutum non est homo, & omne brutum est animal, igitur aliquod animal non est homo. Vel in secunda figura in Festino, per idem medium sic, Nullus homo est brutum, & quoddam animal est brutum, ergo quoddam animal non est homo. In prima quoque figura per idem medium sic, Nullum brutum est homo, & aliquod animal est brutum, igitur aliquod animal non est homo. Hinc patet, quod regula ista pro omnibus figuris seruiat, eo quod particularis negatiua sola vbique concludatur.

## CAP. XX.

## De syllogismorum potestatibus.

Onit quoque Aristoteles aliquot syllogismorum potestates, id est, peculiararia quædam, Sex potestates syllogismorum. que per syllogismos possunt fieri. Sunt autem numero sex, quæ sic enumerantur, Potestas prima concludendi, potestas verû ex falsis syllogizandi, potestas circulariter syllogizandi, potestas conuersiue syllogizandi, potestas ad impossibile syllogizandi, & potestas syllogizandi ex oppositis.

¶ Quantum ad primam potestatem plura concludendi, nota, quod pluribus modis intelligi potest, syllogismum aliquem plura concludere. Primo, ex parte conclusionis, ex qua consequentiar inferri potest ipsius conuertens. Vnde præmissæ in Barbara inferunt conclusionem suam, & per illam ipsius conuertentem, Nam (vt supra dictum est) quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, idè sequitur & ad antecedens eiusdem: Ita omnes syllogismi vniuersales, id est, qui vniuersaliter concludunt plura syllogizant. Omnis enim conclusio vniuersalis conuertitur: affirmatiua per accidens, negatiua autem simpliciter. Itè omnes syllogismi concludentes particularem affirmatiuam similiter plura possunt concludere: quoniam & ipsa simpliciter conuertitur. Qui autem particularem negatiuam concludunt hac ex parte non habent potestatem concludendi plura: quoniam illa non conuertitur conuersione syllogismis acci-



commoda. Insuper, ex parte conclusionis & aliter contingit plura concludere, quoniam si vniuersalis fuerit conclusio, inferretur ex se particularem sibi subalternam, iuxta legem subalternarum. Si autem particularis fuerit conclusio hac ex parte non potest concludere plura: quoniam ex particulari non sequitur vniuersalis. ¶ Secundo accipimus hanc potestatem plura concludendi per nouam subsumptionem, idque rursus dupliciter. Vel per sumptionem plurimum minorum extremitatum sub medio: vel per sumptionem sub subiecto conclusionis. Exempli primi modi. Omne animal est substantia, & omnis homo est animal: igitur omnis homo est substantia: autem omnis equus est animal, igitur omnis equus est substantia, item omnis leo, item omnis asinus, & ita in omnibus speciebus. Verò hoc modo satis improprie dicitur syllogismus aliquis plura concludere, quoniam altera semper præmissarum, nempe minor, variatur. Dicitur tamē syllogismus aliquo modo vnus, ratione præcipua partis, nempe maioris, vnde est præcipua vis illuminationis, quæ eadem manet & inuariata. Ex parte autem conclusionis, per sumptionem sic concluduntur plura. Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia: & Petrus est homo, igitur Petrus est substantia. Ita in cæteris individuis. Hoc autem modo non possunt concludere plura syllogismi concludentes particulariter: quoniam si fieret subsumptio sub medio non accepto vniuersaliter, procedereturque maiore particulari in prima figura.

## CAP. XXI.

¶ De potestate verum ex falsis concludendi.

Vanum ad secundam potestatem, quæ est, verum syllogizandi ex falsis, sciendum est: non hoc esse peculiare syllogismo, sicut nec præcedens potestas syllogismo est propria, sed etiam aliis conuenit argumentationum

formis. Est enim regula & maxime infallibilis, ex veris nunquam posse nisi verum inferri, in quacunque argumentatione bona. Ex falsis autem inferri verum, nihil prohibet. Exempli gratia, hic est syllogismus bonus in Barbara, Omne animal est arbor, & omnis pirus est animal, igitur omnis pirus

est arbor. Formam argumentandi certissimam atque perfectam vides, qua non possit esse euidentior. Ambæ autem præmissæ manifestam habent falsitatem imò impossibilitatem: conclusionem tamen nihil est verius cum prædicetur genus de specie. Hoc tamen sciendum quod conclusio nunquam potest esse vera propter præmissarum falsitatem, neque potest inferri conclusio vera ex præmissis falsis, tanquam ex causa suæ veritatis. Impossibile enim est, vt falsitas sit causa veritatis, nec potest veritas inniti falsitati.

## CAP. XXII.

¶ De syllogismo circulari.

Circulariter syllogizare Aristoteles ita definit: per conclusionem & conuertentem alterius præmissarum inferre reliquam præmissarum syllogismi prioris. Idem appellat ex seinuicem ostendere, id est, ostendere vicissim per conclusionem præmissam, sicut ipsa ostendit conclusionem. Exempli gratia, hoc syllogismo proposito, Omne animal rationale est risibile, & omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, maior sic syllogizabitur circulariter. Omnis homo est risibilis, & omne animal rationale est homo, ergo omne animal rationale est risibile. Minor autem sic, Omne risibile est animal rationale, & omnis homo est risibilis, igitur omnis homo est animal rationale. Vides in syllogismo posteriori ex conclusione prioris syllogismi accepta pro maiore vel pro minore, & conuertente alterius præmissarum, inferri reliquam præmissarum prioris syllogismi. ¶ Oportet autem huiusmodi circularis syllogismos fieri in terminis conuertibilibus, cuiusmodi sunt termini propositi, animal rationale, risibile, homo. Alioquin enim non valeret conuersio vniuersalis affirmatiuæ in vniuersalem affirmatiuam, cuius est usus in hac syllogizatione. Nusquam enim talis conuersio valet, nisi gratia materiæ in terminis conuertibilibus.

## CAP. XXIII.

¶ De syllogismo conuersuo.

Conuersiue syllogizare (iuxta Aristotelis definitionem) est, ex opposito aut contrario conclusionis cum altera præmissarum inferre reliquam. Docet quoque id fieri diuersimode. Maiorem enim primæ

Quarta potestas.



figuræ dicitur interim per tertiam, ex eadem minore & opposito, vel contrario conclusionis pro maiore, minore autem per secundam ex eadem maiore. Exempli gratia, huius syllogismi in Barbara, Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia. maior sic interimitur: per syllogismorum conuersuum, Nullus homo est substantia, & omnis homo est animal, igitur aliquod animal non est substantia. Hic sumitur contrarium conclusionis. Sufficeret tamen sumere contradictorium, ad eandem conclusionem inferendam in Bocardo, Minor autem sic interimitur, per syllogismum conuersuum, Omne animal est substantia, & aliquis homo non est substantia, igitur aliquis homo non est animal.

¶ Secundæ autem figuræ maior interimitur per tertiam, in re prioris syllogismi posita pro maiori alterius, & conclusionis opposito pro minore posito. Minor autem per primam manente eadem maiori. Exempli gratia, huius syllogismi in Cesare, Nullus lapis est animal, & omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. maior sic interimitur, Omnis homo est animal, & aliquis homo est lapis, igitur aliquis lapis est animal. Minor autem sic, Nullus lapis est animal, & aliquis homo est lapis, igitur aliquis homo non est animal.

¶ Tertie autem figuræ maior, per prima interimitur, manente eadem minore: & minor per secundam, sumpta maiore pro minore. Ut huius syllogismi, Omnis homo est animal & omnis homo est substantia, igitur quædam substantia est animal, maior sic interimitur. Nulla substantia est animal, & omnis homo est substantia, igitur nullus homo est animal, vel quidam homo non est animal. Minor autem sic, Nulla substantia est animal, & omnis homo est animal, igitur quidam homo non est substantia, vel nullus homo est substantia.

## CAP. XXIII.

¶ De syllogismo per impossibile.

Quinta  
ta po-  
testas.

¶ Er impossibile syllogizatur, quando propositione aliqua vera negata, proceditur ex eius contradictorio, cum alia propositione manifeste vera ad inferendum manifeste falsum: ex cuius interemptione consequenter fit regressus, ad interimendum contradictorium propositionis verae negatae: ac deinde ex consequenti, ad destruentem veritatem illius, quæ à principio fuit negata. Ut si quis ne-

gæ hanc propositionem, Omnis homo est risibilis, ita contra ipsam procedatur, Omne animal rationale est risibile, & aliquis homo non est risibilis, igitur aliquis homo non est animal rationale. Conclusio est manifeste falsa, & non maior, quæ est manifeste vera, ergo minor, quæ est contradictoria propositionis negatae. Quod si hæc est falsa, erat igitur illa ab initio negata vera, cum non possint contradictoriae ambæ simul esse falsæ. Differt autem hic syllogismus per impossibile à syllogismo conuersuum, quoniam conuersuum semper præsupponit alium syllogismum, syllogismus autem per impossibile non. Sufficit enim, propositionem aliquam esse negatam, sine in syllogismo, siue extra syllogismum id fuerit.

## CAP. XXV.

¶ De syllogismo ex oppositis.

Syllogismus dicitur ex oppositis, in quo ex præmissis contrariis vel contradictoriis inferitur conclusio, in qua negatur idem de seipso. Ut in hoc syllogismo, Omnis homo est substantia, & nullus homo est substantia, igitur nullus homo est homo. Ex contradictoriis sic, Omnis homo est substantia, & aliquis homo non est substantia, igitur aliquis homo non est homo. Interdum vero proceditur ex præmissis formaliter contrariis vel contradictoriis, ad illationem conclusionis, in qua formaliter & expresso idem negatur de seipso, ut in exemplis iam propositis. Interdum vero ex præmissis tantum æquiualeuter contrariis, vel contradictoriis ad conclusionem, in qua æquiualeuter idem de seipso negatur.

¶ A Equiualeuter autem oppositas dicimus præmissas, quando ex se possunt per bonam consequentiam inferre formaliter oppositas. Ut cum sic argumentor, Omne animal est substantia, & aliquis homo non est substantia, igitur aliquis homo non est animal. Præmissæ non sunt contradictoriae, quoniam non participant utroque termino. Inferunt tamen vere contradictorias, quoniam secunda illa, Aliquis homo non est substantia, recte inferit hanc, Aliquod animal non est substantia, quæ est formaliter priori contraria. Item in conclusione, cum dicitur, Aliquis homo non est animal: negatur æquiualeuter idem de seipso, quoniam ex illa recte inferitur ista, Aliquis homo non est homo, in qua formaliter idem negatur de seipso.

Sexta  
potestas.

¶ Valet autem hic syllogismus ex oppositis, contra eos qui forte vel per inadvertentiam, vel per propteruam admittent, duas propositiones sic oppositas formaliter, vel æquivalenter. Per illationem namque talem, in qua idem negatur de seipso, manifestissime convincuntur quoniam sicut non est positio apparentioris & tertioris veritatis, quam affirmativa illa in qua idem affirmatur de seipso: ita non est vlla propositio magis falsa aut magis apparenter falsa, illa in qua idem negatur de seipso. ¶ Denique, & hoc est advertendum, non posse hunc syllogismum fieri ex quibuslibet oppositis. Nam ex subcontrariis non valet. Ambæ enim sunt particulares. Ex puris autem particularibus, nihil syllogistice sequitur. Ex contrariis autem & contradictoriis valet.

## CAP. XXVI.

¶ De tribus defectibus syllogismorum.

Vbiungit quoque prædictis Aristoteles tres syllogismorum defectus: quos, quia non ita multum videntur ad propositum facere, brevissimis tantum per-

Primus defectus.

1. stringemos. Primus defectus est, petere principium: quod tunc aut fieri, quando in syllogismo aliquo non ostenditur propositum, utpote cum per ignotiora proceditur, vel æque ignota. Ut quando idem per idem probatur, & vniuersaliter quodcumque præmissæ non possunt probare conclusionem. Ut in hoc syllogismo est petitio principij, Omnis homo est homo, & omnis homo est homo, ergo omnis homo est homo. Item in isto, Omnis homo est capax disciplinæ, & omne animal rationale est homo, igitur omne animal rationale est capax disciplinæ. Conclusio enim est notior, præmissa maiore. ¶ Sec-

Secundus defectus.

2. cundus syllogismorum defectus appellatur non propter hoc accidere falsum, quod tunc contingere dicit Aristoteles, quando syllogizando falsitas conclusionis illatæ imputatur alicui propositioni in antecedente, quæ vere non est causa falsitatis conclusionis. Fitque hoc in syllogismis illis, in quibus est aliqua præmissa superflua. Ut sic procedendo, Sol lucet, & omne animal est homo, & omne brutum est animal, igitur omne brutum est homo: conclusio est falsa, igitur aliqua propositio antecedentis: non autem minor illa. Omne brutum est animal, igitur prima illa, Sol lucet. Hic manifestum est falsitatem conclusionis imputari illi quæ non est causa quoniam

superflua est, & ea ablata æque sequeretur conclusio. Perinde autem est, siue propositio superflua conveniat cum altera præmissarum in aliquo termino, siue non. ¶ Tertius defectus nominat Aristoteles, fallaciam contrariæ opinionis quæ tunc contingit, quando aliquis fallitur, concedendo ambas præmissas duorum syllogismorum: ex quibus sequuntur duæ propositiones contrariæ vel contradictoriæ. Hic autem hoc, quando admittit quis duo prædicata verè & vniuersaliter prædicari de vno aliquo subiecto, ac deinde aliud prædicatum de altero duorum priorum verè & vniuersaliter prædicari, de altero autem negari, Ut si (exempli gratia) admittat quis de homine prædicari vniuersaliter duo hæc prædicata, animal & risibile: concedatque has duas veras esse, Omnis homo est animal, Omnis homo est risibilis: admittat quoque simul, terminum sensibile prædicari de animali vniuersaliter, negari autem de risibili, ut concedat etiam has duas. Omne animal est sensibile. Nullum risibile est sensibile, ex hac admissione conuenit per viam syllogismorum, ad concedendum contraria hoc modo, Acceptis namque duabus illis propositionibus consequitur, Omne animal est sensibile. Omnis homo est animal, per syllogismum in Barbara, infero hanc conclusionem. Omnis homo est, sensibilis. Acceptis alius duabus Nullum risibile est sensibile. Omnis homo est risibilis in Celarent hanc infero, Nullus homo est sensibilis: quæ sunt duæ conclusiones manifeste contrariæ.

Tertius defectus

## CAP. XXVII.

¶ De syllogismis ex obliquis

Attentus autem syllogismos tantum eiusmodi tractamus, in quibus omnes termini casu recto ponantur. Nunc autem & de his dicendum, qui terminum aliquem vel terminos plures habent in obliquo casu positos, quomodo possint debeantque concludere. Sciendum ergo est, quod aliquando medium in obliquo ponitur aliquando altera extremitatum. Quando altera extremitatū in obliquo ponitur in præmissis, similiter poni eadem debet & in conclusione. Ut, Omne iumentum est hominis, & omnis asinus est iumentum, igitur omnis asinus est hominis. Hic maior extremitas utrobique in obliquo ponitur. Cum autem syl-





logica, Omnis asinus est animal, & Petri est asinus, igitur Petri est animal, minor extremitas utrobique similiter ponitur. ¶ Cum vero medium in obliquo ponitur, tunc maior est adhibenda cautio, ut recte concludatur. Interdum enim medium in maiore tantum ponitur oblique, interdum in minore tantum, interdum utrobique. Exemplum primi modi. Omnis hominis est asinus, & Petrus est homo, igitur Petri est asinus. Exemplum secundi, Omnis homo est animal, & asinus est hominis, igitur asinus est animalis. Exemplum tertii, Nullus leo est hominis, & omnis asinus est hominis, igitur nullus asinus est leo.

¶ Funt quoque syllogismi in omnibus obliquis. In genitivo, sic, Omnis entis est scientia, & homo est ens, igitur hominis est scientia. In dativo, Omni homini convenit sensum ratione moderari, adolescens est homo, igitur adolescens est sensum ratione moderari. In accusativo, Omnes homines iudicabit altissimus, & reges homines sunt, igitur & reges iudicabit altissimus. In ablativo, in omni loco est Deus, locus desertus est locus, igitur & in loco deserto est Deus. Ab omni peccato diligentissimus est cavendum, & superbia est peccatum, igitur a superbia est diligentissime cavendum. De omni verbo otioso redibenda est ratio, & hoc est verbum otiosum, igitur de hoc est reddenda ratio.

\*\*\*

Primare  
gula.

¶ Ad recte autem concludendum, potius consolenda est vis intellectus, & acumen rationis magis attendendum, quam regularum multarum traditio. Non fuerit tamen inut. le, vana aut alteram regulam ad certum concludendum hic constituerent. Sit igitur prima regula ista. ¶ In omnibus modis affirmativus cuiuscunque figura, si altera premissarum sit de obliquo conclusio quoque esse debet de obliquo. Et de extremitatibus quidem iam supra diximus, si earum altera in premissis posita fuerit in obliquo, debere eam poni similiter in conclusione. Cum vero medium in altera ponitur in obliquo, hoc est observandum, ut extremitas illa que in premissis cum medio ponitur in recto, in conclusione non ponatur in recto, sed in obliquo: contra vero, ea que in premissis cum medio in obliquo ponebatur, in conclusione ponatur in recto, & non in obliquo. Exempli gratia, ex his premissis. Quilibet homo est anima, & omnis asinus est hominis, sequitur hæc conclusio,

ho, Omnis asinus est animalis: ubi maior extremitas ponitur in genitivo in conclusione, quæ in premissa maiore fuit posita cum medio recto: contra autem, minor extremitas ponitur in recto, quæ in minore cum medio obliquo posita fuerat. Non autem posset ex dictis premissis talis inferri conclusio, Omnis asini est animal. Ex istis autem premissis, Cuiuslibet hominis est asinus, & petrus est homo, inferri debet hæc conclusio, Petri est asinus: non ista, Petrus est asini. Quod autem non possit inferri ex prædictis præmissis conclusio penitus de recto, manifestum est. ¶ Secunda regula, In modis negatiuis, quando syllogizatur ex altera de recto & altera de obliquo, si negatus fuerit de obliquo, sequitur conclusio de obliquo. Si vero affirmativa fuerit de obliquo, & negativa de recto, non similiter fiet syllogismus. ¶ Prima pars declaratur hoc exemplo, Nullus animalis est æternitas, & omnis homo est animal, igitur nullus hominis est æternitas. Syllogismus iste nihil habet vitii. In secunda item figura recte sequitur, Intellectus non est bruto, & si via est brutum, igitur si via non est intellectus. In tertia quoque figura valet, Nullus bruti est intellectus, & omne brutum est animal, igitur alicuius animalis non est intellectus.

secunda  
regula.

¶ Secunda autem pars regule declaratur: quoniam syllogismus iste non concludit, Nullus homo est Deus, & omne iumentum est hominis, igitur nullum iumentum est Dei. Posset tamen ex illis premissis recte inferri hæc conclusio, Omne iumentum est alicuius, quod non est Deus. Nec iste valet in secunda figura, Omne iumentum est hominis, & Deus non est homo, igitur dei non est iumentum. Sequitur tamen, Igitur alicuius quod non est deus, est iumentum. Nec iste in tertia. Homo non est deus, & cuiuslibet hominis est asinus, igitur asinus non est dei. Sequitur tamen, Igitur asinus est alicuius quod non est deus. ¶ Funt quoque & aliter syllogismi ex obliquis, in propositionibus æquivalenter hypotheticis sine conditionalibus: cum videlicet pro maiore affirmatur aliqua propositio æquivalens vni hypothetica: sine conditionali, cuiusmodi est ista, Cuiuscunque est anima, illius est vita. Æquivalet enim huic conditionali, Si alicuius est anima, illius est vita. Ex hac itaque pro maiore



posita, sic syllogizatur. Cuiuscunque est anima, illius est vita, omnis planta est anima, igitur omnis planta est vita. Negatiue sic, Cuiuscunque non est anima, illius non est vita auri non est anima, igitur auri non est vita. Debet enim conclusio disputari secundum exigentiam maioris. Interdum enim inferitur conclusio de obliquo, ut in exemplo iam dato. Interdum in recto ut sic procedendo. Cuiuscunque est anima illud vivit: Planta est anima, igitur planta vivit. Verum hi syllogismi potius videntur formam sequi hypotheticorum, quam simplicium syllogismorum, unde congruum videtur, ut hoc ex loco a syllogismis categoricis: de quibus hactenus sufficienter pronostro instituto (ut arbitror) tractatum est, ad syllogismos hypotheticos siue conditionales transeamus.

CAP. XXVIII.

De syllogismis hypotheticis.

Syllogismi hypothetici sunt, argumentationes quae ex una principali hypothetica propositione procedunt. Secundum autem quod supra diximus esse dixerunt species propositionum coniunctarum quas hypotheticas communi nomine vocant, sic & species diuersas esse syllogismorum hypotheticorum est consequens. Inter omnes tamen praecipui sunt illi, qui sunt ex propositione conditionali: sunt tamen & alii, qui sunt ex propositionibus copulatiuis & disiunctiuis. Ponemus autem hypotheticorum huiusmodi syllogismorum aliquot modos, eos praecipue qui maxime videbuntur utiles. Primus modus est, quando proceditur a tota conditionali, cum positione antecedentis, ad positionem consequentis. Sic enim valet semper illatio, ut cum ita procedo: Si homo est, animal est: sed homo est, igitur animal est. Contra vero, a positione consequentis non valet processus. Ut non sequitur: Si homo est, animal est: at animal est, igitur homo est. Huius ratio est: quoniam conditionalis significat consequens sequi necessario ex antecedente, non autem antecedens ex consequenti. Unde oportet antecedente positione consequens poni non autem e contrario. Idem autem est, si ambae partes conditionalis fuerint negatiuae. Ut sic procedendo: Si animal non est, homo non est: & animal non est, igitur homo non est. Aut si altera partium fuerit affirmatiua, altera negatiua, hoc pacto: Si est homo, non est leo, est autem homo, igitur non est

De syllogismis hypotheticis.

Primus modus

leo. Dicimur autem antecedens ponere, quando ipsum extra conditionalem locando tanquam verum asserimus. (Nā ut supra diximus) propositio conditionalis ipsa per se nihil ponit, neque antecedens neque consequens, sed tantum significat illationem necessariam consequentis ex antecedente. In conditionali ergo, antecedens non ponitur neque consequens sed quando extra conditionalem sine conditionali nota alterum eorum simpliciter proponitur, ita poni dicitur.

Secundus modus est, quando proceditur a tota conditionali, cum destructione consequentis, ad destructionem antecedentis. Sic enim semper valet allatio. Non tamen valet a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Dicitur autem consequens destrui quando oppositum contrarium vel contradictorium eius assumitur, & tanquam verum asseritur extra conditionalem propositionem. Ut in hac argumentatione. Si est homo, est animal, & non est animal, igitur non est homo. Hic proceditur a tota conditionali, cum destructione consequentis, ad destructionem antecedentis. E contrario autem non valet processus. Si homo est, animal est, & non est homo, igitur non est animal. Ratio huius dependet ex prioribus: quoniam si ad positionem antecedentis necessario sequatur positio consequentis, igitur vicissim ad consequentis destructionem debet sequi antecedentis destructio. Non enim potest oppositum consequentis stare cum antecedente. Et si non necessario sequitur positio antecedentis ad positionem consequentis, neque igitur destructio consequentis ad destructionem antecedentis. Potest enim consequens stare cum opposito antecedentis.

Secundus modus.

Tertius modus est, ex copulatiuis: quando a tota copulatiua ad alteram eius partem proceditur. Ut deus est immortalis, & homo est mortalis, igitur deus est immortalis. Copulatiua enim utraque partem asserit, neque constat totius ipsius veritas, nisi verae sint omnes partes ex quibus componitur. Quartus modus est ex copulatiuis negatiuis, quando a copulatiua negatiua, cum positione alterius partis, proceditur ad destructionem alterius. Ut non dies est & nox est: sed dies est igitur nox non est: nox est igitur dies non est. Significatur enim in tali negatiua, non esse ambas categoricas simul veras. Unde si altera ponatur vera, oportet alteram esse

Tertius modus.

Quartus modus.

falsam. Non valebit tamen processus, à negatione vnius ad positionem alterius. Modo enim sequitur. Non homo est leo, & asinus est leo, & homo non est leo, igitur asinus est leo. Ratio est quoniam in copulatiua negatiua tantum significatur quod non sint ambe veræ sicut per contrarium, affirmatiua significat ambas partes esse veras. Vnde ad veritatem negatiuæ sufficit, quod non sint ambe veræ. Manifestum est autem vbi neutra est vera, non esse ambas veras. Non potest igitur conuenienter ex vnius destructione inferri alterius positio, sed e contrario ex positione vnius, destructio inferri potest alterius. ¶ Quintus modus est procedendo à propositione disiunctiua affirmatiua, cum positione partis vnius, ad destructionem alterius. Vt, Vel dies est vel nox est: & dies est, igitur nox non est nox est: igitur dies non est. ¶ Sextus modus est quando à propositione disiunctiua affirmatiua proceditur cum destructione vnius partis ad positionem alterius. Vt, Dies est nox est, & dies non est, igitur nox est. Aut homo iste est sanus aut ægrotat, & non est sanus, igitur ægrotat non ægrotat, igitur est sanus. Aut mundus fallitur, aut falsa docuit Christus. Fieri autem non potest vt falsa docuerit Christus, veritas prima. Hæc at igitur & fallitur mundus, aliter viuens quæ ille docuerit. ¶ Ratio horum duorum modorum est, quoniam (vt supra diximus libro tertio, in tractatu de propositionibus hypotheticis) secundum vsum antiquorum & magis probatorum autorum, propositio quæ proprie disiunctiua fuerit, sic ponit alteram partem, vt alteram neget & sic alteram negat vt alteram ponat, nec admittit simul vtriusque veritatem, aut simul vtriusque falsitatem. Vnde ab vnius partis positione, & inferitur alterius destructio, & e contrario. ¶ Accipiendo autem propositionem disiunctiuam vt recentiores eam solent accipere, dicentes, ad eius veritatem sufficere alterius partis veritatem, nec opus esse pugnantia partium, non valeret modus argumentandi in disiunctiuis, nisi à destructione vnius partis, ad positionem alterius: non autem e contrario, à positione ad destructionem. Ponunt verò & alios quosdam modos hypotheticorum huiusmodi syllogismorum: sed qui iam enumerati sunt, magis certi magisque in vfu proprii sunt.

¶ De diuisione syllogismi in demonstratiuum Dialecticum & litigiosum.

Ri<sup>o</sup> verò quæ ad alias tres argumentationis species trã

P scamus, tractanda nobis est paucis illa syllogismi diuisione, quæ in initio primi Topicorum libri Aristotelis continuit syllogismu diuidens in demonstratiuum, dialecticum, & sophisticum, ac horum singulis singulas definitiones assignans. Et primum quidem syllogismum demonstratiuum siue demonstrationem definit hoc modo.

Demonstratio est, quãdo ex primis & veris syllogismis erit, aut ex talibus quæ per aliqua prima & vera eius quæ circa ipsa est cognitionis principium sumptæ sunt.

Definitio demonstratiui syllogismi.

¶ Quam definitionem ita intellige, Syllogismus ille dicitur demonstratiuus, qui conclusionem suam probat ex præmissis talibus quæ sunt propositiones primæ & veræ, vel primo veritate videlicet vt non sint illis alie priores vel notiores, per quas ipsæ possent probari siue demonstrari. Vel qui suam conclusionem probat ex talibus præmissis quæ per propositiones alias primo veras sunt demonstratæ.

¶ Primæ partis sit hoc exemplum, Omne animal rationale est capax disciplinæ, & omnis homo est animal rationale, igitur omnis homo est capax disciplinæ. Hic enim syllogismus conclusionem suam infer ex propositionibus primis & veris, siue primo veris, vt potè quibus alie non sunt priores in veritate aut notiores per quas probari possent. Qui enim hanc propositionem, Omne animal rationale est capax disciplinæ, tenuerit demonstrare per aliam aliquam notiores frustra profusus laborabit: cum inuenire aliam priorem aut notiore, possit nullã, per quã id fiat. Idè est de illa propositione, Omnis homo est animal rationale. Ad intelligendã namque veritatẽ harum duarũ præmissarũ suprapositi syllogismi, non alia ex est opus nisi cognitione terminorum & aliquã experientiã de re quæ est homo. Mox enim ipsæ suæ veritatis certitudinẽ

absque priori demonstratione homini manifestant ratione utenti, ut vocabulorum vim intelligat, & rerum habeat experientiam. ¶ Secunda pars exemplum est hic syllogismus, Omne animal est nutritibile, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est nutritibilis. Procedit namque hic syllogismus, & conclusionem probat, non quidem ex propositionibus primis & veris, cum sint aliae priores & notiores per quas possint demonstrari, ut statim patebit. Procedit tamen ex iis quae per aliqua prima, & vera probari & demonstrari possunt. Maior enim praedicti syllogismi (nempe, Omne animal est nutritibile) sic potest probari, Omne corpus animatum est nutritibile, & omne animal est corpus animatum, et omne animal est nutritibile. Imo & huius syllogismi, maior adhuc per alias priores potest demonstrari, hoc pacto, Omne corpus quod habet animam vegetativam est nutritibile, & omne corpus animatum est corpus quod habet animam vegetativam, ergo omne corpus animatum est nutritibile. ¶ Inter hanc duplicem demonstrationem talis assignatur differentia, ut prior vocetur demonstratio propter quid, altera demonstratio quia est. Nam licet in utraque praemissae probent sufficienter conclusionem eiusque fidem certam & indubitatem efficiant, ille tamen quae sub priore definitioni huius partis comprehenduntur, cum hoc etiam totam causam reddunt ipsius conclusionis, & quare ita se res habeat, ut per conclusionem significatur, manifeste explanant. Propter quod appellantur demonstrationes propter quid, quasi praeter conclusionis probationem simul etiam veram & propriam causam assignantes, quare praedictum subiecto conveniat, ipsamque conclusionem sic proferunt absolunt, ut nihil supersit quod de ea interroget. Causa enim rei cognita & perspecta, nihil est quod ultra possit queri. Demonstrationes autem alterae quae sub posteriori definitionis particula clauduntur, appellantur demonstrationes quia est eo, quod rem quidem probent ita esse & veram esse conclusionem demonstrant, sed non propter quid ita sit manifestant: nec proinde rem penitus absolunt, causam nondum assignantes veritatis ipsius conclusionis. Unde postquam per eiusmodi conclusionem probatum fuerit rem ita habere & veram esse conclusionem, quaestio adhuc superest propter quod res ita habeat. ¶ Quo vero facilius adolescentes intel-

ligant demonstrationum differentiam pluribus exemplis id nobis visum est demonstrare. Haec demonstratio est propter quid. Omnis substantia corporea est mobilis secundum locum & omne corpus est substantia corporea, igitur omne corpus est mobile secundum locum. Haec autem est demonstratio quia est, Omne corpus est mobile, & omne corpus animatum est corpus, igitur omne corpus animatum est mobile. Haec item est demonstratio propter quid. Omne corpus quod est susceptivum quatuor primarum qualitatum agentium adinvicem & ab invicem patientium est corruptibile, & omne corpus elementare est huiusmodi, igitur omne corpus elementare est corruptibile. Similiter & ista, Omne corpus quod non potest suscipere in se qualitates primas activas & passivas est incorruptibile, corpus caeleste est huiusmodi, igitur est incorruptibile. Haec autem sunt demonstrationes quia est, Omne corpus elementare est corruptibile, & omne corpus mixtum est elementare, igitur omne corpus mixtum est corruptibile. Omne corpus caeleste est incorruptibile, & coelum lunae est corpus caeleste, igitur est incorruptibile. ¶ Item haec sunt demonstrationes propter quid in qualitatibus, Omnis habitus per se bonus est laudabilis, & omnis virtus est habitus per se bonus, ergo omnis virtus est laudabilis, Omnis habitus per se malus est vituperabilis, & omne vitium est habitus per se malus, igitur omne vitium est vituperabile. Iste autem sunt demonstrationes quia est, Omnis virtus est laudabilis siue prosequenda, humilitas est virtus, igitur humilitas est laudabilis & prosequenda. Omne vitium est vituperabile, superbia est vitium, igitur superbia est vituperabilis & fugienda. ¶ In quantitate haec sunt demonstrationes propter quid, Omnis quantitas cuius partes copulantur per aliquem terminum communem est divisibilis in partes positionem vel successivam adinvicem habentes: omnis quantitas continua est quantitas cuius partes copulantur &c. igitur omnis quantitas continua est divisibilis in partes positionem vel successivam habentes adinvicem. Item omnis quantitas continua quae habet partes per tempus praesens siue inscans praesens coniunctas, est ex sua natura labilis & semper fugiens: tempus autem est huiusmodi quantitas continua, igitur tempus est ex sua natura labile inconstans semper & praeteriens. Iste sunt demonstrationes quia est. Omnis

quantitas continua ex partibus constat successione vel positionem ad invicem habentibus, & omnis linea est quantitas continua, igitur omnis linea est eiusmodi. Item omne tempus ex sua natura est labile, & omnis hora est tempus, igitur &c. Ad hunc modum in aliis quoque rebus possunt fieri demonstrationes propter quid, & quia est.

## CAP. XXX.

¶ Quæ dicantur prima & vera,

D intellectum definitionis supraposita syllogismi  
A demonstratiui definit Aristoteles quæ sint prima & vera, in hunc modum,

Definitio  
primorum  
& verorum.

Prima & vera sunt, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent.

¶ Quam definitionem sic intellige, Propositiones illæ dicuntur prima & veræ, siue (quod idem est) primo veræ, quarum veritas certa cognoscitur non per alias aliquas propositiones priores & notiores, per quas in demonstratione propter quid possent demonstrari, sed ex seipsis manifestæ sunt tantum habita notitia significationis terminorum, & in quibusdam simul experientia quælibet rerum significatarum. ¶ Et quidem inter hæc prima & vera quædam inveniuntur ita per se manifestæ, ut non opus sit nisi sola terminorum notitia. cuiusmodi sunt ista. Quodlibet totum est qualibet sua parte maius. Si ab equalibus æqualia demas, remanentia erunt æqualia. Quodlibet est vel non est. De quolibet est affirmatio vel negatio, de nullo autem simul. Contradictoria, non possunt simul esse veræ, & alia huiusmodi. In his enim non opus est aliqua experientia, ad percipiendam eorum veritatem. Statim ubi vim verborum intellexeris videbis manifestam veritatem. Quædam vero sunt prima & vera, quæ non sic ex sola terminorum cognitione claræ habent veritatem, sed experientia insuper est opus. Huiusmodi sunt ista, Omne animal rationale est risibile & flebile aut sermocinabile, ut ita loquamur, Omne quod habet gravitatem est mobile deorsum, Omne quod habet levitatem est mobile sursum. Unde patet, quod prima & vera nihil prohibet aliquo modo, quasi per inductionem (quæ ex experientia sumitur) vel etiam per aliqua communia dialectice probari. Non tamē

possunt per aliqua priora simpliciter, & notiora in domostratione propter quid demonstrari, atque ideo prima & vera dicuntur, quia indemonstrabilia: quæ etiam immediata ab Aristotele in posterioribus appellantur.

## CAP. XXXI.

¶ De aliis definitionibus demonstrationis.

X iis autem quæ in principio primi libri posteriorum habet Aristoteles accipiuntur alæ duæ definitiones demonstrationis, quæ breviter hic assignare & explicare libet. Prior est hæc.

Demonstratio est syllogismus scientificus.

¶ Hoc est syllogismus qui facit scire, siue (ut ipsi utar verbis Aristotelis) secundum quem aut per quem ipsum habendo scimus. Ad cuius definitionis intellectum opus est cognoscere quid sit scire. Non enim indifferenter quodlibet cognoscere dicitur scire, secundum proprietatem loquutionis. Definitur autem scire ab Aristotele, hoc pacto.

Scire est causam rei cognoscere, propter quam res est, quoniam illius est causa, & quoniam non est contingere hoc aliter se habere.

¶ Cuius definitionis hic est intellectus. Scire est alieni conclusioni firmiter sine formidine assentiri, ex vi & probatione præmissarum, importantium causam veritatis ipsius conclusionis, cognoscendo quod veritas præmissarum est indubitata causa probationis conclusionis, & quod necessaria sit conclusio veritas per necessariam veritatem præmissarum ita ut sicut præmissæ falsificari non possint, sic neque conclusio possit unquam aliter se habere. Manifestum est autem hanc definitionem non convenire nisi demonstrationi propter quid. Nam demonstratio quia est, non est syllogismus scientificus: quoniam non facit cognoscere causam propter quam res est, sed tantum quid res sit cognoscere facit. ¶ Secunda definitio quam inquit Aristoteles, hæc est.

Altera definitio demonstrationis,

Quid sit scire.

Altera definitio demonstrationes.

Demonstratio est syllogismus ex veris & primis & immediatis & notioribus & prioribus causis que conclusiois.

\*\*\*

Quae definitio, sicut & praecedens, solum demonstrationi propter quid conuenit. In qua primum innuitur demonstratione debere ex veris procedere, non ex falsis: neque ex quibuslibet veris, sed ex primis & immediatis (quae idem sunt & explicant seinuicem) id est, ex talibus propositionibus, quae alias priores non possunt demonstrari. Item ex notioribus debet procedere demonstratio: quonia nisi notiores essent praemissae probanda conclusio, non solum non esset demonstratio, sed neque probatum syllogismus. Item & ex prioribus quoniam causa prior est effectu. Quod nouissime additur, causisque conclusionis demonstratione quia est excludit, quae non est ex causis conclusionis. Sciendum autem est, ea quae hic dicuntur prima & vera & immediata, aliter etiam principia nominari: quoniam videlicet ab illis innum sumuntur cognitionis conclusiones, quae eliciuntur ex eis. Quorum principiorum quaedam sunt communia, quaedam propria. Communia principia illa dicuntur, quae non peculiariter ad unam aliquam scientiam faciunt, sed ad plures adduci possunt. Ut haec principia. Omne totum est maius sua parte. Si ab aequalibus aequalia demas, remanentia erunt aequalia, communia siue generalia principia sunt, quia applicari possunt diuersis scientiis, utpote numeris in Arithmetica, & lineis aliisque magnitudinibus in Geometria, hoc modo, si ab aequalibus numeris aequalia demas, remanentes numeri erunt aequales. Si ab aequalibus lineis aequalia demas, remanentes aequales erunt. Item, omnis numerus totalis maior est sua parte. Omnis magnitudo totalis est sua parte maior. Alia vero sunt principia propria quae non pluribus, sed vni tantum scientiae possunt applicari. Ut hoc principium, Omne animal rationale est capax disciplinae, est principium proprium in scientia de homine. Hoc principium, Omne corpus quod non est susceptum qualitatum aeternatum est incorruptibile, est principium proprium scientiae de corpore celesti, atque ita in ceteris vniuers-

cusque disciplinae propriis principis. Habet enim vnaqueque disciplina siue scientia: sua propria principia, quae non possunt per alia eiusdem scientiae demonstrari: sed in ea praesupponuntur tanquam certa & nota veritatis, ex sola terminorum notitia, vel cum adiuncta experientia rerum. Alioquin processus esset in infinitum, nec posset vlla haberi determinata scientia, cum ab infinitis penderet, quae simul capere non potest ratio hominis. De hac autem demonstratione & usque ad ipsam pertinent, Aristoteles prolixè tractat in libris, quibus titulum posuit posteriorum resolutionum. Verum quia pleraque eorum quae illic dicuntur, mathematicarum disciplinarum cognitionem praesupponunt: quibus imbuti solent esse Philosophorum veterum discipuli, priusquam ad Dialecticam admitterentur (cui rei indicio est quod de Platone legimus, scripsisse illum in introitu scholae suae, Nemo huc ingrediatur ex parte Geometriae) nostra autem temeritate vix usquam eam obseruari videmus consuetudinem. Hac potissimum de causa nobis visum est, Aristotelis illum de demonstratione tractatum non per singula prosequi, sed his paucis contenti pro quocumque inductione adolescentum, de reliquis tractare impraesentiatum supercedemus.

CAP. XXXII.

De syllogismo dialectico.

Dialecticum syllogismum definit Aristoteles, his verbis.

Dialecticus syllogismus est, qui ex probabilibus est syllogizatus.

Definitio syllogismi dialectici.

In qua definitione, syllogizatus idem valet quod collectus, & dispositus secundum formam syllogisticam. Vult itaque definitio illum dici syllogismum dialecticum, qui procedit ex praemissis, non quidem necessariis aut primis & veris, sed probabilibus siue verisimilibus, quatenus veritas licet non sit certa necessaria & infallibilis, est tamen admodum verisimilis & apparens. Quae autem intelligi debeant probabilis, propria descriptione Aristoteles declarat, dum ait.

Probabilia sunt, quae videtur omnibus aut pluribus, aut sapientibus, & his aut omnibus.

Quae probabilis.



nib<sup>9</sup>, aut pluribus, vel maxime pbatis.

In qua definitione innuitur multiplicia probabilia, Quædam enim maxime sunt probabilia, ita ut videantur omnibus ratione utentibus & iudicio sanis, non sapientibus modis, sed etiam rudioribus infimæ plebis. Ut omnis mater diligit filium. Benefacientibus est benefaciendum. Homines diligunt diligentes se, & benefacientes sibi. Quædam non omnino omnibus videntur, pluribus tamen etiam ex vulgo: ut quod melius sit communitatem regi ab vno quàm à multis: quod plur alius principium sit mala. Alia à sapientibus tantè, & alius studio disciplinæ provectis verisimilia apparent. Atque inter hæc quædam omnibus sapientibus videntur, ut Sol maior est tota terra, Quædam pluribus sapientum, ut anima rationalis est immortalis. Quædam maxime probatis, ut mundus initium habet suæ creationis. Generaliter autem sub pbabilibus continentur omnes propositiones veræ, quarum est contingens & non necessaria veritas. Signanter dictum est omnes propositiones veræ: quoniam falsæ propositiones non proprie dicuntur probabiles, nisi sophisticè secundum apparentiam. Unde omnes illi syllogismi qui sunt ex propositionibus contingentibus, veris, & aliquo modo conclusionem probantibus, Dicuntur Dialectici. Ut isti, Omnis mater diligit filium, & hæc est mater, ergo diligit filium. Omne animal movetur, & omnis homo est animal, igitur omnis homo movetur. In hoc autem differunt syllogismus demonstrativus & syllogismus Dialecticus, quod ille generat scientiam, hic opinionem. Est autem opinio assensus alicuius propositionis, sed absque certitudine & omnimoda firmitate, cum quælibet formidine de opposito. Cuiusmodi assensum indicat verbum, videntur, cum in definitione supraposita dictum fuit, illa esse probabilia, quæ videntur. Prima enim & vera non videntur, sed sciuntur: probabilia autem videntur, non sciuntur. Unde sicut supra definitus est syllogismus demonstrativus ab Aristotele, qui est scientificus aut scientiam generans, ita posset definiti syllogismus dialecticus, qui est generativus opinionis. Talis namque assensus cum formidine de opposito (teste Aristotele in posterioribus resolutionibus) vocatur opinio.

De definitione syllogismi litigiosi.  
Syllogismus autem litigiosus ab Aristotele definitur, hoc modo,

Litigiosus est syllogismus, ex his quæ videtur probabilia, non sunt autè, & qui ex pbabilibus, aut ex his quæ videntur probabilia est apparens.

Definitio  
syllogismi  
litigiosi.

Hæc definitio sicut tria habet membra, ita triplicem indicat litigiosum syllogismum. Est enim quidam litigiosus syllogismus, qui plerisque vocatur peccans in materia, qui sub prima parte continetur, quæ dicitur litigiosus syllogismus est, qui ex his est quæ videntur probabilia, non sunt autem. Hoc est, secundum formam quidè syllogisticam recte factus est, & bene procedit sine vitio formæ, sed in materia est defectuosus quoniam assumit propositiones quæ falsæ sive sophisticè videntur esse probabiles cum in veritate non sint probabiles. Huiusmodi enim multa sunt, quæ prima facie videntur esse probabilia & verisimilia, cum in veritate non sunt eiusmodi. Quod si ex aperte falsis procedatur, aut sophisticus litigiosus non dicitur syllogismus, cum nemo per illum falsi posse videatur.

Est quoque syllogismus litigiosus peccans in forma tantum, qui per secundam partem definitionis innuitur, his verbis, Litigiosus syllogismus est, qui ex probabilibus est apparens. Hoc est, qui procedit quidem ex præmissis vere probabilibus, & ita in materia non habet defectum, sed ex illis præmissis non vere colligit, neque rectè infert conclusionem, sed tantum apparenter. Interdum enim assumuntur propositiones veræ & probabiles in antecedente, ad probandam aliquam conclusionem, sed non disponuntur secundum debitam formam syllogisticam: quod quoties fit, dicitur syllogismus litigiosus peccans in forma. Sub tertia autem parte definitionis continentur syllogismus litigiosus peccans in materia simul & forma, cum dicitur, Qui ex his quæ videntur probabilia est apparens: Hoc est, qui apparens & non rectè concludit, idque ex præmissis non vere, sed apparenter

tantum probabilibus. Exempla dantur quantum ad membra singulari definitionis. Hic est syllogismus litigiosus peccans in materia. Nulla opposita sunt simul vera, subcontraria sunt opposita, igitur non sunt simul vera. Maior enim videtur esse probabilis, eo quod multa opposita, videlicet contraria & contradictoria, non possunt esse simul vera. Vere autem non est probabilis, sed falsa. Ista autem est syllogismus peccans in forma. Aliqua opposita sunt simul vera, contradictoria sunt opposita, igitur contradictoria sunt simul vera. Præmissæ enim veræ sunt & probabiles, sed est defectus in forma syllogistica: quoniam ex puris particularibus proceditur. Hic in materia simul & forma peccat. Nulla opposita sunt simul vera quædam subcontraria sunt opposita, igitur nulla subcontraria sunt simul vera. Hic & in materia peccatum est: quoniam maior licet appareat, non tamen vere est probabilis. In forma autem, quoniam altera præmissarum existente particulari, inferitur conclusio vniuersalis, quod est contra regulam syllogismorum. Inter hos autem syllogismos litigiosos, ex Aristotele etiam sententia talis ponitur differentia, ut syllogistica peccantes in materia tantum dicantur, & sint vere syllogismi, secundum definitionem positam in principio libri. Non autem syllogismi qui in forma peccant. Non enim ad veritatem aut bonitatem syllogismi quaeritur ex qua materia sit contexta, vera aut falsa sed hoc quaeritur, an recte colligat, an forma relationis sit bona, an debita sit & syllogistica conclusionis ex præmissis illatio. Vnde patet non valere hanc consequentiam. Hic est litigiosus aut sophisticus syllogismus, igitur est syllogismus: quemadmodum non valet consequentia. Est homo pictus, igitur homo. Litigiosus enim, cum ad formam respicit, determinatio diminuens est, & facit dictum secundum quod. Adhuc Aristoteles prædictis syllogismum falsigraphum, qui sub litigioso videtur comprehendi. Et colligitur ex illius verbis hæc eius definitio.

Definitio  
syllogismi  
falsigraphi

Syllogismus falsigraphus est, qui procedit ex propriis principiis disciplinarum male intellectis.

Hoc est, qui litigiosus est & deficit, propterea quod assumptum fuerit principium proprium alicuius disciplinæ, secundum intellectum non verum. Ut si quis ita argumetur. Omnes lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales lineæ rectæ & lineæ curuæ tendunt ab eodem puncto in idem punctum sunt æquales. Hic syllogismus falsigraphus appellatur, quoniam virtus principii disciplinæ Geometricæ secundum malum intellectum. Verum enim est illud principium, intelligendo de lineis ab eodem puncto in idem ductis per idem spatium. Applicatur autem in illo syllogismo litigioso etiam lineis ductis non per idem spatium.

## CAP. XXXIII.

De enthymemate.

Rursus autem quàm huic libro finem imponamus: iuxta præmissa in exordio, nonnulla dicenda sunt, & de aliis tribus speciebus argumentationis, de enthymemate videlicet, inductione, & exemplo. Appellatur autem enthymema, argumentatio, in qua vnica tantum præmissa expressa & altera suppressa, inferitur conclusio. Ut hæc argumentatio, Petrus est homo igitur Petrus est animal, vnica tantum præmissam exprimit ex qua inferitur conclusio in mente tamen alia tenetur atque suppressa, Ois homo est animal. Propter quod solet enthymema syllogismus imperfectus nominari, cuius videlicet altera deficit præmissa: siquæ si fuerit adiecta, integer erit syllogismus. Ob hoc etiam Græca appellatione enthymema dicitur talis argumentatio, quod in mente siue cogitatione altera præmissarum occultetur vna tantum expremenda; plerumque ob festinationem, & quia supponitur verum esse ac notum quod tacetur, ut ipsum proferri non sit opus. Vnde à Boëtio ita definitur enthymema.

Enthymema est oratio, in qua non omnibus præmissis antepositis, festinata inferitur conclusio.

Aristoteles verò ita ipsum definit.

Enthymema est syllogismus ex icotibus & signis.

Dux definitiones  
enthymematis.

¶ Pro cuius definitionis intellectu sciendum est quid sit icos, & quid signum in proposito. Icos Græco vocabulo appellat propositionem in se probabilem & consistentem veritati, siue verisimilem: quæ nimirum ut plurimum solet habere veritatem, soletque serè ita euenire ut ipsa significat, tan-etsi non profuso ita sit necessaria, ut nunquam aliter possit contingere. Ut hæc propositiones. Homines diligunt benefacientes sibi, Homines odiumt malefacientes sibi omnis mater diligit filium. Filii diligunt parentes, & huiusmodi. Plerumque enim hæc ita inueniunt, tametsi non omnino perpetuam habeant & universalem veritatem, cum aliter interdum euenire videantur. Signum vero appellat propositionem demonstratam aut necessario illatam alterius siue ipsa in se sit probabilis siue necessaria. Vnde icos siue probabile in se consideratur, signum vero per comparationem ad illud quod inferitur ex ipso secundum necessariam consequentiam. Ut lac habere in mammillis, signum est coniunctionis cum viro, Ex ista enim, Mulier habet lac in mammillis, necessario sequitur, mulierum viro fuisse coniunctam. ¶ Cum igitur Aristoteles definiendo enthymema, ipsum dicit esse quod ex icosibus consistit & signis, materiam indicat unde fiant enthymemata, nempe ex propositionibus in se probabilibus & ex propositionibus conclusionem, necessario inferentibus atque probantibus. Eademque propositio recte dicitur icos & signum: icos quidem quatenus est in se probabilis, signum vero, quatenus necessario inferit conclusionem, atque ut profuso generalis & omnimodis sufficiens inueniatur definitio, videtur icos dicenda etiam propositio probabiliter inferens conclusionem qualiscunque in se fuerit. ¶ Sciendum autem est, omne enthymema posse reduci ad perfectum integrumque syllogismum, per additionem propositionis quæ subintelligitur, cum ea quæ exprimitur. In enthymemate enim sunt tres termini, sicut in syllogismo, quorum primus solum est in antecedente & conclusionem non ingreditur: & hic mediū locum habet, atque in reductione enthymematis ad syllogismum accipiendus ille est pro medio. Reliqui autem duo termini sunt maior & minor itas, & minor extremitas: quorum alter tantum semel ponitur, nempe in conclusione tantum, alter vero bis. Propositio autem supplenda debet componi ex medio & termino illo

qui semel tantum in enthymemate ponitur: ac iuxta exigentiam huius propositionis supplenda cum altera expressa, fiat syllogismus in modo & figura ad quem fiat reductio. ¶ Ut (exempli gratia) ad complendum hoc enthymema Petrus est homo, igitur Petrus est animal, hæc accipio propositionem, Omnis homo est animal, quæ componitur ex medio homo & termino animal, qui semel tantum in enthymemate conclusionem ponebatur, præmissisque dispositis in Darii sit integer syllogismus, hoc modo. Omnis homo est animal, & Petrus est homo, igitur Petrus est animal

¶ Fit autem reductio enthymematis interdum ad primam figuram, interdum ad secundam, interdum ad tertiam, secundum variam habitudinem propositionis supplendæ & propositionis expressæ adiuicem. De prima figura, iam exemplo ostensum est. Per secundam figuram, hoc enthymema, Ista mulier non est pallida, ergo non peperit, sic reductitur, Omnis mulier quæ peperit est pallida, ista mulier non est pallida, igitur non peperit. Istud vero enthymema, Homo est rationalis, igitur animal est rationale, reductitur per tertiam figuram, hoc modo, Homo est rationalis, & omnis homo est animal, igitur animal est rationale. Vniuersaliter autem quando subiectum conclusionis est subiectum antecedentis enthymematis, tunc in reductione supplenda est maior: quando autem prædicatum conclusionis est etiam prædicatum antecedentis, tunc deest minor. Patet hoc manifeste in exemplis propositis.

¶ Interdum vero inueniuntur enthymemata, quæ ex quatuor terminis, componuntur diuersis. Vtrum hæc non sunt simplicia enthymemata, sed virtute sunt plura, quoniam in plura resoluntur, ac deinde per plures syllogismos reductuntur. Ut cum ita argumentamur, Homo currit, igitur animal mouetur, enthymema istud in duo resoluitur: quoniam primum est, Homo currit, igitur animal currit: secundum vero, Animal currit, igitur animal mouetur. Primum sic reductitur, Homo currit & omnis homo est animal, igitur animal currit. Secundum sic, Omne quod currit mouetur, animal currit, igitur animal mouetur. Vniuersaliter autem cognoscitur enthymematis bonitas vel defectus, ex hac reductione. Sic enim ad syllogismum bonum reduci potest enthymema, bonum erit (si autem malum fuerit syllogismus ad quem reductitur) malum quoque fuisse

enthymema deprehenditur.

## CAP. XXXV.

## ¶ De inductione.

Tertia species argumentationis est inductio, quæ ita solet definiti.

**Inductio est à singularibus ad vniuersale progressio.**

¶ Hoc est, talis aliqua argumentatio, in qua à singularibus siue minus communibus sufficienter enumeratis, procedatur ad vniuersale siue magis commune, ipsum sumendo vniuersaliter. Vt hæc est inductio. Iste ignis est calidus, & ille ignis est calidus; atque ita in cæteris omnibus singularibus ignibus, igitur omnis ignis est calidus. Negatiue sic. Iste ignis non est frigidus, & ille ignis non est frigidus, atque ita in cæteris omnibus, igitur nullus ignis est frigidus. Nō est autem opus semper accipere singularia individua. Potest enim fieri inductio à minus communibus ad magis commune, vt pote à speciebus ad genus, hoc modo. Omnis homo sentit, & omnis leo sentit, atque ita in cæteris omnibus speciebus animalis, igitur omne animal sentit. ¶ Hoc autem diligentissime semper obseruandum est in inductione, vt singularia siue minus communia sufficienter enumerantur: hoc est, vt omnia enumerentur, vel explicite, vel vt minimum implicite, quod fit per hanc particulam, & ita de omnibus aliis, vel aliam æquiualentem, in qua omnia enumerentur implicite, quæ propter suam infinitatem vel multitudinem nimiam non possunt enumerari sigillatim. Species enim licet vtunque possint enumerari, quamquam & hoc interdum cum magno labore, individua tamen nunquam possunt, vt pote infinita, quæ certo numero nequeunt comprehendi. A singularibus autem non sufficienter enumeratis, nequaquam valeret inductio. Non enim sequitur, Ille homo est stultus, & ille est stultus, atque ita in aliis pluribus, igitur omnis homo est stultus. Non enim ad illationem eorum quæ simpliciter est vniuersalis, sufficit plurima inducere singularia, sed omnia oportet adducere. ¶ Quando autem à speciebus ad genus, siue à minus communibus ad magis commune proceditur, non sufficit omnes species enumerare parti-

culariter, sed vniuersaliter enumerari eas oportebit. Non enim valet hæc inductio. Aliquis homo quiescit, Aliquis equus quiescit, atque ita in omnibus speciebus animalis, semper aliquod ei<sup>9</sup> individuū quiescit, igitur omne animal quiescit: sed ita procedendū est, Omnis hō quiescit, & oīs equus quiescit, atque in cæteris speciebus singularū omnia individua quiescunt, igitur omne animal quiescit. ¶ Veruntamen vbi terminus ad quem fit inductio poneretur vniuersaliter non complete, sufficeret omnes species particulariter enumerare. Pro cuius intellectu sciendum est, signū vniuersale additum termino generico, interdum ipsum distribuere pro vniuersis individuis sub se & omnibus suis speciebus contentis. Atque ita communiter solet intelligi propositiones vniuersales. Interdum autem, sed rarius, signum vniuersale additum termino generico facit ipsum accipi vniuersaliter, tantum pro singulis speciebus, ita vt non opus est ad talis propositionis veritatem, siquæ omnium specierum individua predicato vere subici, sed tantum ipsas species particulariter sumptas. Vt in hac propositione. Omne animal fuit in arca. Noe, cuius sensus est, Quilibet species animalis fuit in arca Noe. Ita huius negatiue, Nullum animal defuit in arca Noe, sensus est, Nulla species animalis defuit in ea. Ita cum dicimus, In hac mensa est omne vinum, In hac sylua inuenies omnes feræ. Hæc regio omnia producit animalia. Omnia quæ apponuntur fidelibus, manducantur ab eis. In his atque huiusmodi propositionibus incomplete vniuersalibus, non fit pro singulis individuis distributio, sed pro speciebus seu minus communibus tantum. Vnde ad eas referendas per inductionem, non est opus singula individua adducere, nec explicite nec implicite, sed omnes species sufficit particulariter enumerare.

¶ De hac quoque specie argumentationis peculiariter notat Aristoteles, quod per eam conuenienter possunt probari principia demonstrationum, quæ aliter demonstrari siue probari non possunt. Vt istud principium, Omne totum est maius sua parte, & illud totum est maius sua parte, atque ita in aliis, quam videtur totum aliquod quod non sit sua parte maius, igitur omne totum est maius sua parte. Item ista, Omne animal rationale est discipline capax, per inductionem optime

probatur, hoc modo, Istud animal rationale disciplinam capit, & item illud, atque ita in cæteris, igitur omne animal rationale est capax disciplinæ. Rursum hoc principium commune. Nullæ contradictoriæ possunt simul esse veræ aut simul falsæ, non aliter nisi per inductionem potest ostendi. Quod autem per inductionem ostendit possint principia demonstrabilia, inde est, quia inductio à singularibus procedit, quæ sunt vota sensui. Intellectus autem iudicium, præsupponit iudicium sensus & eo adiuvatur. Unde quævis per syllogismum, qui est intellectus, nõ possint probari per inductionem tamen, quæ sub ministrat sensus, utique possunt. ¶ Docet quoque Aristoteles, inductionem posse reduci ad syllogismum. Quod hoc modo fiet. Accipiendum est distinctum ex omnibus singularibus pro medio, & terminus ille ad quem sit inductio pro minore extremitate, prædicatum autem erit, maior extremitas, Vt hæc inductio. Ille ignis est calidus, & ille ignis est calidus, atque ita in aliis, igitur omnis ignis est calidus, sic reducitur, Omne quod est ignis vel ille ignis, &c. est calidum: & omnis ignis est iste ignis, vel ille ignis, vel alius aliquis, igitur omnis ignis est calidus. Negativa inductio sic reducitur. Nihil quod est iste ignis vel ille ignis vel alius quispiã est frigidum, & ois ignis est iste ignis vel ille ignis vel alius quispiã, igitur nullus ignis est frigidus.

## CAP. XXXVI.

¶ De exemplo.

Varta argumentationis species est, exemplum: quæ sic ferè se habet ad inductionem, sicut enthymema ad syllogismum. Quemadmodum enim enthymema dicitur syllogismus quædam imperfectus, & ad syllogismum reducitur sic exemplum dicitur quædam imperfecta inductio, & ad inductionem quodammodo reducitur. Definitur autem sic.

Definitio  
exempli.

Exemplum est, quando vnũ particulare probatur per aliud, propter aliquid simile in ambobus inuentum.

¶ Hoc est, exemplum est argumentatio talis, in qua proceditur ab vno singulari vel particulari, ad probandum aliud particulare nem vel singulare, ex ratione alicuius similitudinis inter abo illa inuenit. Vt cũ sic colligimus, Niniuitis, licet

peccatoribus pepercit deus: quoniam egerunt penitentiam, igitur & nobis parceret deus si egerimus penitentiam, Sodomitæ male perierunt, quia peccatores erant & non egerunt penitentiam: igitur & nos male peribimus, si non agamus penitentiam peccatorum. Corinthii facile à pseudæ pollolis corruptebantur, propter rerum omnium obportum maris commodum abundantiam: igitur & Antuerpienses facile corrupti poterunt ab hæreticis, quod & ipsi similibus omnium rerum ex commodo portu effluencia lasciuant. ¶ Hoc modo argumentamur à similibus à maiori, & minori, de quibus posteriorius suo loco dicitur. Estque hic modus argumentandi in moralibus utilissimus, & ad monendum atque persuadendum efficacissimus. Nusquam enim melius homo excitatur aut prouocatur, quam aliorum egregijs exemplis propositis: neque melius à noxiis deterretur quam aliorum periculis ante oculos expositis: quæ exemplarem argumentationem pulchre fiet, ex paucis exemplis est manifestum. ¶ Observandum est autem potissimum in hac argumentatione, vt similitudo illa quæ adducitur ad rem pertineat, id est, causa sit quare prædicatũ antecedentis subiecto conueniat. Non enim ad exemplarem argumentationem sufficit quælibet similitudo, quoniam non sequitur, Iudas male perit, igitur & petrus male perit: quoniam ambo fuerunt homines, aut ambo Apostoli, aut ambo peccatores. Siquidem hæc similitudo nihil ad rem facit, id est, causa non est conuenientie inter subiectum & prædicatum antecedentis. Non enim ideo perit Iudas, quia homo, neque quia Apostolus, imo neque quia peccator fuerat: sed quia post prodicionem magistrũ, desperans de misericordia, factus est sui perditor. Hæc autem similitudo in Petro, non inuenitur, qui bonam egit penitentiam, superauitque in dei misericordia. Si autem sic colligat, Iudas male, perit, igitur & pilatus, & cæteri Iudæi male perierunt: quoniam sicut ille ita & isti dominum perdidit, & non egerunt dignam penitentiam, ita bonam habebis argumentationem exemplarem. Hic enim similitudo inuenitur in vitroque particulari, quæ ad rem faciat maxime. ¶ Docet autem Aristoteles exemplum reducere, partim ad inductionem, partim ad syllogismum. Accipiendo enim primum particulare, inferetur ex illo per inductionem imperfectã propositio vniuersa-

Et deinde ex vniuersali proceditur ad aliud particulare, quod inferitur in conclusione exempli. Ut hoc exemplum. Iudas male perit, igitur & Pilatus, sic redigitur, Iudas male perit, quia mortis Domini auctor fuit, nec egit dignam poenitentiam, igitur omnis qui mortis Domini auctor fuerit, nec poenitentiam egit male perit. Deinde sub hac vniuersali ita subsimitur, Pilatus auctor fuit mortis Domini nec egit poenitentiam, itaque postremo inferitur alterum particulare, igitur Pilatus male perit. His autem quatuor argumentationum speciebus ita vtcunque declarans, quarti libri Dialectica considerationis finem hic faciamus, atque ad locos dialecticos transeamus.

¶ Deo semper & vbique gloria.

## LIBER QUINTVS CON Syderationis dialecticæ qui de locis dialecticis inscribitur

### PRAEFATIO.

Dialectica omnis, Marco Tullio & Severino Boëtio testibus, iudicio & inuentione constat. Cum itaque ars iudicandi, Graecis critica dicta, Latinis iudicialis, quantum ad formas attinet argumentationum, praecedenti libro vtcunque sit absoluta, superest altera quæ Graecis topici, Latinis localis dicitur, praesenti hoc libro tractanda. In quo hoc potissimum elaborandum est, vt ordine congruo locos quosdam designemus, è quibus ad vnam quamque propositam, quaestionem facile deprimi possit conueniens argumentum. Enim vero (iuxta Marci Tullii testimonium) sicut earum rerum quæ absconditæ sunt, demonstratio & notatio loco facilis est inuentio, sic cum peruestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. Id quod & Quintilianus libro quinto Oratoriarum institutionum pulchre testa-

D

tuus libro quinto Oratoriarum institutionum pulchre testa-

tur, Non omne inueniens argumentum vndique venit, idèoque non passim quaerendum est. Multis enim alloquit error est: exhaustioque labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inueniri nisi casu. At si scierimus vbi quicquam nascatur, cum ad locum ventum erit, facile quid in eo erit peruidetimus. Hæc ille, Non immerito proinde reprehendam existimauit. Tullius toxicorum negligentiam, qui indicandi vias diligenter persequuti, inueniendi artem, & vsu potiore, & natura priorem, totam reliquerunt, Aristotelis verò diligentiam ex aduerso censuit. Comendendam, utpote qui vtramque copiose traiauerit. Quem vt artis huius principem, nos quoque pro virili insequentes, dialecticos locos fideliter apperimus: ordinem tamen qui apud illum confusior & minus digestus ab eius Commentatoribus Themistio atque Boetio (qui in eadem hac arte diligentissime laborauerunt,) accipiemus. Ab his enim in certiore quendam ordinem redacti sunt loci illi, qui ab Aristotele confusius sparsi fuerant: vt fere solent primi rerum inuectores minus ordinate res singulas locis suis constituere, quod à posteriorum est diligentia prestolanda. Vt enim res ipsas primum inuenire est difficillimum, ita post inuentionem non ita magni est negocii in ordinem inacta redigere. Prius autem quam ad notandos locos transeamus, quid locus sit, & quomodo diuidatur, explicemus.

### CAP. I.

¶ Quid sit locus, quid item locus maxima & differentia maxime.

L

Ocus à Boetio ita definitur. Locus est sedes argumenti, vel id à quo ad propositam quaestionem conueniens trahitur argumentum. Pro cuius definitionis intellectu primum sciendum est quid sit argumentum.

Appellamus autem argumentum rationem quæ rei dubie facit fidem, id est propositionem aliquam quæ adhiberi potest ad propositionem aliam probandam cuius est dubia veritas, & de qua habetur quaestio, in quo manifesta est differentia argumentationis ab argumento. Argumentatio enim complectitur argumentum probans, conclusione quam pro-

Definitio loci.





his, quomodo tam locus maxima quam locus differentia maxima dicatur sedes argumenti, & quomodo ab utroque trahantur commoda argumenta ad propositas quaestiones. Manifestum item relinquatur, quid intersit inter locum maximam & locum differentiam maximam. Et licet nonnulli praedictam definitionem ita distinguant, ut partem prioris peculiariter accommodent maximis, posteriorem solis maximarum differentis, nobis tamen commodius videtur, utraque partem ad utrumque locum referre, ac partem posteriorem quod ammodo declarationem prioris esse, atque ob id a Boetio posteriorem adiectam, ad elucidandam Ciceronis definitionem, qui locum generaliter definiens, hoc tantum dixit, locum esse sedem argumenti.

CAP. II.

De loco intrinseco, extrinseco, & medio.

A

Signantur autem loci diversi, secundum diversam habitudinem termini inferentis & termini illati, siue argumenti & conclusionis quae probanda proponitur. Vnde locus dividitur in locum intrinsecum, extrinsecum,

& medium. Quarum specierum differentia ex ipsis earum definitionibus cognoscitur, quae sunt haec. Locus intrinsecus est, quando sumitur argumentum ab his quae sunt de substantia rei de qua quaeritur. Locus extrinsecus est, quando sumitur argumentum ab his quae sunt omnino separata a substantia rei de qua quaeritur. Locus medius est, quando sumitur argumentum ab his quae partim conveniunt, & partim differunt. Pro quarum definitionum intellectu adverte proposita quaestione aliqua dubitabili, ad eam probandam adferri interdum argumentum ab aliquo quod ad substantiam pertineat rei de qua fit quaestio. Ut si proponatur quaestio. Num omnis homo sit capax disciplinae, ad hanc quaestionem determinandam adfero argumentum ab ipsa hominis definitione, quae proculsubio ad ipsius substantiam siue essentiam spectat, & talem conficio argumentationem. Omne animal rationale est capax disciplinae, igitur omnis homo est capax disciplinae, Locus proinde tam maxima quam differentia maxima. Vnde hoc argumentum depromptum est, locus vocatur

Quid locus intrinsecus extrinsecus &

intrinsecus. Interdum vero argumentum sumitur ab eo quod profus est extra substantiam eius, de quo quaeritur, estque omnino illi extraneum. Ut si proponatur quaestio. Num humilitas vitium sit? adhibebitur argumentum a contrario, hoc pacto argumentando. Humilitas est virtus, non est igitur vitium. Hic manifeste cernis, argumentum duci a virtute ad vitium, quae penitus sunt adinvicem aliena. Interdum vero argumentum docitur ab eo quod partim convenit cum eo de quo fit quaestio & partim differt. Ut si quaeratur, num iustitia sit bona? ad quaestionis dissolutionem adfero argumentum.

Qui iustus est, bonum est igitur iustitia est bona. Hic a iusto ad iustitiam argumentum docitur. Inter autem iustitiam & iustum, est aliquid differentiae & aliquid convenientiae. Differunt enim in finali terminatione, atque in minus principali significato. Conveniunt autem in significatione praecipua. Vnde enim eandemque rem concretum & abstractum ex significato principali important, quemadmodum in principio libri secundi, capite de denominationibus, meminimus declaratum.

Solet quoque locus intrinsecus subdividi, in locum a substantia & a concomitantibus substantiam. Locus a substantia dicitur, quando sumitur argumentum ab his quae sunt de substantia rei de qua quaeritur. Cuiusmodi proprie solum est locus a definitione, qui pro argumento sumit totam ipsam essentiam siue substantiam rei de qua quaeritur. Adiunguntur tamen illi duo alii, a descriptione, & nominis interpretatione. Ille quidem eo quod definitionis loco plerumque uti soleamus descriptione, propter imbecilem nostri ingenij captum. Vnde fit, ut veras & intimas rerum differentias perspicere non valeantes, propriis & accidentibus eas cogamine distinguere. Hic vero propter cognationem & similitudinem: & quia quodammodo ipsa nominis interpretatio videtur includi in nomine ad eum modum quo substantia rei intra ipsam includitur.

Locus autem a concomitantibus substantiam dicitur, quando non sumitur quidem argumentum ab ipsa rei de qua quaeritur substantia, sed ab aliquo quod substantiam concomitatur. Vt pote a partibus eius, siue essentialibus siue integralibus, quae non sunt tota ipsa rei substantia: vel ab accidentibus aliquibus, utur, & communiter accidentia di sunt genera io, corruptio, visus, & communiter accidentia

Locus a substantia.

Locus a concomitantibus substantia.

vel quæ aliquo modo intrinseca sunt & vicina, siue spectantia ad esse rei, vt sunt causæ, materialis, formalis, efficiens, finalis, locus item & tempus. Ac proinde ab his omnibus cum argumenta sumuntur, ex locis dicuntur erui, qui à concomitantibus substantiam nominantur, Quot autem sunt, & qui, loci extrinseci, & medi, in consequentibus suo ordine aperiemus.

## CAP. III.

## ¶ De loco à definitione.

Acta generali locorum diuisione restat de vnoquoque sigillatim pertractare, atque ex singulis quomodo argumenta ducantur, commodis exemplis ostendere. Quam considerationem ingredientibus, primus se offert locus à definitione, qui vnus proprie locus à substantia meretur appellari. Definitur autem sic, Locus à definitione est, habitudo definitionis ad definitum. ¶ In qua definitione, manifestum est, per locum intelligi ipsam habitudinem quæ est inter definitionem & terminum qui definitur, tanquam inter terminum inferentem & terminum illatum. ex cuius habitudinis vi, argumenta secundum hunc locum sumuntur quæ quidem habitudo signatur hac oratione, locus à definitione ad definitum. Atque ad hunc modum in sequentibus licebit singulas loci species describere. Vt (exempli gratia) locus à toto est habitudo totius ad partes, locus à causa est habitudo causæ ad effectum: atque ita in cæteris. ¶ Definitio autem sic solet describi, Definitio est oratio indicans quid est esse rei, per essentialia. Hoc est, quæ monstrat siue declarat quidnam sit res illa quæ proponitur, idque per substantialia siue essentialia, vt sunt genus & differentia: quæ sola dicuntur rei essentialia, suntque tota ipsius essentia. Genus enim & differentia (vt ex prædicabilibus patet) tota sunt speciei essentia. Vt animal rationale, est definitio hominis: corpus animatum sensibile, est definitio animalis: substantia corporea, est definitio corporis: substantia incorporea, spiritus habitus bonus, virtutis: habitus malus, vitij. ¶ Ab hoc autem loco sunt argumenta quatuor modis, nimirum affirmatiue duobus, & negatiue item duobus. Primo affirmatiue, ex parte subiecti. Sit quæstio, Num omnis homo sit æternæ beatitudinis capax? ita

Locus à definitione.

Definitio quid sit.

terminabitur quæstio. Omne rationale animal est æternæ beatitudinis capax: igitur omnis homo est eiusmodi. Sit quæstio, Num virtus sit expectanda, & vitium fugiendum? sic terminabitur. Habitus bonus semper est expectandus, igitur & virtus. Habitus autem malus semper fugiendus, igitur & vitium. Maxima harum argumentationum cõstitutiuâ hæc est, Quicquid prædicatur de definitione, prædicatur nem de definito. ¶ Secundo affirmatiue sit argumentatio, ex prædicati. Sit quæstio, Num concha sit animal? (quod dubium videri potest, ex eo quod non ita multis sensibus vigere conspiciatur vt cætera, animalia, nec similem habere motum) Ad hanc quæstionem terminandam sic argumentabimur. Concha est corpus animatum sensibile (habet enim sensum tactus, quod mōstrat experientia) igitur est animal. Sit quæstio, Num humilitas sit virtus? ita terminabitur. Humilitas est habitus bonus, igitur est virtus: superbia verò, est habitus malus, igitur vitium. Maxima huiusmodi argumentationis roboratiua, hæc est, De quocunque prædicatur definitio, de eodem & definitum. ¶ Negatiue item diximus duobus modis fieri argumentationem. Primo, ex parte subiecti. Sit quæstio, Num vltimum brutorum sit capax disciplinæ? ita terminabitur, Nullum animal irrationale est capax disciplinæ, igitur nullum brutum. Sit rursum quæstio, Num vlla virtus vilescere faciat habentem, aut vllam vitium exornet habentem? ita terminabitur, Nullus habitus bonus potest vilem reddere possessorem, nullus item habitus malus exornare, igitur nulla virtus potest vilescere habentem, & nullum vitium exornare. Maxima vnde sumuntur hæc argumenta, est, Quicquid negatur de definitione, & de definito negatur, Ex parte autem prædicati sic argumentamur. Sit quæstio, Num simia sit homo? ita terminatur. Simia non est animal rationale, igitur, non est homo. Sit quæstio, Num scientia sit virtus? ita terminatur, Scientia non est habitus bonus, igitur non est virtus. Quæratio de perpetuo, num ipsa sit vitium? dicimus non esse, quia ipsa non est habitus malus. Maxima vnde huiusmodi argumentationes robore accipiunt, hæc est, De quocunque negatur definitio, & definitum. ¶ Possent tamen quatuor hæc maxime in duas istas concludi, Cum quo conuenit definitio: X ij

cum illo & definitum conueniet. Cum quo non conuenit definitio, cum illo nec definitum conueniet. Dux siquidem priores in prima includuntur, posteriores dux in secunda.

## CAP. IIII.

De loco à definito ad definitionem.

Vemadmodum autem nunc à definitione ad definitum processum est, ita conuerso ordine procedere licebit à definito ad definitionem: appellabiturque locus à definito. Tot autem modis argumentari hinc habebit, quod modis supra in loca à definitione assignantur. Et quidem interdum probatiuæ satis erunt hæc argumentationes, cum videlicet aliquid notius conuenit definito quam definitioni, aut cum notius alicui conuenit definitum quam definitioni. Vt si quis dubitet, num morio (cui nihil inest actualis vius rationis) animal sit rationale, sic terminabitur questio: Morio est homo, est igitur animal rationale. Antecedens enim est notissimæ veritatis, ac proinde cõsequens recte probat, quod alicui posset dubium videri, ex eo quod ratione non videatur vi moriones. Rursum, si quis forsitan de elephanto aut simia aliquo modo ratione vi in quibusdam, quibus admodum appropinquant modo agendi hominum, ita terminabitur questio. Elephantis & simia non est homo, neque igitur animal rationale. Prædictarum autem argumentationum hæc sunt maximæ. De quocunque prædicatur definitum, de eodem & definitio. De quocunque negatur definitum, de eodem & definitio. ¶ Rursum sit questio, num aliquid inueniri possit ratione animal, quod nunquam vtatur ratione? ita terminabitur. Plerique homines nunquam ratione vtuntur, igitur quedam animalia rationalia nunquam vtuntur ratione. Sit questio, Num aliqua animalia irrationalia possint doceri? sic terminabitur. Quaedam bruta possunt doceri vt canes & elephanti, & alia pleraque, igitur quedam irrationalia animalia doceri possunt. Maxime, Quicquid prædicatur de definito, prædicatur & de definitione. Quicquid negatur de definito negatur & de definitione. ¶ Est autem generaliter hoc sciendum, quod propriæ passionis notius & clarius conuenit ipsi definitioni quàm definito, eo quod definitio explicet substantiam sine essen-

tiam, ex qua proprietates naturaliter effluit. Ob hoc, dum proprium ostenditur inesse definito, per definitionem, probatiua est argumentatio. Cum vero proprium ostenditur inesse definitioni, per definitum, non probatiua erit. At vero accidentia, potissimum singularia siue Peculiaritatis notius conueniunt definito, quàm definitioni eo quod ab essentia quam explicat definitio non efficiantur, sed rei conueniunt potius ratione singularitatis vel materiæ. Ob hoc, dum accidentis aliquid monstramus conuenire definitioni ex definito, probatiue satis procedatur: dum autem e contrario, non probatiue.

## CAP. V.

De locis à descriptione, & nominis interpretatione.

Escripito est oratio indicans esse rei per accidentia, id est per propria, vel accidentia, quibus, à cæteris discerni possit, vt animal risibile, est descriptio hominis, Animal rudibile, asini. Habitus laudabilis, descriptio est virtutis, habitus vituperabilis vitii. Ex accidentibus, Vt animal habens liberum arbitrium suorum arbitrium, est descriptio hominis. Illud verò neutiquam prætereundum est, quod admonet Rodolphus Agricola, & ante eum Boetius propter veterum definitionum maximam penuriam, plerumque loco definitionum dari descriptiones. Cum enim tam inbecille sit humanum ingenium vt vix vllarum differentiarum præter vnam rationale aut alias pauculas, possit habere notitiam, sit vt neque veras definitiones, quæ ex vero genere & vera differentia debent componi, præter vnam, aut alteram habeat. Exemplo sunt philosophorum definitiones, quæ fere omnes nil aliud quam descriptiones sunt, ex accidentibus rerum cõstare. ¶ Parum autem refert quæ reati verum fructum horum locorum, si non semper verissimum genus & verum proprium habeat. Sufficit enim, horum loco aliquid eius quam fieri potest, viciniam inuenire. Quod si verum proprium inueniri facile non potest, ex multis accidentibus in vnum conflat, longiori verborum ambitu, descriptionem licebit conflare. Vt verbi gratia, asinus vero genere & vero proprio sic potest breuissime describi. Asinus est animal rudere natum siue rudibile. Per accidentia verò, si cum velis describere, inuenies in asino solidos pedes, numero quatuor, aures longas, & fecunditatem partus. Quibus in vnum collectis accidentibus,

Quid sit descriptio.



## DE LOCIS DIALECT.

ita licebit affinum describere, Affinus est animal quadrupes, solidis pedibus, auritum, & fecundum: Ad eundem modum licebit singulis naturis rerum diligenter inuestigatis, siue proprias passionis, siue per accidentia propria, quam libet rem depingendo describere. Quam differentiam ipsa quoque nomina definitio & descriptio per se indicant. Est enim definire, rem tota sua essentia finire, & velut terminare. Describere vero solam deformatione crassam & figuralem delineatione importat. Quia tamen (vt dictum est) rite admodum sunt veræ definitiones, cogimur plerumque descriptionibus huiusmodi accidentalibus illarum loco vi. Propter quod, Cicero & Themistius hos duos locos in vnum concluderunt. Distinxerunt vero Boëtius, & post eum Agricola, cæterique Boëtio posteriores.

De nominis interpretatione.

¶ Nominis vero interpretationem nemo auctorum neglexit quippe cuius est ad plurima vsus accommodatissimus, ut presertim qui vtranque linguam, aut etiam plures probe callent id, quod aperte. M. Tullius testatur, dicens, notatione (scilicet enim ille appellat interpretationem) multa in disputando elici ex verbo. Sic exempli gratia, quaestio, Num dialectica sit impendenda operata nominis interpretatione ita licet argumentari. Dialectica ars est disserendi, huic studendum nemo dubitat, est igitur studendum dialecticæ, & ita de aliis scientiarum nominibus, Grammaticæ, Rhetoricæ, Arithmeticæ, Geometricæ, Astronomiæ, quarum sunt hæc interpretationes, Grammatica est ars literaria, Rhetorica, ars recte eloquendi, Arithmetica, ars recte supputandi, Geometria, ars terras mensurandi, Astronomia, ars astrorum normam tradens. ¶ Est autem interpretatio, non rei definitio: sed nominis etymologica explanatio siue explicatio, quam logici definitionem nominis vocant, atque ita definiunt. Interpretatio est nominis minus noti per aliud magis notum explicatio. In hoc enim differat a definitione & descriptione: quod hæc rem ipsam, siue per essentialia, siue per accidentalia determinant illa vero tantum nominis rationem & significationem declarat, Græci quod non interpretationem dicimus Boëtium insequens etymologia appellat, quod Cicero verbum ex verbo interpretatur veriloquium. Siquidem etymon Græce significat verum, logos orationem. Cicero autem in libris Topicis fugere se dicens

## LIBER V.

172

ocabuli huius nouitatem, quod ipse non satis aptum iudicabat, notationem maluit dicere, quod verba sint rerum notæ. Aristotelem vero rei notam dicit symbolum appellasse.

¶ Funt autem ab his duobus locis argumentationes ita per omnem modum vt supra ostendimus, in loco a definitione, affirmatiue scilicet atque negatiue, subiiciendo & prædicando. A descriptione quidem sic argumentabimur, Nullus habitus laudabilis vilescere facit habentem, nulla igitur virtus. Contra vero, quilibet habitus laudabilis exornat possessorem, igitur qua libet virtus id facit. Mansuetudo est habitus laudabilis, est igitur virtus. Scientia non est habitus laudabilis (scientia enim non inem per se laudabilem efficit) non est igitur virtus. Maximæ harum argumentationum roborauit hæc sunt, Quicquid prædicatur de descriptione, prædicatur item de descripto. De quocunque prædicatur descriptio, de eodem & descriptum. Quicquid negatur de descriptione, & de descripto negatur. De quocunque negatur descriptio, descriptum de eodem negabitur.

¶ Ab interpretatione quoque tot modis arguere potest. Sic quaestio, Num Iesus peccatores debuit suscipere, atque cum eis conuersari ita terminabitur, Saluatorem atque sanatorem animarum decebat peccatores suscipere, ergo Iesum id decebat. Quæritur, Num aduersus Christum, Iudæi iuste blasphemias conficiebant? respondendum, non iuste id factum ab illis, quoniam in vnum domini nequaquam phas erat conuicia tacere. Ita ostendimus euangelio credendum esse, atque euangelizantibus esse administranda necessaria, quoniam bono nuncio cælestis regni toto corde erat acquiescendum, & eiusmodi cuncti gratissimis annunciatoribus omni iure erant subministranda corporis necessaria. Ita ostendimus monacho non conuenire discursum superuacuum per vicos ac civitates, quoniam solitatio id minime conuenit. Sic verum philosophum docemus non debere auarum esse aut ambitiosum, quoniam verus amator sapientiæ huiusmodi esse non debet. Ita clericum ostendimus non debere se ingerere secularibus negotiis: quoniam in sortem Dei segregatum id minime decet. Maximæ verò harum argumentationum loci, ex prædictis relinquuntur notæ. Cum quocunque enim conuenit interpretatio, cum eodem & interpretatum: de

cum quocunque illa non conuenit, nec istud conueniet.  
 ¶ Quomodo autem diximus locum assignari posse à defini-  
 to, distinctum à loco qui dicitur à definitione, sic & alii duo  
 loci signari possunt, à descripto & interpretato. Et quibus, iam  
 meti non multum accipi posse uideantur argumeta in se pro-  
 bantia si cui tamen contingat descriptum notius esse descri-  
 ptione: aut interpretatum interpretatione, huic probatiuum  
 erit eiusmodi argumentum, quod ita à descripto vel interpre-  
 tato sumetur. ¶ Sub his autem tribus locis tres alii compre-  
 henduntur. Sub loco enim à definitione comprehenditur lo-  
 cus à differentia, propterea quod differentia sit bona pars de-  
 finitionis. Ut, Concha est sensibilis, igitur est animal. Alius  
 non est animalis, igitur nec homo Maxima. Cum quocunque  
 conuenit differentia, cum eodem conuenit & id cuius est dif-  
 ferentia. Et à quocunque remouetur differentia, ab eodem re-  
 mouetur & id cuius est differentia. ¶ Sub loco à descriptio-  
 ne, continetur locus à proprio vel ab aliquo obtinente locum  
 ueri proprii, eum quod ex humilitate describitur. ¶  
 Ut, Aegestas non est semper se laudabilis, non est igitur uirtus  
 Modestia est per se laudabilis, igitur est uirtus. Maxima. De  
 quocunque negatur proprium, de eodem negatur & id cuius  
 est proprium. Et de quocunque predicatur proprium, etiam  
 id cuius est proprium. ¶ Sub loco ab interpretatione, conti-  
 netur locus à synonymia. Ut, Hoc est ens, igitur est gladius.  
 Maxima. De quocunque predicatur unum synonymorum,  
 de eodem & reliquum.

## CAP. VI.

¶ De loco à toto uniuersali.

Inter locos à cōcomitantibus substantiā, primus est locus  
 à toto: qui diuiditur in quatuor locos, in loci uidelicet  
 à toto uniuersali, à toto integrali, à toto in quantitate, &  
 à toto in tempore. Totum uniuersale idē est quod superius uel uniuersale  
 le, ut quodlibet genus respectu suarum specierum, & quodlibet  
 species respectu suorum indiuiduorum. Ut animal respectu ho-  
 minis, homo respectu Ioannis. Dicitur autem totum uniuersale,  
 quod propter suā cōmunitatē suas species in se includat, quē-  
 admodum totum suas partes ex quo, dum sit diuisio, uelut ex  
 toto partes eruantur. Partes autem subiecti uel nominantur,

quia subiciuntur toti secundum ordinatam prædicationem  
 & prædicamentalem dispositionem uel coordinationem.

¶ It autem argumentatio ex hoc loco, tū affirmatiue qui ne-  
 gatiue, ex parte subiecti atque ex parte prædicati. Neque ma-  
 gnifaciendum est quod quidē dicitur à toto uniuersalis affir-  
 matiuē non ualere argumentationem, nisi ponatur constantia  
 partis ad quam est procedendum. Item à parte ad totum nō  
 ualere negatiue, nisi constantia partis posita. Siquidem con-  
 stantia (quam uocant) in huiusmodi argumentationibus sub-  
 intelligitur, taciteque semper includitur, etiam si non expri-  
 matur in propositione illa que tenetur in mente dum entay-  
 mema conficitur. Constantiam autem poni dicunt aliqui,  
 quando ipsum esse astruunt. Ut si talem conficiam argumen-  
 tationem, Omne animal sentit, homo est, igitur homo sentit.  
 Hic in secunda propositione dicunt constantiam ponit homi-  
 nis. Verum illam sensus puram intelligi in ea que in mente  
 tenetur, homo est animal, aut conclusionem sub conditione in-  
 telligimus. Igitur homo si est, sentit. ¶ Faciamus igitur à toto  
 uniuersali argumentationes affirmatiue, ex parte subiecti,  
 hoc modo. Sit questio, Num iustitia sit res uilis & expeten-  
 da. Licemus ita habere: quoniam omnis uirtus est res uilis &  
 expetenda. Valet & negatiue. Ut si queratur, Num fortium sit  
 uile, furtum est uirtutum, igitur furtum non est uile. Maxime  
 horum argumentorum, sunt istæ. Cum quo conuenit ge-  
 nus, cum eodem conuenit & species. Cum quo non conuenit  
 genus, nec etiam species. Similiter ex parte prædicati licet  
 argumentari, ad hunc modum, Hoc animal habet omnem  
 sensum, igitur habet olfactum. Hic homo omnem habet uir-  
 tutem, igitur & pietatem. Negatiue, hoc corpus non habet sen-  
 sum, igitur non habet olfactum. ¶ Fit quoque totidem modis  
 argumentatio ex specie ad genus, siue à parte subiectiua ad  
 totum uniuersale. Affirmatiue quidem subiciendo, Concha  
 habet uel unicum uel duos tantum sensus, igitur aliquod ani-  
 mal unicum sensum uel duos tantum habet. Veritas apud im-  
 probos odium parit, igitur quedam uirtus apud improbos  
 odium parit. Negatiue subiciendo, ita argumentatur, Con-  
 cha non habet omnes sensus, igitur aliquod animal non ha-  
 bet omnes sensus. Affirmatiue prædicando, Habet tactum,



igitur habet sensum. Negatiue prædicando, Non habet visum igitur non omnem sensum habet, vel aliquem sensum non habet. Non habet charitatem, non igitur omnem habet virtutem. Maxime Cum quo conuenit pars subiectiua, cum eodẽ & totum. Cum quo non conuenit pars, nec totum. ¶ Hoc autem est in huiusmodi argumentationibus obseruandum, vt cũ à toto vniuersali proceditur, semper ipsum accipiatur vniuersaliter. Nam ab ipso tantum particulariter sumpto, non valet ad partem argumentatio. Vt non sequitur, Aliquod animal habet omnem sensum, igitur cõcha habet omnem sensum. Nisi forte in consequente omnes partes accipias disiunctiue, hoc modo Aliquod animal habet omnem sensum, igitur homo vel brutum habet omnem sensum. Contra vero, cum à parte ad totum proceditur, ad totum particulariter sumptum procedi debet. Non enim sequitur, Concha tantum vnum sensum habet, vel duos, igitur omne animal tantum vnum vel duos sensus habet. Neque si auis alas habet, consequens est omne animal habere alas. Ab omnibus tamen partibus copulatiue sumptis, per modum inductionis valebit argumentatio. ¶ Et quoniam circa singulos pene locos solent plures adduci male argumentationes, potissimum euthymematicæ, aliquo defectu laborantes, aduersus omnes huiusmodi generalis positionem euthymematicam ex his locis desumptam, quatenus ex propositione explicita cum ea qua tenetur in mente, bonus potest confici syllogismus, vel categoricus, vel vt mimimã hypotheticus, secundum modum aliquem rite dispositus. Vbi vero id fieri non poterit, non valebit enthymema. Exempla gratia, hæc argumentatio sumpta à specie non valet, Auis volat, igitur omne animal volat, quoniam suppleta propositione quæ subintelligitur, hic habetur syllogismus, Auis volat & auis vel omnis auis est animal, igitur omne animal volat. Qui syllogismus quoniam non valet (In tertia enim figura vniuersaliter concluditur, & proceditur à termino in antecedente nõ positio vniuersaliter, ad eundem in conclusione vniuersaliter positum) idcirco nec enthymema prius factum valebat. Similiter istud enthymema, Animal currit, igitur homo currit nõ valet: quia syllogismus ad quem reducitur non valet, iste videlicet, Animal currit, & homo vel omnis homo est animal, igitur

tur homo currit. Maiore enim particulari in prima figura, nihil sequitur. Item non sequitur, Tantum animal est homo, igitur tantum animal est substantia: eodẽ quod iste syllogismus est malus. Omnis homo est substantia, tantum animal est homo igitur tantum animal est substantia. Est enim in prima figura minor virtualiter negatiua, & proceditur à termino substantia in antecedente non positio vniuersaliter ad eundem terminum in conclusione vniuersaliter positum. Nam signum tantum, hanc habet virtutem, vt terminum mediate sequentem vniuersaliter accipi cogat termino immediate sequenti, non ita positio, ad hanc formam ex aninabitur quælibet argumentatio sophistica, quæ in debita forma peccabit,

## CAP. VII.

¶ De loco à toto integrali,

Secundus locus à toto est locus à toto integrali. Totum integrale est, quod resultat ex partibus quantitatem habentibus. Pars integralis est, quæ cum aliis partibus reddit quantitatem totius. Partes integrales illæ sunt, quæ

certo ordine adinuicem coniuncte constituunt magnitudinẽ seu quantitatem totius. Vt ex capite coniuncto collo, & illo est humeris, & iis rursum cum brachijs & ventre, atque ita deinceps, integratur hominis quantitas. Quemadmodum ex coniunctione fundamenti cum parietibus, & parietum cũ tecto, integratur aut magna, aut parua, aut ampla, aut stricta domus & item in alijs. ¶ Inter has autem partes integrales, quædam principales & præcipue nominantur, sine quibus totum nequaquam potest subsistere. Vt hominis præcipue partes sunt, caput, cor, intestina, & aliæ eiusmodi partes. Cæterum manus & pedes sunt partes minus principales, quia sine ipsis nihil prohibet rem subsistere. Integrales tamen partes sunt, quia ex ipsis est toti sua integritas. Non enim dicitur homo integer, perfectus, & omnibus suis partibus absolutus, si aliquo decentium membrorum sit mutilatus: quemadmodum domus imperfecta dicitur, si nullam fenestram habeat, aut focum non habeat, aut aliquid eorum quæ solent domus habere. Si vero tectum non habeat, ne domus quidem nomine appellabitur: adeo est tectum præcipua pars domus. Cum ergo di-



cimus in propositio, argumentationem fieri à toto integrā  
 li ad partem, vel à parte ad totum, non loquimur nisi de parte  
 principali. ¶ Fiant autem argumentationes à toto ad singu-  
 las partes, tantum affirmatiue, Vt sic hoc est domus, igitur  
 & tectum habet & partes & fundamentum. Si est homo, igitur  
 caput habet & collum & ventrem, cor & intestina. cetera-  
 que membra vite necessaria. Maxima, Posito toto integrāli  
 poni necesse est, & quamlibet partē eius. ¶ Ad partes autem  
 minus principales, non valet argumentatio. Dominus est, igitur  
 se cum habet, aut fenestras: aut alia huiusmodi non simplici-  
 ter necessaria ad simplicem existentiā domus, Nec sequitur.  
 Homo est, igitur duas aures habet, aut quinque digitos, aut  
 duas manus. Verum tamen à perfectione totius, potest procedi  
 etiam ad minus principales partes, hoc modo. Si hæc omni-  
 nino perfecta est domus, igitur & fenestras & focum habet  
 & penu atque cubiculum. Si homo omnino integer & perfe-  
 ctus est, igitur duas aures habet, & quinque digitos in singu-  
 lis manibus. Nam si aliquo horum careat, mutilatus aut trunc-  
 atus homo dicitur, & domus aliquo eorum quæ in perfectis  
 domibus inueniri solent carens, recte imperfecta dicitur.  
 ¶ Negatiue autē non valet argumentatio à toto ad singulas  
 partes, Dominus non est, igitur non habet fundamentum. Saepe  
 enim domo diruta manent fundamenta & parietes aliqui.  
 Et tugurium parietes quidem habet & tectum, cum non sit  
 domus, ob fundamenti defectum. Si tamen ad omnes partes  
 simul sumptas, sub distinctione procedatur, ita valebit. Si enim  
 dominus non est, igitur vel fundamentum vel tectum vel pa-  
 rietes non habet. Si homo non est, igitur vel caput vel collum  
 vel cor non habet. Maxima, Si totum non est, aliquam eius  
 partem non esse necesse est. ¶ De loco vero qui est à parte in-  
 tegrante ad totum integrum, contrario modo est determinan-  
 dum. Valet enim argumentatio à negatione singularum par-  
 tium, ad negationem totius. Vt si idolum cor non habet non  
 est homo, si tugurium fundamentum non habet, domus non  
 est: si dirutum ædificium tectum non habet, non est domus.  
 Maxima, Ablata parte aliqua principali, totum esse non po-  
 test. In partibus autem minus principalibus non valet argu-  
 mentatio, nisi arguatur ad perfectionem totius. Si enim hoc  
 ædificium focum non habet, aut fenestram, aut cubiculum,

domus perfecta non est. ¶ Affirmatiue à singulis partibus  
 nequaquam valet argumentatio, Non enim sequitur. Habet  
 fundamentum, igitur est domus, aut tectum habet, igitur est  
 domus, Ab omnibus tamen simul & coniunctim sumptis, va-  
 lebit. Si enim fundamentum parietes & tectum habet, est do-  
 mus. Maxima, Positis omnibus partibus, necessario ponitur  
 totum. ¶ Est autem huius loci à toto integro ad partem, at-  
 que alterius item qui à parte sumitur ad totum, magna utili-  
 tas, is qui in eo bene exercitati fuerint: cum videlicet consi-  
 derantes quæ & quanta ad integritatē vniuscuiusque rei per-  
 tineant, ex eorum consideratione de re ipsa quæ ex illis inte-  
 gratur iudicamus: vel e contrario de partibus ex ipso toto.  
 Ad hunc modum, Boetius colligit res humanas prouidentia  
 regi, ex consideratione totius, Mundus, inquit, prouidentia  
 regitur, & res humanæ sunt pars mundi, igitur res huma-  
 næ prouidentia reguntur. Rursum, ex consideratione omnium  
 partium ostendit medicinam esse vtilem. Morbos, inquit, de-  
 pellit, salutem seruari meretricibus vtile est: igitur  
 medicina est vtilis. Ex his enim constat & integratur medi-  
 cina. ¶ Sic arguimus aliquem esse legis impleto-rem, quoniam  
 deum diligit & proximum. Ex his enim duobus inte-  
 gratur impletio legis: quoniam (iuxta verbum domini) in his  
 duobus tota lex pendet, & Propheta. Contra verò, à nega-  
 tione vnius partis, ostendimus aliquem non esse impleto-rem  
 legis: quoniam vel deum non diligit, vel proximum. Sic pie-  
 tatem habere quempiam colligimus, si & deum, & parentes  
 & præceptores, maiores item atque minores, affectu debito  
 colat. Ex his enim integratur vera pietas. Si autem horum  
 omnium vel vnum defuerit, colligimus non habere illum pie-  
 tatem. Ita colligimus iustum quempiam esse, qui & deo red-  
 dit quæ sua sunt, & hominibus item vnicuique quæ sua sunt.  
 Altera autem si desit, iustitiam quoque negamus illi adesse. Sic  
 liberalem probamus, qui & illis dat vbi dandum ratio dicat,  
 & vbi dandum non est, à dando abstinet. Alterum si desit, li-  
 beralitatem destruimus. Ita in singulis virtutibus, quantum  
 vnaquæque ad sui integritatem requirat, diligenter contem-  
 plandum. ¶ Similiter & in scientiis argumentari possumus  
 grammaticum esse, quoniam recte dicere & recte scribere no-  
 uit: alterum si desit, grammaticum esse negamus, Dialecti-

cum esse: si & prompte inuenire nouit ad quæstionem propo-  
sitam argumenta, inueniatque disponere. Rhetorem esse, si  
& recte inuenire nouit, & disponere, & eloqui, memorari quo-  
que & pronuntiare, atque ita in cæteris. Grammatica eam cõ-  
stat in recte loquendo, & recte scribendo. Dialectica in recte  
inueniendis, & disponendis siue diuidendis istentia. Rhetori-  
ca constat quinque partibus, inuentione, dispositione, elo-  
quutione, memoria, & pronuntiatione. Ita in cæteris scien-  
tiis considerandum, ex quibus sit vniuscuiusque integritas. Ex  
hoc quoque loco colligimus artem quamlibet esse vtilem vel  
inutilem: si videlicet aliqua eius pars sit prohibita vel inuti-  
lis. Vt (exempli gratia) magicam artem ostendimus malam &  
illicitam esse, quoniam consultatio dæmonum, & quæ cõ ipsi  
habetur conuentio mala est & illicita. Est enim hæc pars ma-  
gicæ artis. Item gnatonicam siue assentatoriam artem dam-  
namus: quoniam etiam falsum dicentibus assentiri (quod est  
bona pars eius) malum est. Sic lenonum & meretricum artem  
damnamus, quoniam inescare adolescentes (quod est pars ar-  
tis illorum) pessimum est. Ita in cæteris. ¶ Vehementer au-  
tem poterit ex hoc loco affectus commoueri, si ex eo accipia-  
mus Rhetoricam eloquutionem, per explicationem singula-  
rum partium eius rei de qua loquimur. Veluti si Christi do-  
mini nostri miseriam quam in passione sensit, ita proponam.  
Ecce deus & homo Christus, qui singula corporis sui mem-  
bra gominum obsequiis dedicauerat, cuius, caput, os, guttur,  
lingua, edocendis ignorantibus plurimum laborauerunt, cuius  
aures neminem respuerunt, cuius oculi multa semper mi-  
seratione pauperes respexerunt, cuius manus plurimos sanau-  
erunt, cuius pedes terram docendi gratia multo labore iune-  
ris perambulauerunt, cuius genua in oratione pro nobis sepe  
multum & diu terræ affixa hæserunt, cuius cor multa pro no-  
bis sollicitudine frequenter angustiatum fuit, cuius inuestina  
omnia pro nobis subinde exhausta fuisse laboribus, denique  
qui totum, sese quantum erat, hominum obsequiis dedicaue-  
rat, ecce hic modo ab ingratis hominibus, à capite ad pe-  
des vsque affligitur, & leproso assimilatur: caput corona spi-  
nea pungitur, & arundine ceditur: cerebrum & oculi vigiliis  
deficiunt: aures cum barba vellicantur crudeliter, humeri  
ligno grau onerantur, manus diris stringuntur vinculis pal-

mæ & volæ horridis perfodiuntur clavis, lingua felle vexatur  
& aceto: denique membra vniuersa flagellis ceduntur, & ro-  
seo perfusa sanguine madent. Quis tantam non exhorrescat mi-  
seriam, tantam non excreetur ingratitudinem? ¶ Sic hominis  
possumus vilitatem ostendere, ex singularum consideratione  
partium. Quæro te quid homine secundu corpus vilius quid  
capitis vertex, nisi testa quædam fictilis? quid cerebrum intus  
reconditum, nisi lactea quædam coagulatura? quid oculi, nisi  
cõgelatus humor? quid nares, nisi meatus immonde putrediti-  
nis? quid aures, & ipsæ suas profundentes sordes? quid deni-  
que venter & inuestina omnia, denique totus ipse homo, nisi  
vas quoddam fictile, & saccus stercoreaceus, sordibus & foeto-  
re plenus? Quid igitur superbis, terra & cinis, impurum  
sterquilinum: imo stercus ipsum & filius stercoreis? Ad hunc  
modum licebit & singularum virtutum præcellentiam ex par-  
tium ipsas integrantes commendatione, item & scientiarum  
atque artium vilitatem ostentare.

## CAP. VIII.

¶ De loco à toto in quantitate.

Ræter hos duos, sunt alij quatuor modi to-  
tius. Inuenitur enim in quantitate quoddam  
totum, & quædam pars. Item in modo, in lo-  
co, & in tempore. Totum in quantitate est,  
quodlibet vniuersale vniuersaliter sumptu,

id est, quilibet terminus communis cum signo vniuersali acce-  
ptus. Nam (vt Boetius ait) cum omnia dicimus in quantitate to-  
tū dicimus. Si verò aliquid quantitatū excerpimus, quantitatū  
ponimus partem. Quia enim multitudo quantitas est, quādo p-  
signum vniuersale significamus totam multitudinem eorū de  
quibus loquimur esse aut talem, aut talē, nō immerito in quā-  
titate totū nominabimus vel vniuersum. Vt qui dicit, omnem  
hominem habere sensum, dicit vniuersam hominū quantitatē  
siue multitudinē habere sensum. Cū verò partē aliquā excer-  
pimus, solum vnā aut alteram ponentes, recte in quantita-  
te vel multitudinē partem dicimus. Vt cum dicitur Petrus, aut  
Ioannem habere sensum, iam solum pars illius multitudinis  
prioris dicitur habere sensum. ¶ Est autem differentia inter  
totum vniuersale, & totum in quantitate. Hæc sola, quia non

Totū  
in quā-  
titate.



dicitur totum in quantitate, nisi sumatur cum signo vniuersali: totum vniuersale autem dicitur, etiam sine signo vniuersali. Propter quod, à toto vniuersali & à toto in quantitate omnino eadem sunt argumentationes. Non enim valet (vt supra diximus) à toto vniuersali ad partem argumentatio, nisi ipsam ponatur vniuersaliter: quod cum fit, totum in quantitate habetur. E conuerso autem non similiter proceditur. Nam ab vna parte subiectiua ad totum vniuersale non vniuersaliter positum, valet argumentatio. Ad totum in quantitate debet procedi ab omnibus partibus simul sumptis, ad eum modum quo supra ostendimus fieri inductiones. Unde omnis inductio quomodocumque fiat, siue ex parte subiecti, siue ex parte predicati, ad hunc locum pertinet, qui dicitur à partibus in quantitate ad totum. Quare breuitati studentes, his quae succinctè ante dicta sunt repetendi super sedemus.

## CAP. IX.

¶ De loco à toto in modo.

N modo etiam inuenitur totum & pars.

I

Cum enim vocabulum nulla determinatione restrictum simpliciter, & per se profertur, in modo totum dicitur, quasi non distractum aut diuisum, aut restrictum aliquo modo, sed

absque modo integrum manens. Cum verò terminus per se prius sumptus, adiecta determinatione, per modum aliquè specialem determinatur, merito pars in modo vocatur: quia per additum modum, quasi per particulam quendam, disceptum atque contractum est. Vt cum, homo, dico, quasi omni modo liberum, totum nominatur in modo: cum verò, homo albus, vel rudis, determinatio vel modus qui adicitur partem efficit. ¶ Fiant autem hic argumentationes sic per omnem modum, vt supra ostendimus in loco à toto vniuersali: videlicet affirmatiue & negatiue, ex parte subiecti & ex parte predicati: & omnino similiter fiunt maximæ. Sic exempli gratia quaestio, Num rudes homines sint capaces disciplinae? sic à toto argumentatur, Omnes homines sunt capaces disciplinae, rudes homines etià homines sunt, igitur & ipsi capaces sunt disciplinae. Sic etiam quaestio, Num malos & ingratos homines diligat deus? dicimus,

ita esse: quoniam omnes simpliciter homines, vt suas facturas diligit. Negatiue argumentatur Deum malos homines non odire, quoniam nullos homines Deus odit. Item colligimus Deum non irascendo mutari, quoniam omnino non mouetur aut mutatur. Maximæ sunt, Cum quocumque conuenit totum in modo, & pars. Cum quocumque autem non conuenit totum, nec pars. A parte verò ad totum ex opposito fiunt argumenta sicut à parte subiectiua ad totum vniuersale, affirmatiue, scilicet & negatiue ex parte subiecti & ex parte predicati. Sic quaestio, Num anima moueatur? ita terminabitur. Anima mouetur irascendo, igitur mouetur. Angelus mutatur intelligendo atque volendo, igitur mutatur. Homines impij damnabuntur, igitur aliqui homines damnabuntur. Homines impij non saluabuntur, aliqui igitur homines non saluabuntur. Maximæ patent. ¶ Est autem caute hic aduertendum, ne pro parte in modo sumatur dictum secundum quid, vt philosophus appellat, hoc est, ne pro determinatione restringente, sumatur aliqua non restringens, vt pote diuiniens, amplians, aut alia distractens. Sola enim determinatio restringens, facit partem in modo. Ceterum determinationes aliae omnes, faciunt dictum secundum quid & argumenta sophistica. Est autem determinatio restringens, quando terminus sine determinatione praedicatur vniuersaliter de aggregato ex determinabili & determinatione. Vt omnis homo albus est homo: omne quod mouetur irascendo, mouetur. Omne currens velociter currit. Quando verò terminus simpliciter sumptus non vere praedicatur de toto aggregato ex determinatione & determinabili, non est pars in modo, sed dictum secundum quid, & determinatio adiecta non est restringens, sed vel distractens, vel diuiniens, vel amplians. Exempli gratia, Homo praeteritus, non vere est homo. Nequiter humilis, non est humilis: si quis sanctus, non est sanctus. Item non omne album deumbus, simpliciter album discendum est, vt Aethiops nec omne quod mortuum animal est simpliciter animal: nec omne quod depictus homo est simpliciter homo dicuntur. Ideo haec non sunt partes in modo, sed dicta secundum quid quae faciunt locum sophisticum, quemadmodum in elenchis sophisticis latius agitur.

Quid restringens determinatio.



¶ De loco à toto in loco & tempore.

Totum in  
loco & tē  
pore.

I N loco totum nominatur, aduerbium vniuersaliter omnem locum significans, vt vbiq̄ue, nusquam, nullo loco. Pars verò in loco dicitur, quæ particulariter aliquem tantum locum significat, vt hic, illic, istic, in domo in templo, in hoc aut illo loco. Similiter in tempore totum vocatur, aduerbium omne tempus significans vniuersaliter: vt nūquam, semper. Pars verò in tempore, est dictio significans aliquod tempus particulariter, vt nunc, hodie, heri. ¶ Sumuntur autem argumenta per hos locos affirmatiue & negatiue. Affirmatiue à toto in loco, Deus vbiq̄ue adest, igitur & in cubiculo quamlibet secreto adest, vbiq̄ue dominatur Deus, igitur & in abyssi maris & in infimo baratri. A toto in tempore, semper fuit beata Trinitas, igitur & tunc beata fuit cum nondum vlla esset facta creatura, semper vera dixit Christus, igitur & tunc verum dixit, quando ait de omni verbo otioso esse reddendam rationem. Negatiue à toto in loco, Nusquam desunt mali, igitur neque in desertis, neque in monachorij conuentibus mali desunt. Nusquam abscondi potest homo à conspectu Dei, igitur neque in abditissimis terræ latibulis. A toto in tempore, Nunquam mentita est veritas, neque tunc igitur mentita est, cum dixit, difficile esse diuitem intrare in regnum caelorum. ¶ A parte quoque in loco ad totum valet negatiue tantum, hoc modo, In caelo non sunt mala, igitur non vbiq̄ue sunt mala. Romæ non est vsus potus frumentarij (quem cereuisiam vocamus) igitur non vbiq̄ue eius est vsus. Non fuerunt homines tunc cum mundus nondum subsisteret, igitur non semper fuerunt homines. Dum prandetur, voce orandū non est, non semper igitur voce orandum est. Harum autem argumentationum confirmatiue maxime hæc sunt. ¶ Cum quo conuenit totum in loco aut tempore, cum eo & pars. Cum quo conuenit pars, cum eo & totum. Cum quo autem totum non conuenit, nec pars. Cum quo pars non conuenit, nec totum. ¶ Affirmatiue autem, ab vna parte non valet. Non enim nec totum. ¶ Affirmatiue autem, ab vna parte non valet. Non enim sequitur, hic est, igitur vbiq̄ue est. Modo vera loquitur, igitur semper vera loquitur. Ab omnibus autem partibus simul sumptis valebit. Vt, si Deus est in caelo, & in inferno, & in mari, & in terra, & in aëre: Deus vbiq̄ue est.

¶ De loco à causis.

P

Ost absolutos locos totius, restantij loci qui à causis & ab earum effectibus sumuntur. Ponunt autem physici quatuor genera causarum, de quibus plene à nobis tractatum est in libris quos de consideratione rerum naturalium ædidimus. Per totum librum secundum qui & à causis tituli habet inscriptionē: Pauca tamen & hic dicenda sunt, quantum necessitas postulat, & propositum deposcit. Causarum itaq̄; alia est materialis, alia formalis, alia efficiens, alia finalis. Desunt autem sic causa. Causa, est ad cuius esse sequitur aliud. Hoc est, illud est causa, cuius virtute quoquo pacto aliquid efficitur. Id enim omne, quod aliquo modo est ratio cur alterum existat, causa nominatur. Vt domus cause sunt, faber qui constituit eam, lapides & ligna ex quibus componitur, forma quoque & figura eius, ac postremo quieta inhabitatio. Sequitur autem effectus causam, non quidem tempore. Nam simul & sol exorsitur & dies fit. Neque logica consequentia. Sunt enim nonnullæ causæ voluntariæ, quæ pro suo arbitrio libere possunt, vel agere vel nō agere, vt homines, sequitur autem natura seu ordine naturali. Ordine enim naturæ id quod efficit vel aliquo modo facit ad esse alterius, prius seu dignius est eo quod ab ipso esse accipit. Sic pater naturæ ordine semper filio prior manet, ad quantumuis etiam magnas dignitates euecto: quem admodum narrat Gellius in noctibus atticis. Honestissimam concertationem interpretatem & filium, vter vtrius cederet loco, quod hic dignitate præiret patrem, pater verò naturæ ordine filio esset præfectus.

¶ Prima autem causæ species est, causa efficiens, quæ sic desinitur. Causa efficiens est, à qua primo fit motus, vel aliquid fiat. Nam quod præstat in agendo principium motus, quodque primum operi velut manum admolitur, hoc nimirum efficiens est. Vt qui domum struit & fundamenta iacit, ac parietes superstruit, deinde tecto ædificium complet, aut qui ad huiusmodi ministrat, effectusse domum dicitur. Sic ignis facere ignem dicitur, & in summa: quilibet artifex sui operis efficiens est, & quolibet naturale agens suū opus vel operationem efficit. Verū non in omnibus, nec semper eodē modo, sit

mitur argumentum. ¶ Sunt enim causarum quedam necessariz, id est, sine quibus effectus certus fieri nequit, ut dies nisi ex orto solis causatur. Nox solum ex aduertu tenebrarum per solis ablationem à nostro hemisphærio. Eclipsis solis, non nisi ex interpositione lune inter solem & aspectum nostrum. Eclipsis lune, non nisi ex interpositione terre inter solem & lunam. In his causis, sunt argumenta tam affirmatiua quam negatiua, tam à causis quam ab effectibus. Ut sequitur, Sol exoritur, igitur dies est, vel dies fit. Sol absedit à nobis, aduersus rascit igitur. Iam sol ortus occidit, tenebræ adueniunt, nox igitur est. Sol nondum exortus erat cum Troia deuastaretur, non est igitur interdiu Troia deuastata. Nō erit hoc anno interpositio lune inter solem & aspectum nostrum, igitur non erit solis eclipsis. Erit hodie interpositio terre inter solem & lunam, igitur hodie luna eclipsis erit. Ab effectu, ut Dies fit, igitur sol oritur. Iam plenus dies est, igitur sol totus nobis ortus est. Luna eclipsatur, necesse est igitur terram interpositam esse inter solem & lunam. Non eclipsabitur hoc anno luna, neque igitur erit interpositio terre. Maxima hæ sunt. Posita causa efficiente, ponitur effectus eius. Ablata causa efficiente, necessario aufertur & effectus. Posito effectu, ponitur & causa ad ealem effectum necessaria. Ablato effectu, aufertur & causa. ¶ Quedam vero causa sufficientes tantum sunt, non etiam necessariz, ut iugulatio causa sufficiens est mortis, non necessaria tamen. Potest enim mors pluribus aliis modis accidere, quemadmodum Boenius in suo libro de Consolatu Philosophico dedit. Quos sæpe, inquit de hominibus, muscularium morsus, aut vermiculorum in secreta quæque naturæ reptantium necat introitus. Ab his causis valet solum argumentum affirmatiue sumptum, & ab effectu negatiue. Ut sequitur: sic hic iugulatus est, necessario ipsum interisse: & si non interit, neque iugulatum esse. At non consequitur: si interit, iugulatum esse. Neque oportet, si nō sit iugulatus, non interisse. Sunt enim hæc duo argumenta sophistica.

## CAP. XII.

¶ De vulgari vſu horum locorum à causis.

¶ Olent autem vulgo recentiores in omnibus his locis à causis, atque ita ab effectibus, non aliter argumentari, quàm vel in propositionibus quas vocant de est secundo adiacente, id est, à positione vnus ad positionem alterius: vel à destructione ad destructionem: aut cum prædicatis bonum & malum, à bonitate cause ad effectum, vel e contrario. Neque modos illos argumentandi nos damnamus, cum recte valeant. Verum posterius ostendemus & alii longe meliorem & generaliore horum locorum vſum omnibus disciplinis artibusque non mediocriter commodum: Prius tamen per singula causarum genera discurrerent, paucis iudicabimus modos illos argumentandi vulgatores, ne vel fastidire vetera, vel vtiliū quicquā negligere merito arguamur.

¶ Itaque ab efficiente causa, ita ut supra ostensum est, argumentamur à propositione cause ad effectum, & e contrario: nempe & ab abnegatione. Vbi & hoc est aduertendum: quando in terminis significantibus potentiam vel habitum assignatur causa, tunc in consequente inferri debere non actuale effectus existentiam sed possibilem. Exempli gratia: si edificator est, domus esse potest: si adest pistor, panis haberi potest: si scriptor, scriptura haberi potest. Ad actualem autem existentiam non valebit argumentatio, Pistor est, igitur panis est. Edificator est igitur domus est. Nam etiam si nullus actu sit panis, pistor tamen vere dicitur is qui artem vſumque habet coquendi panem: & scriptor dicitur, nulla actuali existente scriptura. Denique, & si actuali vocabulo exprimatnr causa, non tamen esse, sed fore aut fieri, aut incipere effectum colligemus. Non enim sequitur, Edificans est, igitur domus est. Quandiu enim in faciendo domum artifex occupatur, nondum illa subsistit in esse, sed tantum est in fieri. Sic igitur licet argumentari. Est qui edificat, igitur domus incipit esse aut sit, aut inferri est, aut erit, subaudi, si pergat artifex.

¶ Ab esse autem effectus ad esse cause, uno actualis siue potentialis, non valet argumentatio. Non enim sequitur, Domus est, igitur edificans aut edificator est. Domus enim subsistit, etiam tunc quando n̄ multos annos is qui eam struxit quærit in cinere. Sed vel esse vel fuisse aliquando causam, inferri ab existentia effectus. Item a fieri effectus ad existentiam cause proceditur. Si enim domus sit, necesse est quispiā

A causa efficiente.

A causa  
materiali.

Et qui edificet eam. ¶ Circa locum autem à causa materiali, distinguitur duplex materia: quaedam permanent, quaedam transiens. Materia permanentis dicitur quæ in re postquam effecta est permanet in sua natura. Vt lapides & ligna & calx, sunt materia permanentis domus. Postquam enim domus constructa fuerit, lignum manet lignum, & lapides permanent lapides. Transiens autem materia est, quæ secundum suam substantiam non manet in re effecta, sed mutatur & formam accipit aliam. Vt farina & aqua sunt materia panis, sed transiens quoniam postquam panis coctus est, nec farinam ultra videmus, nec aquam. Similiter filix est materia vitri transiens quoniam cum vitrum factum est, nusquam filix apparet, sed transiens sit. ¶ Secundum diversitatem autem huiusmodi duplicis materiae, aliter & aliter sunt argumentationes à materia. Verum tamen affirmatiue argumentando nihil refert. Similiter enim proceditur à positione materiae ad possibilitatem effectus hoc modo. Ferrum est igitur culter ferreus, aut arma ferrea possunt esse. Aqua & farina sunt, igitur panis haberi potest. Ligna & lapides & calx adsunt, potest igitur haberi domus Maxima. Posita causa materiali, possibile est effectum poni.

¶ In argumentando autem negatiue, aliter proceditur. A materia enim permanente auferimus effectum, si non actu subsistat causa materialis hoc modo. Non est ferrum, non igitur sunt arma ferrea. Non sunt lapides, neque ligna: non igitur domus. Maxima, Remota causa materiali permanente, remouetur effectus. In materia autem transiente, ex actuali negatione materiae non valet negatio effectus. Non enim sequitur, Non est farina, igitur non est panis. Non est filix, non igitur vitrum. Sed ut valeat, oportet ita procedere. Non fuit filix, igitur non est vitrum. Non fuit farina, igitur non est panis. Valebit tamen ad fieri effectus, hoc modo. Non est ferrum, non possunt igitur fieri ferrea arma. Non est farina, non fit igitur panis, neque fieri potest: subaudi, quandiu non est materia.

¶ Ab effectu causæ materialis permanentis sic proceditur. Arma ferrea sunt, igitur ferrum est. Domus lapidea est, igitur lapides & ligna sunt. In materia autem transiente sic. Vitrum est, igitur filix fuit. Panis est, igitur farina fuit. Maxima. Posito effectu causæ materialis permanentis, ponitur simul & cau-

sa. Posito effectu causæ materialis transientis, necesse est materiam ipsam præfuisse. Negatiue autem non valet à negatione actualis existentiae in neutra materia. Non enim sequitur. Domus non est, igitur ligna & lapides non sunt. Vitrum non est, igitur filix non est. Valet tamen, si negetur possibilitas effectus, hoc modo. Panis non potest esse, igitur farina & aqua non sunt.

¶ Possumus quoque argui entari in prædicatis, bonum & malum hoc modo. Farina fuit bona ex qua panis iste pistus est, igitur panis bonus est. Farina mala fuit, igitur panis non est bonus. Ferrum bonum est vnde hæc arma facta sunt, igitur ipsa arma bona sunt. Si autem ferrum non est bonum, nec quæ ex illo facta sunt. Maxima. Si causa materialis bona est ipse quoque effectus bonus est. Si causa materialis mala est, effectus malus erit. ¶ Vbi tamen aduerte, cum affirmatiue bonitas effectus ex bonitate causæ colligitur, intelligendum esse consequens, non secundum omnimodam effectus bonitatem, sed quantum ex ratione materiae. Potest enim esse panis malus, etiam ex optima farina coctus: nimirum si pistor male coxerit, aut nimium fermenti iniecerit, aut aquæ nimium, aut si alius aliquis defectus altunde contigerit. Sic potest domus esse mala & ruinoza, etiam quæ ex optimis lapidibus, & calce præstantissima fuerit edificata à malo artifice. Ab effectu quoque valet econuerso. Si enim effectus bonus est, & causa materialis bona sit necesse est: si autem ille malus (intelligitur ex vicio quod ad materiam attinet) & ipsa causa materialis mala erit. ¶ A causa autem formali sic argumentatur affirmatiue. Albedo est, igitur album est. Scientia est, igitur sciens est. Anima bruti est, igitur brutum. Negatiue, Si non est albedo, non est album. Maxima. Posita causa formali, ponitur effectus. Remota causa formali, remouetur & effectus. Econuerso item ab effectu valet affirmatiue. Si album est, albedo est: si homo est, rationale est, si lapis est, forma lapidis est. Negatiue, Si non est album, non est albedo: si non est brutum, non est anima bruti.

¶ Vbi nota, dupliciter esse formas, substantiales, & accidentales: ac rursus in quædam dici naturales, quædam artificiales. Quam distinctionem plenius in Physicis declarauimus, libro secundo. In omnibus autem formis, siue accidentalibus, siue



substantialibus, siue naturalibus, siue artificialibus similiter valet argumentatio. In forma tamen humana, hoc specialiter est obseruandum, vt non solum ab esse procedatur, sed ab inesse. Non enim sequitur, Anima rationalis est, igitur homo est. Sequitur tamen, Anima rationalis inest corpori, igitur homo est. Quod autem in sola anima rationali hoc sit speciale, inde est, quia ipsa sola potest esse quando non inest materię, quod de nulla alia forma habet veritatem: cum ipsarum omnium esse sisti inesse, nec possint vnquam extra materiam subsistere vt in Phisicis plenissime declaratum est libro primo & octauo. ¶ Sub hoc autem loco à causa formali, concludendus videtur locus ille qui apud Aristotelem signatur, ab existentia formę ad subiecti ab ea denominationem: qui communiter breuitatis gratia appellari solet locus ab inesse ad denominationem. A quo item argumentamur. Pariem inest albedo, igitur ipse est albus. Animę inest sciencia, igitur anima est sciens. Item in formis substantialibus. Huic conposito naturali inest rationalis anima, igitur est homo. Maxima. Vnum quodque subiectum à forma inexistente denominari debet. ¶ A causa denique finali argumenta fiunt, in predicatis, bonum & malum. Vt si beatitudo est bona, igitur virtus est bona. Virtus enim ordinatur ad beatitudinem consequendam, tanquam ad proprium suum finem. Sanitas bona est igitur amarę portiois sumptio bona est, deambulatio quoque post cęnam: & alia huiusmodi quę ad sanitatem tanquam ad operatum finem ordinantur, Item specie conseruatio bona est, igitur generatio in intendere bonum est. Ordinatur enim naturaliter generatio ad speciei conseruationem, sicut nutritio ad indiuidui sustentationem. Maxima, Cuius causa finalis bona est, ipsum quoque bonum est cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. ¶ Fit etiam ab effectu causę finalis argumentum ad causam. Virtus est bona, igitur beatitudo bona erit. Peccatum est malum, igitur damnatio mala erit. Effectum autem causę finalis appellamus id quod ad aliquid ordinatur tanquam ad finem, estque velut medium quo per se finis attingitur. Vt virtus ad beatitudinem ordinatur, & peccatum ad damnationem medicinalis potio ad sanitatem.

## CAP. XIII.

De vsu generaliore locorum à causis.

Reter autem formas & modos & vulgatiore  
istos quibus vulgo solent ab his causis duci ar-  
gumentandi, alii sunt longe præcellentiores,  
generaliores, & vtiliores, quibus omnis ars, om-  
nis vti possit disciplina, & de re qualibet ap-  
tissime disputari. Est enim locorum istorum à causis tanta for-  
mularum copia, vt non videam certam aliquam argumentandi ex eis formam  
posse præscribi. Ad quod & Seuerinum Boetium in Conuen-  
tarij super Topica Marci Tullij arbitrator sensisse, qui loco à  
causis maximam non aliquam prioribus similem assignauit,  
specialem videlicet & paucis argumentis commodam, sed ge-  
neralissimam & maxime vniuersalem, dicens, vnaquaque re  
ex causis spectare debere, id est, de vnaquaque re ex causis in-  
dicandum esse ac differendum. In his ergo locis exercitissimos  
se reddere studeant, qui artis huius verum vsum & fructum  
quærunt. Nec enim alius est locus, è quo fructum amplio-  
rem referat exercitatio. Vt non temere præcipisse videatur  
Saryricus, Disciteque (inquiens) ò miseri & causas cognof-  
cite rerum. Nec sine causa dixisse videtur ille Poetarum prin-  
ceps Virgilius, Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Nos  
vero, vt viam quandam indicemus rudibus & inexercitatis,  
diuersarum rerum diuersarumque professionum, varia exem-  
pla proponamus. ¶ Ex primum quidem à causis efficientibus  
ducauit argumenta. Quærat politicus. Num iustitia ciuili-  
s, quę nocentes cogit etiam extrema ferre supplicia, naturalis  
sit an forte contra naturam per tyrannidem potentum inueni-  
ta ita questio terminabitur considerata efficiente causa. Cõ-  
gregatio hominum est naturalis: quoniam natura homo ani-  
mal ciuile est atque domesticum, quod ad cohabitandum pa-  
tenter cum alijs sui generis naturali inclinatione fertur. Hęc  
autem congregatio & cohabitatio hominum, à principio ius-  
titię iam induxit. Non enim poterat pacificus haberi cõ-  
uictus, nisi penes aliquem esset potestas vitę & mortis, qui no-  
xios puniret, innocentes defenderet. Igitur iustitia illa natu-  
ralis est. ¶ Quærat Phisicus aut medicus, num somnus sit na-  
turalis ita argumentabimur. Post fatigationem ex longa vi-



gilia & continua operatione in sensibus contrāctam, ab operatione sensitiua aliquantulum requiesceret ad restaurandum sensibus vigorem, est naturale. Hoc autem somnium efficit, igitur somnus est naturalis & necessarius. Quærat deinde ethicus, Num etiam somnolentia sit naturalis vt somnus? respondendum, non, quoniam pigritia & vitiosa assuetudo amplius quam oportet, & quando non oportet dormiendi: somnolentiam efficit, non ipsa natura. Non est igitur somnolentia naturalis aut necessaria, sed innaturalis & fugienda. Sic Physicus probat, homini esse naturale cibo nutriri: quoniam calor ille qui humidum radicale consumit ipsoque pascitur, naturalis est, atque ipse est nutritionis causa efficiens.

¶ Quærat Theologus, Num mors ab initio homini conueniat secundum naturam? Dicimus, non, quoniam peccatum extra naturam est, & diaboli, item malitia extra hominis naturam est, hæc autem efficiens causa sunt mortis. Invidia enim diaboli (vt ait Sapiens) mors intravit in orbem terrarum, & sic (iuxta Apostolum) per peccatum unius primi hominis in ceteros homines mors pertransiit. Non igitur secundum naturam à principio mors homini conuenit. Quærat rursum, Num post corruptam naturam hominis per peccatum mors sit naturalis? Dicimus, ita habere: quoniam calor naturalis post hæc inductam corruptionem naturaliter semper aliquid consumit humidi radicalis, nec fit per nutritionem tam boni humidi reparatio vt ante, sed deficit semper à primaria bonitate, atque ita post lignum vitæ præclusum, dum non potest fieri omnimoda reparatio, tandem necessarium est penitus calorem desiccare ac hominem mori.

¶ Ad hunc locum pertinet, quod in euangelio, Christus dominus peruersis Pharisæis ait. Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex affectu enim peruerso, vt causa, prauum sermonem vt effectum causæ ad similem colligit. Id quod & confirmat, dicens. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, malus similiter mala. Hoc est, iuxta causæ efficiens qualitatem, effectus consequitur. Ad idem pertinet quod dicit, Omnis arbor bona fructum bonum facit, mala autem malum. Si enim arbor quæ est causa efficiens & producat fructum, bona est, erunt & fructus boni: contra autem, mali, si arbor

mala fuerit. Cum autem à fructibus docet arborem cognoscere, ab effectibus ad causam docet procedere.

¶ Rursum hoc loco ab efficiente causa & alibi vitur cum quibus, ea quæ intrant per os non coinquinare hominem, ea autem quæ de corde procedunt inquinare. Quæ enim in anima possunt efficere maculam: sola illa sunt quæ de corde nascuntur, ea autem quæ per os intrant, non sunt huiusmodi. Vbi enim non est propria inquinatio causa, effectus inquinatio nis inueniri non poterit. Sublata enim causa, auferitur effectus. Per hunc locum Paulus apostolus apud Corinthios astruit resurrectionem mortuorum, ex resurrectione Christi. Si mortui, inquiens, non resurgunt, neque Christus resurrexit, à negatione videlicet effectus ad negationem causæ efficiens, quoniam Christi resurrectio quodammodo causa est efficiens beatæ resurrectionis fidelium. ¶ Iuris peritis quoque & æquitractoribus iis etiam quorum est in forensi contentione descendere, vix alius locus est vtilior, Lex est, Si iumentum viâ publica pascens id vicinâ pratium cõscendens, domino prati damnum intulerit, damnum resarciat, qui est iumentum. Dominus Ponimus hanc rem trahi in cõtentionem. Quis dubitet, causam damni statim esse spectandam, ad litē dirimēdam? Si enim dominus pascuæ in causa est cur transcenderit iumentum, vt pote quia vel dolo viam aperuit iumento vt dāno afficeret dominum, vel per incuriā munire pascua sua iuxta murem regionis neglexit, absoluitur à pœna iumentum dominus. Si vero in causa ipse est, quia cum sciret equum petulantem, compedibus non strinxerit, neque custodes adhibuit, damnum resarciat qui damnum dedit. ¶ Similiter de boue cornupeta qui hominem trucidauerit. Item de naua qui naufragum faciendo merces perdidit si questio fiat, in his atque similibus omnibus causis semper spectanda est, & ex causa res terminanda. Si enim is cuius est bos cornupeta, causa est necis, id est, si bouem nosset talē eum fuisse ab heri & nudius tertius, & non eum domi alligauerit, punietur vt iustum est. Si vero nō ipse in causa est, vt pote si prius nunquam tale quicquam audierit vel viderit, sed subito aliquo impetu res peracta est, merito absoluitur dominus, vt qui causam necis nullam dedit. Sic naua si causa est submergionis nauis, quoniam vel per negligentiam vel per iustitiam cum debuisset & potuisset fernare

Math. 15.

Corin. 15.

Sapientia  
Rom. 5

Mat. 23.

Mat. 7.

navem, non fecit, ipse ut causa submersionis resarciat damnum. Si verò nullam ipse causam dedit submersioni, si omnem adhibuit diligentiam omnemque industriam, nec potuit prætempestate & fluctibus, parcendum est misero, nec illi imputandum damnum. Ipse lux navis, alter mercium suatum iaturum feret.

1. Tit. 4.

Ioan. 8.

Sapient. 1.

¶ Ad hunc locum pertinet, quod rem laudamus aut vituperamus, bonam aut malam, valem aut inutilem colligimus, ex ipso vel auctore vel consutore. Aut omnem creaturam bonam probat Apostolus: quoniam dei est, & à deo facta ad usum hominum. Peccatum autem malum esse cognoscitur, quoniam diabolus malus ipsius auctor est. Ipse enim mendax est & pater eius, nempe mendacii. Ita mors nõ simpliciter bona esse probatur, quoniam bonus deus (ut ait. Sapient.) mortem non fecit. Mala autem est, quia malus diabolus & malum peccatum ipsam efficit. Hinc colligimus, bonum esse consilium, bonum propositum, quoniam à deo suggeritur, à sanctis angelis confirmatur. Hinc virginitas bona esse, & præcellenter supra matrimonium bona comprobatur, quoniam Christus eam consuluit, item, & Apostolus, ut virtutem perfectiorem. Vniuersaliter enim consiliarius efficiens causa dicitur sui consilii. Sic quod viri graues prudentes & experti consulunt, commendatur. Vnde est illud Poeta, Barbato crede magistro. Quod autem consulunt pueri, inexperti, imprudetes, carnales, merito ut suspectum non amplexabimur. Quo modo si recte collegisset Roboam, non ita foede patrum amittumque regnum scidisset. Hinc quod diabolus suadet, quod caro suggerit, quod mundus ostendat suspectum haberi debet.

Mat. 19.

1. Cor. 7.

3. Reg. 13.

Hebr. 2.

¶ Non enim boni sunt isti consilarii, neque tales quibus tuto fidi possit. Quod autem spiritus domini suggererit, id certissimum est consilium.

¶ Ita lex vnaqueque aut consuetudo, a primis institutoribus aut subsequenter approbatoribus, commendatur vel reiiicitur, præfertur alteri vel postponitur. Sic enim Apostolus apud Hebræos de vtraque lege disserens, nonam præfert veteri, quod ista per angelos data fuerit, ac per Moysen ministrum tantum & famulum domini promulgata populo: illa verò per ipsum dei filium instituta, confirmata & prædicata fuit. Hinc veneranda omnia nouæ legis sacramenta, quod Christus ea instituerit. Apostoli spiritu sancto inspirati promul-

auerint. Hinc omnis scriptura sacra summa veneratione digna colligitur, quoniam ab ipso spiritu dei (iuxta Petri testimonium) profecta. Hinc omni veneratione & obseruatione dignum esse arguimus sacrum quadragesimale ieiunium, quod cum eximia illa legis columina, & Moyses Helyas obseruauerunt, ac deinde Christus ipse in se consecrauit, nobisque commendauit. ¶ Hac quoque ratione magicas artes damnamus, quod à diabolo sint auctore profectæ. Ita agriculturæ ars, ut omnibus antiquior & præstantior probatur, quod ab ipsa dei institutione post peccatum sit profecta naturali necessitate cogente, non vlla curiositate superuacanea præter necessitatem adiuuenta, ut alix pleræque, quemadmodum varietatibus, sculpturæ, atque texturæ, quibus nihil opus erat humano generi, sed luxus hominum ea effinxit. Sic ars usuraria damnatur, quam hominum progenunt auaritia: ars cupiditaria, quam adiuuenit gula satiari nescia, atque ita in cæteris.

¶ Hoc etiam loco vni commode possumus ad exhortationem filiorum, dum parentes efficientes causas proponimus, ut illos vel ad imitandum eorum probitatem excitemus, vel ab eorum improbitate reuocemus. primi exemplum est apud Tobiam, vbi filius accepturus Saram in uxorem, à sponsa & à seipso specialem exigit hac oratione castitatis pudorem. Filij (inquirit) sanctorum sumus, ideo non possumus ita coniugi succurientes, quæ ignorant deum. Huc respicit & quod Apostolus ait. Si radix sancta, & rami: & si delibatio sancta & massa. Huc & illud pertinet saluatoris. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Vos ex parte diabolo estis, ideo eius opera vultis perficere. Secundi verò exemplum proponit scriptura, cum filius loquens ita ait. Hodie si vocem eius audietis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exhortatione, vbi tentauerunt me patres vestri.

Sic & in Euangelio Dominus improbus ludæis ait, Quem prophetarum non occiderunt patres vestri: statim subiungens, Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

CAP. XIII.

¶ De usu loci à causa materiali.

Tobi. 8.

Roma. 11.

Ioan. 8.

Psal. 94.

Mat. 23.

E

X loco quoque à causa materiali: alia adfertur possunt à suprapositis argumenta. Vbi primum nota, materiam considerari duplicem: alteram ex qua res componitur simul cum forma, Vt homo componitur ex suo corpore simul cum anima. Hæc vocatur materia ex qua aliter appellamus materiam, id circa quod versatur alicuius consideratio. Vt materia scientiæ cuiuslibet, dicitur id de quo talis est scientia, aut circa quod eius consideratio versatur: Vt materia dialecticæ, est argumentatio: materia grammaticæ, est eloquutio: materia Physicæ, corpus naturale materia theologiae, ipse deus. Dicitur quoque virtus quælibet habere suam materiam circa quam versatur, vt sobrietas est circa cibû & potû, patientia circa res difficiles tolerandas, fortitudo circa res arduas aggrediendas. Idcirco cibus & potus dicitur materia sobrietatis siue temperantia, vsus rei veneræ est materia continentia, res toleratu difficiles materia sunt patientia, res arduæ fortitudinis, atque ita in cæteris. quorum plena determinatio ex morali doctrina petenda est. Dicitur quoque omne verum omnique promissio aliquam habere materiam, ipsum videlicet de quo fit votum aut promissio.

¶ Ex consideratione igitur materiæ, multipliciter argumenta trahimus. Hinc enim colligimus, virtutem alteram, alteri præstare: quoniam alia materiam habet sublimiorem, alia humiliorem: ita scientiam vel artem aliam alij præstare, ex materia circa quâ versatur. Ideo enim inter omnes mechanicas agricultura videtur honestissima & utilissima: quoniam circa ea versatur quæ sunt humano generi omnium utilissima. Hinc illæ artes quæ circa res viles humano generi occupantur: verè viles probantur: illæ autem quæ tantum circa superuacanea & curiosa, aut etiam aperte noxia & prohibita, vel minus probantur vel omnino reiciuntur. Propterea Physica disciplina alijs est præstantior sermocinalibus: quia illæ in vocibus hærent, ista res naturales contemplatur. Inter partes quoque physice scientiæ, Aristoteles ex hoc loco argumentatur scientiam de anima esse cæteris præstantiorem, quoniam illa de anima est, quæ omnium naturarû est nobilissima & præstantissima. Omnium verò scientiarû simpliciter altissima esse probatur Theologia: quoniam materiam habet omnium

præcellentissimam. Moralis autem scientia antecedit medicinam: quoniam illa circa morbos anime, ista circa morbos corporis curandos. Denique legum cognitio, medicorum scientia videtur inferior, quod hi circa corpus hominis occupentur, illi potissimum circa possessiones atque pecunias, vt quid sit vniuscuiusque proprium definiant. Corpus verò melius est temporalibus bonis. Hinc omnium virtutum eminentissime probatur tres illæ quæ appellantur theologicæ, nempe fides, spes, & charitas, quod immediate circa materiam excellentissimam ipsum deum versantur. Cæteræ verò immediate circa aliquid medium occupantur, quod ad deum dirigitur, vt circa passionibus malas refrenandas, aut vtilia opera peragenda.

¶ Hoc quoque modo colligimus votum esse bonum aut malum, seruandû aut rescindendum, si videlicet materiam habeat bonâ, bonû erit, si malam, vt pote si vel in aperto malum fertur vel in minus bonû, quo aliud maius bonû excluditur, malum erit. Similiter laudatur consilium, propositum, cogitatio, affectio, & studium, si circa rem bonam sit damnatur, si circa rem malam. Vnde & vita contemplatiua voce domini ex materie consideratione præfertur actiua: quoniam ista sollicita est, & consideratur erga plurima. Illa verò vni inhaeret, quod est necessarium. ¶ Huc pertinet quod de beato Augustino legitur & canitur. Testamentum nullum fecit, quia vade faceret, non habuit. Simili modo Augustinus ipse probat, vitam actiuam non fore in patria, ex eo quod non inuenietur illic materia, circa quam hic modo versatur. Modo, inquit, quia esuritur, quia scitur, misericordia miseris necessaria est. Frangis panem esurienti, qui inuenisti esurientem. Tolle famem, cui frangis panem? Tolle nuditatem, cui præstas vestem? Ac post pauca concludens sic ait. In futuro non erunt ista mala, ergo nec ista ministeria. ¶ Ex materia quoque corruptibilitas aut incorruptibilitas, longa aut breuis duratio arguitur. Hinc enim, cœlum ostēdimus esse incorruptibile: quoniam materiam non habent agētibz & patientibus adiuncticè primis qualitibus subiectam. Cætera autem corpora inferiora: quoniam materiam habent eiusmodi qualitatum actioni subiectam, corruptibilia probantur. Item vniuscuiusque corporis naturalis materia maxime passionibus huiusmodi est obnoxia, eo res ipsa fragilior facilisq; corruptibilis probatur.



Pfal.s.

Hoc modo ex materia argumentandi miratur. Psalmista, hominem stellis & cœlestibus corporibus viliozem, dicens, Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis & c. Quasi dicat postquam illa sunt incorruptibilia, homo autem corruptibilis: quid igitur est, quod tantu facias hominem cum videatur hac ex parte illis. quoque inferior? Denique hoc ex loco, considerata ex conditione materis argumentamur id quod ex ea factum est tale esse aut tale. Ut cum sit colligimus, Vas istud est vitreum, igitur mundum est, sed fragile: ceræcum: igitur liquefcet facile. Poculum istud est quercinum aut faginum, durabit igitur. Domus ista ex lato tantum & stramine constructa est, non multa igitur erit durationis. Domus est lapidea, non facile igitur inflammabilis. Monumentum hoc æreum est, igitur perstabit in multa sæcula. Statua hæc aurea est, magni igitur precij. Cymbala istud argenteum est, igitur bene sonorum.

## CAP. XV.

¶ De loco à causa formali.

Argu-  
menta  
à causa  
formali.

Orro a formali causa (iuxta Boetij traditionem) vniuscuiusque rei virtutem metimur, Ideo enim Dedalus volare non potuit, quia naturali forma ad volandum dispositus non fuit. Maximam huic argumento istam assignat. Tantum vnaquæque res potest, quantum eius forma naturalis permittit. Hinc colligitur aquam non posse naturaliter calefacere, neque ignem frigidificare: sed è contrario aquam posse frigidificare & ignem calefacere. Cum enim omnis actio siue operatio à forma aliqua debeat procedere (vt in Physicis declaratum est) si forma illa que requiritur ad talem, aut talem operationem probetur rei non adesse, monstratum erit talem operationem illi rei non conuenire. Vt (exempli gratia) nihil potest calefacere, nisi mediante calore, quæ est forma quædam accidentalis, per quam debet fieri operatio calefactionis. Cuiuscunque igitur monstratum fuerit non inesse calorem, huic neque calefactionem competere monstratum est. Videtur autem in his forma simul

& sub ratione efficientis considerari. Arguimus enim à forma quatenus est talis operationis effectiua vel non effectiua. ¶ Idem fere argumentandi modus est quo iubemus vnumquenque artificem intra suos limites consistere: vt (iuxta puerbium) (ator non vltra crepidam, nec in alienam messem professor quilibet falsam mittat. Nequit enim artifex de ea re iudicare, cuius non habet peritiam. Si agricola quispiam est de agricultura & rusticatione decernat, si calcarius est, de calceis: si pellio de pellibus. Si grammaticus est de rebus grammaticis iudicabit. Si mathematicus de mathematicis. Si autem theologus non est: rerum theologiarum determinationem sibi non usurpabit: si dialecticus non est, de rebus dialecticis temere non definit. ¶ Ita quoque generaliter ab vniuscuiusque professione argumētari licebit, ad ea que professionis illius sunt officia. Est enim professio velut forma quædam. Quæuadmodum enim formis naturalibus res distinguuntur in natura, naturalibusque officiis, ita professione sua quisque determinatur ad officia sibi conuenientia, videntur que res humanæ alioqui confusæ, huiusmodi statuum ac professionum diuersitate, velut ad ornatum distingui, vt in naturalibus omnia alioqui indistincta per formas distinguuntur. Ita licebit argumentari, Monachus es, diuinis igitur rebus intende, à secularibus autem negotiis & tumultibus abstinere. Maritus factus es, igitur, prolium generationi & educationi familiarique gubernanda dabis operam. Sacerdos non es, non est igitur tuum offerre in ecclesia sacrificium aut sacra peragere. Poeta es, canere igitur fortium gesta virorum: Theologus non es, à rebus igitur fidei decernendis abstinere. Ita in cæteris. ¶ Considerabimus præterea in rebus humanis, quæ vel signis vel extrinsecis quibusdam ad hoc institutus sunt, quo modo aut qua forma vnumquodque eorum peragatur. Nam & sic à forma licebit argumentari. Exempli gratia, Baptismi Christianorum forma est, vt is qui baptizatur super tinctum aqua sanctæ Trinitatis nomen inuocet dicens, Ego te baptizo in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Matrimonij forma est vt (mutuo sibi consentientes) masculus & femina dicant sibi inuicem. Do tibi fidem, aut equiualeas aliud. Sic igitur licebit à forma argumentari. Hic puer aqua tinctus est, eo quod tingebat nomen beatæ Trinitatis su-

per ipsum innocente, igitur puer iste baptismum suscepit. Est quippe illa baptismi forma, ite, Hi duo, vir atque mulier mutuum animorum consensum expreserunt, dicentes, Do tibi fidem, aut æquivalens aliquid peregerunt, igitur verum est inter eos matrimonium. Hac enim est forma matrimonij ite, Hic religionis sacræ vestem suscepit, atque in manus patris obedientiam, regulæque communis observantiam sancte promisit, igitur monachus est factus. Hic homo nunquam ab episcopo est iunctus, neque super eum verba sacra ad id instituta prolata sunt, igitur non est sacerdos. Hac enim forma consecrantur sacerdotes. ¶ Ad hunc locum possunt reduci & mores diuersi qui antiquitus ad re quampiam ex institutione seruiabantur. Vt si probemus Scipionem triumphasse, ex eo quod in curru aurato vectus sit à quatuor equis albis eum ducentibus, capite coronato, deusis hostibus currum sequentibus, quorum colla caenis erant onerata, sicque præeunte senatu in capitolium ascendit ad templum Iouis, vbi tauro albo maculato eadem pompa comitatus domum rediit. Hic enim apud Romanos erat mos triumphantium formæque triumphij. Ite, si ostendamus apud Romanos quempiam manumissum ex eo quod Dominus caput serui manu tenens, ita dixisset. Hunc hominem liberum esse volo, statimque illum emisisset de manu. Hic enim apud illos mos erat in manumissione. Aut si hostes ostendamus subiugatos ex more quem in subiugando Romanus seruabat: duabus quippe hastis in terra dehisitis tertia superponebatur, ac deinde discincti hostes, sub illa transire cogebantur inermes. ita in cæteris. Denique, à formis res adinuicem comparamus secundum dignitatem maiorem aut minorem. Ideo enim omnium corporum homo est dignissimus, quoniam animam rationalem habet formam omnium corporalium nobilissimam, nimirum Dei in se gestantem imaginem. Ideo bruta plantis, plantæ rursus inanimatitatis corporibus præstant: quoniam anima sensitua vegetanæ præstat, atque hæc iterum formis omnibus, quæ nec vegetandi habent virtutem. Similiter ex formis artificialibus opus operi præferimus, iuxta quod forma fuerit præcellentior vel inferior.

## CAP. XVI.

¶ De loco à causa finali.

¶ Inis omnium causarum præcipua est, atque adeo causarum causa, ad quam cæteræ omnes debent secundum proportionem accommodari. Propter quod consideranda, semper est diligenterque spectanda finalis hæc causa, vt inter omnes præcipua. Ex hac enim, omnium artium atque disciplinarum, omnium consiliorum & operum metimur bonitatem siue vilitatem. Quorum enim est præstantior finis, illa magis erunt commendanda. Hinc virtutes scientiæ meliores colligimus, quoniam illæ ad voluntatem excellentiam, & vitam instituendam faciunt, istæ ad intellectum tantum ornandum. Minus autem est, intellectum exornare, quam affectum excolere & vitam instituere. Hinc colligimus, meliores esse virtutes theologicas, fidem, spem & charitatem, virtutibus moralibus: quoniam hæc ordinantur ad refrenandum malas passiones, quæ regnant in corpore: ille verò ad subleuandam mentem affectumque in Deum, qui finis per se altero est præstantior. Et vniuersaliter ex fine proposito colligimus causas alias, efficientem, formalem, & materialem. Secundam enim diuersitatem finium, adhibendæ erunt diuersæ cause efficientes, formæ diuersæ, ite & materię. ¶ Exempli gratia struere vis ædificium, hoc fine vt in eo possis etiam ab hosti vi & impetu esse securus, quare talem artificem qui non ornatum curet, sed fortitudinem operis, talem quoque materiam elige, quæ maximam præstet fortitudinem, vt quæ minus facile possit tormentis bellicis confringi, denique formam talem cura induci ædificio, quæ huiusmodi fini magis est commoda, cuiusmodi est forma castrorum aut torrionum. Sin vero ædificium tibi quæris, ad hoc tantum vt in eo magnificentiam tuam ostendas, inque eo subinde oblectes animam, quare artificem talem qui ornatum amplius & commoditatem quam fortitudinem spectet: materiam quoque accipe commodam, videlicet lapides eminus resplendentes, qui parietibus ædificij decorem tribuant. Formam quoque elige, non castrorum aut torrionum, quæ inanimior est, sed quadrati palatii, quæ est oculis gratior. ¶ Ita ex finium destinatorum diuersitate, pueris assignantur magistri diuersi, diuersaque studia. Si prolem tuam destinās religioni, iam inde à puero talem illi delige præceptorem, quam putes ad eum finem posse instituere puerum: talibus quoque studiis illum fac exerceri, quibus adiungetur &

Argumenta à fine.

inceitur ad finem propositum: talibus quoque moribus fac illum assuescere ab annis teneris, qui fini conueniant. Sin autem ad aulicam vitam illum destinat, tali eum trade institutori, & talibus moribus imbuendum trade talibusque exercendum artibus, quæ ad finem sint destinatum accommoda.

¶ Hinc ita licebit argumentari. Vitam beatam adipisci desideras, non igitur voluptati operam dabis, non carnem curare satages, sed carnem tuam crucifigere, Deique mandata seruare, si ideo studes, vt Deum cognoscere agnitioneque illi seruire valeas: igitur non lasciuis poetarum versibus, aut vanis sophistarum captationibus tibi est inhærandum, nec supernacaneis philosophorum contentionibus immorandum: sed creaturarum sobria cognitio tibi expetenda est, atque ad libros sacros transeundum, qui te eo quo tendis peruenire doceant. Si ideo loqueris vt ædifices, igitur abstinendum ab iis quæ tantum aures demulcent, ea vero proponenda quæ mentem illuminent animamque accendant, Carnem vis habere spiritui subiectam, assumenda igitur ieiunia, orationes gemitus, pugnae, & lachrymæ. Hæc enim sunt media ad finem illum per se ordinata & necessaria.

¶ Nil autem refert, proposito aliquo fine, siue argumentaris ad electionem mediorem conuenientium, siue ad abiectionem disconuenientium, & quæ potius ad contrarium finem deseruiant. Vt cum ita argumentamur, Vitam beatam adipisci desideras, non igitur vitis te ipsum implicabis, quæ ad mortem perducunt: sed virtutibus & actionibus bonis sedulo dabis operam. Vis imperfectionis studio Deo militari, non igitur secularibus negotiis te debes inuoluere (iuxta illud Apostoli, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus) sed in quiete vitam agere. Hoc modo à fine ex verbis **CHRI**STI sic argumentatur, Si velis ad vitam ingredi, serua tibi ergo mandata seruanda. Si velis esse perfectus, sunt igitur tibi vendenda omnia quæ habes, & danda pauperibus, ac deinde ad **CHRI**STI sequelam est veniendum. Oseruatio enim mandatorum, est medium assequendi finem optatum vite æternæ: & omnium propter Christum contemptus, est congruum medium ad adiequendam perfectionem vite Christianæ. ¶ Huiusmodi argumento Dominus Iesus Petrum & Ioannem vindictam querentes aduersum Samaritanos ma-

gistrum nolentes recipere confutauit, Cum enim illi dicerent, Domine vis dicimus, vt ignis descendat de cælo, & consumat illos: ostendit dominus ex fine ad quem venit in primo aduentu, id non conuenire dicens: Filius hominis non venit animas perdere: sed saluare. Tanquam si dicat, Ad hunc finem ego veni vt saluem non vt perdam, igitur non est dicens quod vos proponitis, vt ego pro leui iniuria homini facta statim illos perdam: sed magis conuenit, vt mea longanimitate ferendo illos tandem ad penitentiam adducam. Simili argumento vitur aduersum Phariseos se excusans, quod cum Publicanis & peccatoribus manducaret, eosque benigne susciperet. Non venit, inquit, vocare iustos, sed peccatores, ad penitentiam. Velut ex hoc manifeste inferens: quod cum illis deberet magis conuersari: cum non alio conuenientiori medio illos posset ad salutem adducere, quam assidue cum ipsis viuendo ipsosque amstruendo. Simili modo & post morte in peregrinis specie ambulans cum duobus discipulis, declarat ex fine, se debuisse passionem amarissimam perferre. Nonne, inquit, oportuit, Christum pati, & ita introire in gloriam suam? Ac si diceret, Si ad finem erat perueniendum, vtique medium respiciendum non erat quod à Deo erat ad finem talem præordinatum. Paulus quoque Apostolus à fine argumentatur, cum ad bonum exhortans discipulos, ait Bonum facientes non desistamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Messis enim retributionis æternæ, omnium bonarum actionum est finis. Et alibi, quoties ex propositione cælestis præmii fideles morer, tribulationes mundi patienter ferre, nihil aliud quam à fine argumentatur quoniam sustinenda in aduersis medium est conueniens ad promerendum futuræ beatitudinis requiem. Sic & Petrus Apostolus ait, Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Sic Petrus ex fine nos instruit benedicere semper & non maledicere. Non reddentes, inquit, maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes qui a in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Quasi dicat, Finis ad quem prædestinati estis benedictio est cælestis: medium igitur proportionatum finis huic eligendum est, nempe benedictio mansuetudinis, & quod ab illo fine abducit, nempe maledictio iracundiæ, fugiendum. Ex finium quoque confyde-

Lucæ. 9.

Matt. 9.

Lucæ. 4.

Galat. 6.

1. Pet. 4.

1. Pet. 3.



2. Timo. 2.

Mat. 19.

tionē & collatione, sumitur argumentum pulchrum & effi-  
 cax, & iudicandum de medijs, quæ ad finem huiusmodi or-  
 dinantur. Sic Paulus legem veterem multis in locis longe post  
 ponit nouæ, quod illa ad hunc finem potissimum sit data, vt  
 quasi in domum pædagogus seruetur populum duræ cervicis  
 sub timore, donec promissus adueniret Messias. Lex autem no-  
 ua post illam data est vt sublato timere, in libertate spiritus  
 per amorem Deo adhzentes, cælestis regni hæredes consti-  
 tuantur. Sic alibi finem laborantium in stadio vel agone hu-  
 manæ sæculi, cum sine laborantium in militia Christi comparat  
 dicens, Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant,  
 nos autem incorruptam. Atque hæc comparatione finium, la-  
 bor Christo seruientium longe præfertur labori eorum, qui  
 pro corruptibili præmio mundo inserviunt. Simili modo apud  
 Romanos finis bonorum atque malorum comparat, &  
 quæ ad vtrumque finem perducunt media ostendere volens,  
 ex diuersitate finium illa eligenda, hæc abiicienda. Quem (in-  
 quit) fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubui-  
 stis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à pecca-  
 to, serui autem facti deo, habetis fructum in sanctificationem  
 finem vero vitam æternam. Suspendia enim peccati mors, gra-  
 tia autem Dei vita æterna. ¶ Omnium autem horum argu-  
 mentorum, atque eorum omnium quæ in precedentibus di-  
 cta sunt, vna est generalis maxima, quam supra ex Boëtio ci-  
 tauimus. Vnāquāque rem ex causis spectari oportet,

## CAP. XVII.

¶ Quomodo etiam apud Poetas multus sit horum locorum  
 vsus.

Vnt quoque loci isti apprimè vtilēs Rhetoribus atq;  
 S Poetis, neque est alius quo vel libentius vti soleant vel  
 frequentius, in quocunque tandem causarum genere.  
 Siquidem tria apud Rhetores distinguuntur genera causarum  
 nempe deliberatiuum, iudiciale, & demonstratiuum. Delibe-  
 ratiuum ad consilia pertinet, iudiciale ad contentiones & fo-  
 rentes causas spectat. Demonstratiuum vero pertinet ad do-  
 cendum, ad narrandum, res gestas ad laudandum aut vitupe-  
 randum. In genere deliberatiuo, plurimum confert causarum  
 diligens consideratio. Cōmunis enī deliberandi forma est

nam quod proponitur expediat: deinde, si ad effectum perdu-  
 ci possit quod expedire inuentum fuerit, & quomodo, quibus  
 que medijs, & per quos effici possit. Si enim vel non expedit  
 quod proponitur, vel non apparet commodus modus ad ip-  
 sum efficiendum, statim à deliberatione tanquam vanam rei-  
 citur, fit autem hoc commodissime à causis, efficienti potissi-  
 mum & finali. Manifestum igitur est generi deliberatiuo ac-  
 commodam esse causarum considerationem. Huc etiam per-  
 tinet quod supra diximus, propositum consilium sæpe ab ip-  
 so auctore vel consutari, vel acceptari. Sic apud Cæsarem in  
 Commentarijs, libro quinto de bello Gallico, legati duo, Cor-  
 ta & Sabinus conuendunt. Negat Corta, auctore hoste de  
 summis rebus capienda consilia. Au- biorigem, scilicet, hostem  
 reputans. Contra, Sabinus, quod Ambiorigem amicū testi-  
 maret, consilium insequendum contendit, de educendis ex hy-  
 bernis legionibus. Siquidem in hoc versabatur contentio. Ad  
 hunc modum & apud Virgilium, vbi de equo per Græcos fa-  
 bricato in urbem Troiam transferendo, à ciuibus consula-  
 tetur. Laocoon ab ipsis doni autoribus nequaquam in vr-  
 bem inferendum esse arguebat, his verbis ciues compellans,  
 O miseri, quæ tanta insania ciues:

Creditis auctores hostes, aut vlla putatis.

Dona carere dolis Danaum?

Ac post pauca, quid ex authoribus malæ suspicionis colligat,

aperit, subiungens in hæc verba,

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi.

Aut hæc in nostros fabricata est machina muros.

Aut aliquis latet error.

Ac postremo conclusionem insert, ita sermonem finient,

Aequo ne credite Teucri.

Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

Eodem argumento & alii plerique sagatoris ingenii, in  
 eandem ducebantur sententiam: quemadmodum de Capi co-  
 dem in loco Virgilius ita inquit,

At Capis & quorum melior sententia menti.

Aut pelago Danaum insidias suspensa que dona

Præcipitare iubent. subiectis que vrere flammis.

Ita videlicet ab ipsis equi fabricatoribus donique authoribus



prudenter suadebant, ipsum minime suscipiendum in urbem. Cui consilio si fuisset obtemperatum, non ita copiosum Poetis omnibus Troia infelix dedisset canendi argumentum: atque (vt ipse vsar verbis, qui tuam tuorumque cladem canendo inter Latinos Poetas principatum iure obtinuit.)

Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres. ¶ Porro in genere demonstratio, ad laudandum atque vituperandum Poetis & Oratoribus vsitatissimum est causas adferre. Vt apud Virgilium, pocula sua Menalcas commendat, ab efficiente, Alchim edontea materia, quoniam fagina essent, atque etiam à forma, quoniam sculptura erant mirabili. Ita enim cum Dameta certans, cum de grege non auderet quicquam deponere, pocula ista commendat, dicens.

Quoniam tibi pocula ponam

Fagina, calatum diuini opus Alchim edontis.

Lenta quibus toruo facili superaddita vitis.

Diffusos hedera vestit palente Corymbos.

In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter.

Descripsit radio totum, qui gembus orbem.

¶ Hoc modo laudamus quempiam, à genere, à patria, à pedagogo: quæ omnia quædam efficientes sunt causæ. A genere quidem Ilioxus apud Latinum, Phrygem Aeneam commendat, dicens.

Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes

Gaudet auo, rex ipse Iouis de gente suprema.

A doctore autem & pedagogo se commendare videtur Persius, ita Cornuto suo loquens.

Cum primum pauido custos mihi purpuræcessit.

Me tibi suppositi, teneros tu suscipis annos.

Socratico Cornute sinu.

Sic ii quorum est artes commendare, quidlibet potius negligunt, quam earum exponere primos inuentores, vnde & illud in Eglogis Virgilianis,

Ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena.

Ipse colit musas, illi mea carmina curæ.

Sic de arte arandi terram in Georgicis ait.

Prima Ceres ferro mortales vertet terra.

Instituit.

¶ Ad exortandum quoque & increpandum non parum ha-

bet momenti hic locus, cum progenitorum exemplis propolis, vel facta tantum commemoratione honesta, ita filios vel adhortatur ad similia, vel ab iis quæ genere suo sunt indigna, auocamus. Sic Vergilius egloga quarta, siue Saloninum siue Marcellum ad magna exhortatur his verbis.

Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores

Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum

Contra, molles Romæ anos increpat Persius, dicens.

Vos ô patricius sanguis quos viuere fas est.

Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ. Et rursum

Hic neque more probo videas, neque voce serena.

Ingentes trepidare Tiros, dum carmina lumbum.

Intrant, &c. ¶ Ad excitandum quoque misericordix affectum, stectendosque animos, plurimum valet efficientium cõ

memoratio. Vt est illud Didonis ad Aeneam

Quis te nate Dea, per tanta pericula casus.

Insequitur: quæ vis immantibus applicat oris?

Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ.

Alma Venus Phrygiæ genuit simoentis ad vnam.

Idem apud Terentium pulchre tractat Clitipho, sic matrem

alloquens. Si vllum vnquam fuit tempus mater cum ego ti

bi voluptati fuerim dictus filius tua voluntate, &c. Sic orantes ad persuadendum & exorandum adferre solent, quicquid

ad rem impetrandam possit efficere. Quomodo apud Vergi-

lium Dido abire parantem Aeneam detinere cupiens, inter-

ponit obsecrando quicquid illius putet animum posse com-

mouere.

Per ego has lachrymas (inquiens) dextramque tuam te

Per connubia nostra, per inceptos hymenæos

Si bene quid de te merui, aut tibi quicquam

Dulce meum, miserere domus labentis, & istam

Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem

¶ Nec est Poetis inutile argumentum, quod à materia sumi-

tur. Hinc enim pigrescentem puerum Persius ita alloquitur.

Vdum & molle lutum es, nunc nunc properandus, & acri.

Frigidus sine sine rota.

Quasi dicat. Quia nunc dum modica est ætas, aptissima es

materia disciplinis ac moribus suscipiendis nunc nunc

mandus es & instituendus ad eum modum quo figulus ma-

teriam, dum vnda & mollis est format pro libito. Huc pertinet, quod in Georgiis Virgilius docet terras diuersas conseruare, quarum aliae melius vites, aliae foelicis fegetes proferrant. Arborem quoque diuersae species diuersis in locis ac terris foelicis prouenire, Sic enim ille canit secundo Georgicorum libro.

Nec vero terra ferre omnes omnia possunt.  
Fluminibus salices crassisque plaudibus alti  
Nascuntur steriles, saxosis montibus orni.  
Littora myrtetis aptissima, denique apertos  
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora tari.

¶ Simile fere est quod ex consideratione ingeniorum diuersis studiis pueros destinamus, vt iuxta conditionem materiae id est, qualitatis ingenii, huic aut illi tradantur disciplinae. Vbi enim materia non est idonea frustra tentamus quicquam efficere: quem admodum vetus habet prouerbium. Nihil inuita minerua. Inde & vulgatum illud, Veterem canem difficile est loris assuescere. Et illud, A teneris assuescere multum est. Et quod Poeta ait.

Quo semel est imbuta recens seruaabit odorem,  
Testa diu.

¶ Porro, quam non negligant formae considerationem Poetae, Passim eorum omnia indicant. Vix enim curiosius alios quam rerum formas depingeret fatagunt. Ex forma & habitudine corporis, simul & ex voce Aeneas apparentem sibi veniorem, quamquam incognitam & venatorio habitu adornatam. Deam tamen esse colligit his verbis eam alloquens.  
O quam te memorem virgo, nanque haud tibi vultus  
Mortalis, nec vox hominem sonat o Dea certe.

A forma quoque Aeneam pulchre Virgilius commendat, cum corporis decorem & habitudinem quam ex matris acceperat colloquio, ita describens.

Resistit Aeneas, claraeque in luce resulset.  
Os humerisque Deo similis: namque ipsa decoram  
Cesariem nato genitrix lumenque iuuentae  
Purpureum, & laetos oculis afflaret honores.

¶ Cuiusmodi exempla passim apud Poetas omnes occurrunt.

¶ Denique: a sine efficaces admodum sumuntur exhortationes & obiurgationes. Sic enim apud Virgiliu Aeneas grauissimis

iacatus casibus socios consolatur, ex sine proposito, dicens,  
O passi grauiora, dabi deus his quoque finem:  
Per varios casus, per tot discrimina rerum,  
Tendimus in laetum, sedes vbi fata quietas  
Ostentant: illic fas regna resurgere Troiae.  
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Hic videlicet proposito sine desiderabili, ad ea quae pro finis illius adoptione fatavolebant ab illis ferri, magno & in victo animo sustinenda, suos pius Aeneas exhortatur. ¶ Alloquens vero Dionem Ithoneus, dolens & indignans, post tot perperis miseras ne tunc quidem portum quietum sibi suisque permitti, proposito omnium sine, qui est dei pro cunctis retributione, monet ab iis abstinere quae ad finem malum suos authores adducerent. Sic enim ait.

Quod genus hoc hominum, quaeque hunc tam barbara more.  
Permittit patria? hospitio prohibemur arenae,  
Bella cient, prius naque vetant consistere terra.  
Si genus humanum, & mortalia remittis arma:  
At sperate deos memores fandi atque nefandi.

¶ A sine quoque, Persius illos qui vel in populari fauore, vel in voluptatibus corporis finem constituerent studiorum, amara irrisione inceptat, dicens,

Vtque adeo ne  
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?  
Et iterum aduersus voluptarium.

Quae tibi summa boni, vnct a vixisse patella?  
Iuuenalis quoque vanum Hannibalis laborem ex vano sine irridet, his versibus,  
Idemens, & seruas curre per alpes  
Vt pueri placeas, & declamatio ahas.

Videlicet a sine ta vano & ridiculo, quae ait quaxisse. Hannibalem ta nouo molimine, conatum irridet vanisque coprobat. ¶ Ab effectis quoque locus no infrequens est Poetis, cuius nos vnum tantu, aut alteru exemplu proferemus. Apud Virgiliu Dido ab Aenea despecta, illum cocludit neque patre Dardano neque matre Venere natum, his versibus.

Nec tibi diua Parens, generis nec Dardanus author  
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens  
Caucasus, hyrcanæque admorunt vbera tygret.

In argumentum sumit effecta, quæ subsequuntur.

Num fletu ingemuit nostro: num luctuina flexit?

Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est.

¶ Ad eandem formam Priamus colligit Pyrrhum ante oculos suos filium suum trucidantem non fuisse verum filium. Achyllis, his versibus.

At non ille fatum quo te mentiris Achylles,  
Talis in hoste fuit Priamo.

Quasi dicat, non potuisse fructum tam amarum, filium tam insigniter inhumanum, à bona arbore, à pio & humano patre progigni. Contra, à filiis per hunc modum & parentes commendamus. Cuiusmodi est illud Aeneæ ad Didonem.

Quæ te tam læta tulerunt  
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?

Sunt huiusmodi exemplis plena Poetarum carmina, præ cæteris autem quæ à principe Poetarum Virgilio summo officio sunt elucubrata, extremâque diligentia limata. Nobis vero satis visum fuit pauca ista in exemplum proponere, ad indicandum viam quandâ iis quibus per a tatem vel ex professione in huiusmodi literis versari libet ac licet: ut ostenderemus dialecticos istos locos non solum ad inutiles rixas sterilesque contentiones (id quod scioli nonnulli calumniantur) conducere, imo neque ad philosophicas tantum aut scholasticas disciplinas: verum etiam ad Poeticam non minimum habere momenti, adque enarrandos rite Poetas imprimis esse necessarios. Curioso autem rerum huiusmodi inquisitori data tantilla occasione, non erit difficile interim dum per latos Poetarum campos oberrat, similia multa passim annotare atque in vnum aceruum, si licebit, colligere. Sed nos iam in casum locis nimium demorati, ad eos qui super sunt in intrinsecos locos expediendos, ocyus transeamus.

## CAP. XVIII.

¶ De locis à generatione & corruptione.

Ocus à causis propinqui sunt loci alii, qui appellantur à generationibus & corruptionibus atque ab vltibus. Siquidem generans & corrumpens, quædam est

A generatione.

ficientia sunt. Vltus vero est velut finis quidam rei cuius est cum vnaquæque res naturaliter ad vltum aliquem ordinetur.

¶ Fiunt autem ab his locis argumenta, iuxta communem

modum in prædicatis bonum & malum. Fit igitur à generatione argumentum, hoc modo, ut si generatio vel acquisitio cuiuslibet rei bona sit, ipsum quoque genitum monstratur esse bonum, ut in his patet exemplis. Generatio domus bona est, igitur domus est bona. Aedificatio templorum, monasteriorum, zenodochiorum, bona est, igitur templa, monasteria, zenodochia, bona sunt. Assuetudo ad virtutem bona est, igitur virtus bona est. Assuetudo ad vitium mala est, igitur vitium malum est. Constructio prostibulorum, aliorumque huiusmodi locorum in quibus regnant vitia, mala est, igitur huiusmodi aedificia mala sunt, Scipionem Africanum natum fuisse, civitati Romanæ bonum fuit. Nam (ut apud Cicero nem de amicis Lelius ait) illum natum fuisse civitas Romana, dum erit, lætabitur. Igitur Scipio ipse Romanis bonus fuit & commodus. Contra verò, Catilnam natum esse civitati Romanæ malum fuit, igitur ipse illi malus fuit & noxius. Maximæ, Cuius generatio siue acquisitio bona est, ipsum quoque bonum est. Cuius generatio siue acquisitio mala est, ipsum quoque malum est.

¶ Ab hoc loco ita licebit argumentari: **H**ERIST) natiuitas cœlam & terram lætificat, est igitur ipse natus cœlis & terris festinus, Speciali cultu deiparæ virginis Mariæ, & sancti Ioannis Baptistæ natiuitates honorantur, atque celebrantur ab Ecclesia, ideo speciali bonitate ac sanctitate illos natos oportet præcellere. Vni<sup>9</sup> Mariæ inter mortales omnes celebranda conceptio est, quia ipsa vnica in conceptione veneranda extitit, ab omni macula immanis præseruata. Item, Melior est (iuxta Sapientem) acquisitio sapientie acquisitione auri & argenti, igitur ipsa sapientia melior est omni auro & argento.

Prouer. 3.

¶ E conuerso quoque valet à genito ad generationem, hoc modo, Domus bona est, aedificatio igitur domus bona. Virtus præciosior est omni auro, studium igitur & acquisitio virtutis melior est studio auri & omnium, quæ possint desiderari. Quia templa bona sunt, vitæ in quibus laudatus Deus docetur populus, oblationes factæ sunt à fidelibus, ideo eorum constructio bona. Quia delubra & phana demonum, scholæ ephæborum, aliæque huiusmodi impura loca, pessima sunt, ipsorum quoque aedificatio pessima est. Ideo in hoc bene fecisse probatur Salomon, quod templum domini aedificauit. In hoc autem male quod ido-



DE LOCIS DIALECTI.

Lucet.

Locus à  
corruptio  
ne.

lis vrorum suarum sana construxit prophana. Hinc diffus-  
demus, ne castra aliāne huiusmodi fortalitia per mirantur in  
xta ciuitates construi: quoniam docet experientia, ipsa con-  
struēta plerumque in malum incolarum cedere tyrannis ad  
ciuium oppressionem loca illa fera occupantibus. Hinc de  
Ioanne Baptista ad patrem angelus ait, In natiuitate eius mul-  
ti gaudebunt: quoniam videlicet ipse qui nasciturus erat, bon-  
us esset futurus, & vtilis omni populo, inde gaudio plena  
debit esse natiuitas. ¶ A corruptione verò dum argumen-  
tum sumitur hoc est obseruandum, vt non idem in antecede-  
te & consequente sumatur prædicatur, sed commutentur ad-  
iuncticem, bonum malo & malum bono. Exempli gratia, De-  
struere idola, eorum delubria subuertere, lucosque succide-  
re, bonum est. (Ex his enim plerique in scriptura commen-  
dantur) illa igitur omnia mala sunt. Fores & homicidas au-  
ferri è medio, bonum est & reipublicæ expeditens: igitur fu-  
res ipsi & homicidæ reipublicæ sunt noxii. Seditiosos homi-  
nes in exilium mittere, ac de ciuitatibus propellere, bonum  
est reipublicæ: ipsi igitur sunt reipublicæ noxii. Virgilius mors  
pæmatura rei literariæ mala fuit (alioqui limatioe adhuc  
& terciaora haberentur eius opera) ipse igitur Virgilius rei  
literariæ dum viueret commodus fuit Perditio virtutis & sa-  
pientiæ mala est, igitur sapientia & virtus bona sunt. San-  
ctos martyres occidi malum fuit, igitur ipsi boni erant. Ma-  
ximæ, Cuius corruptio vel perditio bona est, ipsum est ma-  
lum. Cuius corruptio vel perditio mala est, ipsum est bonum.  
¶ Ita argumentamur ex verbis domini scandalizatores pu-  
sillorum pessimos esse & plurimum noxios: quoniam (vt ipse  
ait) expedit eis, vt suspensa ad collum mola asinaria mergan-  
tur in profundum maris. Si igitur eos auferri tam bonum  
est, vehementer malos & noxios esse eos est consequens. Sic  
Iudæ bonum fuisse dicit saluator, si natus non fuisset, malam  
indicans generationem eius, & bonam corruptionem vel non  
existentiam: videlicet quoniam ipse malus erat, domini sui  
traditor, horribilissimique sceleris author futurus.  
¶ E conuerso quoque valet à corrupti vel perditii bonitate,  
ad malitiam corruptionis, siue à malitia ad bonitatem. Si enim  
mali sunt & noxii fures seditiosique homines, bonum  
est auferri eos de medio. Si bona res est virtus, malum est eā

Mat. 13.

Mat. 26.

LIBER V.

144

perdere. Si melior est sapientia auro, peior ergo & maioris  
damni est perditio sapientiæ, per ditione auri. Idolorum sta-  
tuæ delubra & luci, quoniam mala sunt, dirui illa bonum est.  
Maximæ, Si quippiam bonum sit, ipsius corrumpi vel perdi  
malum est. Si quippiam malum sit, ipsum corrumpi vel perdi  
bonum est. ¶ Hoc autem in locis istis obseruandum est,  
vt argumentum sumatur in iis quæ per se bona vel mala sunt.  
Nam in iis quæ non per se sed tantum per accidens siue alte-  
rius concomitanis gratia bona vtiliæque dicuntur, non valet  
argumentum. Non enim si mors CHRISTI bona fuit, ideo  
ipse malus erat cum viueret. Vere enim bona fuit mors  
CHRISTI, & (iuxta verbum spiritus sancti, per os Cayphe  
pontificis prolaturum) expeditens fuit, vnum illum hominem  
mori pro gente. Veruntamen non per se, aut sui gratia mors  
illa vel occisio bona fuit, sed tantum per accidens, ratione cõ-  
comitantis salutis nostræ, quam per suam mortem ille fuit  
operatus. A leo enim per se bonum non fuit CHRISTVM  
dei filium, hominem innocentissimum & præceptorem fide-  
lissimum interfici, vt coelum & terra à facie huius facinoris  
exhorruerint: id quod & inanimæ creaturæ, illo pendente in  
ligno animamque agente demonstrarunt, cum sol non da-  
ret splendorem suum. moueretur terra, atque etiam petre  
scinderentur durissimæ. ¶ Similiter male colligitur, lupa-  
narium, aut prostibulorum constructionem vt bonam cõ-  
mendari, ex eo quod ipsa per accidens bona sunt & com-  
moda. Non enim per se bona sunt lupinaria, quoniam  
nihil in illis boni geritur, & quicquid illi tractatur,  
detestandum est. Sed per accidens bona dicun-  
tur, quatenus per ea multæ euitantur honesta  
rum virginū deflorationes & oppressio-  
nes: dum in illis ardens libidine inuen-  
tus, feruorem & furorem suum  
extinguit, quæ alioqui per-  
iculum erat ne in vir-  
ginem aliquam aut  
ciuem honestam  
subinde ef-  
funde-  
ret.

Ioan. 11.

Mat. 27.

De loco ab vsibus.

A

Locus ab  
vsibus.

B vsu autem rerum est argumentum, & se-  
quens & vile: dum ex vniuersiusque rei  
vsu, ipsius bonitatem aut malitiam inquiri-  
mus. Quod enim bonum habet vsum, id  
bonum esse probatur. Quod vero vsum ma-  
lum habet, id similiter malum esse euincitur. Interdum au-  
tem fit inquisitio de tota specie vel toto genere, interdum de  
singularibus indiuiduis. ¶ Exempli gratia, si quaeratur. Num  
bona res sit vinum. quo tam multos videmus corrumpere na-  
turam bonam, dicemus, bonum esse vinum: quoniam bonum  
habet vsum nempe cor hominis laxificare, & animos mœ-  
rentes, atque deiectiones erigere. Hunc enim verum esse & na-  
turalem vini vsum, testantur Dauid pater & filius Salomon.  
Ille quidem canens vinum exhilarare cor hominis: hic ve-  
rò, consulens vinum dari iis qui amaro sunt animo, vt obli-  
uiscantur doloris sui. Iuuat quoque lassatum stomachum, &  
infirmis multis succurrit, quemadmodum Paulus Ap-  
ostolus Timotheo scribens indicat modico vino vtendum  
illi suadens, propter stomachum & frequentes ipsius infir-  
mitates. Ita colligimus equum bonum esse, quoniam vsum  
multiplicem habet bonum valde & commodum, nimirum fer-  
re fessorem, siue in bello, siue ad negotia, currum trahere,  
aratro terram profcindere, aliisque huiusmodi similiter a-  
finis bonus est, quoniam bonum habet vsum, nempe onera  
ferre ad commodum domini. Ita omnes res simpliciter bonas  
esse probamus, & nihil creatorum omnino malum: quoniam  
quicquid à deo creatum est, aliquem habet boni vsum:  
illa quoque quæ videntur esse vilissima, & in genere creato-  
rum despectissima. Omnia enim huc ferunt, huncque vsum  
habent, vt deum in sua essentia laudent, hominique Diuinam  
in se & potentiam & sapientiam & bonitatem, comòdè stent. Sic Paulus  
Apostolus concludit non esse contendendum verbis: quoniam  
ad nihil vile, id est, nisi ad superuersionem audientium. Ita ppha-  
na & vaniloquia esse deuitanda: quoniam multum proficiunt  
ad impietatem. Item stultas quaestiones & genealogias, &  
contentiones, & pugnas legis docet esse vitandas: quoniam  
inutiles sint & vanæ. ¶ Interdum verò fit comparatio indie-

Psal. 103.

Prouer. 13.

2. Tim. 2.

Titum. 5.

viduorum secundum speciem vel genus sub quo sunt posita. Vt  
cum quaeritur, num hic sit bonus equus, aut hæc bona vacca.  
Tunc verò vsum illius speciei peculiarem considerare debe-  
mus: & si bonum habeat huiusmodi vsum id quod propo-  
nitur, bonum esse probatur sin malum, exempli gratia: bo-  
nus equus est iste, si bene ferat fessorem, aut bene currum si-  
ue aratrum trahat, aut aliquid eorum officiorum, quæ per e-  
quos fieri solita sunt recte perficiat. Si verò nullum eorum  
bene impleat, malus equus dicitur. Sic dicitur bonus asinus,  
qui bene fert onera. Bona vacca, si bene vitulos procreet &  
alat, lacque bonum & multum præbeat: Bonus dicitur canis,  
si bene latrat aduersam noxurnos fures: bonus murilegus,  
si bene mures capiat: bonus culter, si bene scindat: bona ve-  
stis, si bene tegat caloremque foueat: bonus liber, si discen-  
tem bene erudiat, atque ita in cæteris. Sic in Euangelio Do-  
minus ait, bonum esse sal, si non euauerit, vt vsum suum ha-  
beat qui est salire carnes & à corruptione seruare. Si autem  
euauerit, vt à nihilum ultra valeat, iam non ultra bonum est,  
sed mittendum in sterquilinum, Ita in Euangelica para-  
bola de arbore ficæ dicit paterfamæ. Ecce iam tribus annis  
quæso fructum in ficulnea, nec inuenio. Succide ergo illam, vt  
quid etiam terram occupat? Maxime. Cuius vsus bonus est,  
ipsum quoque bonum est. Cuius vsus malus est, ipsum quo-  
que malum est. ¶ Duo autem hoc in loco sunt obseruanda. Pri-  
mum est, vt in iis quæ per se bonum aut malum habet vsum ar-  
gumentemur. Non enim sequitur, Peccati vsus aliquo mo-  
do bonus est, igitur peccatum bonum est. Scandalorum vsus  
bonus est per accidens, igitur scandala bona sunt. Tyranno-  
rum vsus bonus est, igitur ipsi boni sunt. Verum est enim, pec-  
cati vsus bonum esse, non quidem per se, cum in ratione  
peccati nihil possit inueniri habens rationem vtilitatis, sed  
per accidens, quatenus Deus ipso nouit ad bonum finem vsu,  
quemadmodum testatur beatus Augustinus, adeo bonum esse  
Deum, vt mala fieri non permitteret, nisi inde nosset ma-  
iora bona elicere. Sic scandalorum per accidens est bonus  
vsus, quatenus per ea electi exercitantur & ad coronam præ-  
parantur. Propter quod dicebat in Euangelio Dominus.  
Necesse est vt veniant scandala. Sic & tyranni iustorumque  
oppressores, per accidens bonum habent vsum. Non tamen

Luc. 14.

Mat. 5.

Luc. 13.

Mat. 18.

Luc. 17.

b



ista simpliciter bona dicenda sunt, sed simpliciter mala. Veruntamen si proprie loquamur, non tam ille bonus usus est rerum malarum, quam Dei boni, qui malis sic uti nouit. Peccatum enim, ipsum quidem in se nullum habet usum ad bonum. Deus autem in se habet, quomodo illo ad bonum uti possit, videlicet ad suae iustitiae gloriam aduersus illud demonstrandam. ¶ Deinde est cautissime aduertendum, ne pro usu abusus sumatur. Locus enim ab abusus, sophisticus est. Non enim valet argumentum à rei abusu malo, ad malitiam rei illius, sed verus usus accipi debet. Vnde si quis ita in detestationem vini argumentetur. Inebriari, lasciuiare, luxuriari, insanire, mala sunt, igitur vinum est malum: quoniam illa omnia ex vino procedunt, & ad hoc vino vitatur plerique homines. Mendose colligit, qui ita inferit. Non enim ab usu vini argumentatur, sed ab abusus, Verus autem usus vini non est inebriari, lasciuiare, luxuriari, & huiusmodi: sed (vt supra diximus) cor hominis honesta & moderata laetitia reficere, corporisque robur sustentare, & releuare si quando deiciat ceperit. Est enim verus usus vniuersiusque rei officium ad quod à Deo facta est, vel id ad quod ab initio instituta est. ¶ Ita non sequitur, si malum est sine causa interficere, ob hoc malum esse gladium: quoniam gladius est ille abusus. Verus autem gladius est aduersus hostes se tueri aut nocentes punire quem admodum ait Apostolus, gladium portare iudicem, vt vindictam inferat male agentibus. Neque sequitur, malum esse eloquentiam aut malum ingenij acumen, quoniam plerique per ingenij acumen haereses, erroresque confingunt, aut per eloquentiam seditiones, ac schismata generant. Qui enim in his expendant eloquentiam, fontemque ingenij, non ita vtuntur, sed abutuntur illis quae alioqui verum usum bonum habent. Huiusmodi tamen argumentis ab abusu desumptis, mirum, quanta impudètia plerique nostrae huius tempestatis homines, sacra atque prophana, humana & diuina omnia infamant, tantum non caelum terrae commiscentes, res per se bonas & saluberrimas institutiones, ex sola abusus consideratione danantes, execrantes, pedibus conculcantes. Hinc enim sanctissimi Christi sacerdotum contemnunt, quod nonnulli videantur illo ad voluptatem aut quae sunt abusi. Monachatum ite, quod eo ad hypocrisis multi abutuntur. Pontificum dignitatem & precellen-

Ab abusu  
non valet  
argumen-  
tum.

Roma. 3.

tiam, quod multi eorum ad ambitionem illa abutuntur. Sic virginum conuenticula danant, clerum omnem execrantur. Diuinarum cultuum caeremonias, sanctorum cultum, imaginum usum in Ecclesiis, aliaque huiusmodi, Quasi verò quicquam sit tam bonum in rebus humanis, quo non abuti possit humana malitia. Quid enim verbo Dei magis sanctum, magis augustum, magis venerandum? Et hoc quam multi pessime abutuntur? Quid Dei largimitate melius? Et illa (vt ait Paulus) peccatores ingrati Roma. 2. imprudenter & improbe abutuntur ad cumulatum damnationem, thesaurizantes sibi iram in diem iudicij. Quid scripturis Mat. 4. sacris magis vult? Et illis diabolus (vt Mattheus testatur) ad tantandam Christum abusus est, atque etiamnum multi illius imitatores (vt Petrus Apostolus de Paulini epistolae pecculata. 2. Pet. 3. riter ait) eas deprauant ad suam atque aliorum perditionem. Denique, quid ipso verò corpore & sanguine Christi filij Dei praestantius potest cogitari, quod Paulus à multis testatur suum in damnationem? ¶ Facessant igitur sophisticus isti, cum suo illo splendido loco ab abusus: desinantque, miseri iudicio atque adeo sensu ipso communi carentes res per se optimas sine causa praeterius & aequum, atque notare infamias: magis autem ex usu bono, vt debent, singula discant commendare. Aut si omnino ab abusus argumentari illis est, si ita illis libet, & ita decretum est, accedant huc ad pulpitem proterui pueri, & discant, quomodo ab illo suo loco quem omnino desere nolunt, recte argumentari debeant. A malo, inquam abusu, danant non rem illam cuius est abusus, sed homines ipsos, qui rebus ex se bonis, sua malitia abutuntur. Ita non mendose sed vere colligent, multos monachorum malos esse & detestandos, quod monachatu, re bona & pia abutuntur ad hypocrisis, ad questum, ad ambitionem, aliaque huiusmodi. Ita dialectice colligent, multos clericorum damnandas esse, qui in clericatu diuitias quaerunt, mensas opiparas & vitam delictis plenam: atque ita in ceteris. Sic argumentantes ab abusus malis, ad abutentium malitiam suscipiemus illos liberet, donec autem rerum quarum est abusus malitiam esse, abusus colligunt, ridebuntur suauiter, & tanquam sophistae perniciosis exhibebuntur cum ignominia.

CAP. XX.

De loco à communiter accidentibus.

b ij

Locus à cō  
muniter ac  
cidētibus.

A D causas quodammodo pertinent etiam illa quæ ap-  
pellantur communiter accidentia, non quòd causæ  
sint alterum alterius, sed quia fere ex eadem causa  
vel radice procedunt, & quia ad eandē causam reducuntur, aut  
certe sic se videntur habere vt causa & effectus, vel vt effectus  
vnius tertiæ causæ, ex eo quod vnum sequitur ad alterum, eò  
modo quo effectus sequitur causam. Dicimus autem cōmuni-  
ter accidentia illa quorū alterum vel semper, vel vt plurimum  
ad alterū sequitur. Intelligimus autē hic sequi secundū conse-  
quentiā, ita vt vno posito alterū poni sit consequens. Vnde id  
quod infertur ex altero sequi dicitur ad illud, etiam si secun-  
dū tēpus præcedat. ¶ Vbi sciendū est, inter cōmuniter accidē-  
tia quædā inueniri secundū prius & posterius, id est, quorum  
vnum tēpore præcedit, alterū subsequitur. Vt in arbore prius  
est frōdere, quā florere, prius itē florere quā fructū pferre. In  
vite prius est gemmas turgentes emittere, quam folia, ac prius  
folia dare quam botros. Sic in muliere prius est concipere, po-  
sterius parere, vel in mammillis lac habere, prius item cum  
viro coniungi: quā concipere. Sic & peccare prius est quā  
penitere, & sapere prius quā desperare, & hoc rursus prius  
est quam respicere. Sic iuuenem esse prius est quā senesce-  
re, & viuere prius quā mori, & operari prius est quā ces-  
sare ab opere. Stare itē prius est quā cadere, & cadere pri-  
quam resurgere. Fuisse quoque in gradu non stabili prius est  
quā cadere, & ita in cæteris. ¶ In his omnibus manifestum  
est vnum non esse alterius causam, vnū tamen ad aliud cōse-  
qui, vt ipsius arboris frondere, non est causa fructuum: neque  
productio gemmarū in vite, causa est productionis vuarū. Itē,  
ipse cōceptus non est causa (proprie loquendo) partus nec pec-  
catum est causa ipsius penitentis, nec vita ipsius mortis, & ita  
in reliquis. Est tamen inter ea talis coherencia, vt post alterū  
secundum tempus sequatur alterum. Verum nō idem est quod  
secundū tēpus sequitur, & quod secundū vim illationis aut cōse-  
quentiæ. plerūque enim quod tēpore præcedit, sequitur secun-  
dū cōsequentiā, nō ecōtrario. ¶ Vnde in his cōmuniter acci-  
dentibus, argumentandū est affirmatiue, à positione postero-  
ris secundū tēpus ad positionem prioris, hoc modo, arbor ista  
floret igitur fronduit. Fructū habet, ergo flores & frondes ha-  
buit, Vinea ista botros profert, igitur floruit. Floret, igitur fuit

gemis turgida Mulier ista peperit, igitur concepit. Habet lac  
in vberibus, igitur virginitatem perdidit Ita sequitur, Hic ho-  
mo cecidit, fuit igitur non stabili gradu: iuxta illud Boetii,  
Qui cecidit, stabili non fuit ille gradu. Maxima. Communiter  
accidentium si posterius est, prius fuisse necesse est. ¶ Ecō-  
trario valet negatiue à priori ad posterius, hoc modo, Arbor  
ista non floruit, non igitur faciet fructum. Mulier ista non cō-  
cepit, non igitur peperit. Non est vitata hæc puella, neque igi-  
tur lac habet in vberibus. Maxima. Communiter accidentiū  
si prius non fuerit, nec posterius erit. Huiusmodi argumentis  
vt videtur Apostolus, cum Romanis ita scribit de Euangelii  
fide & prædicatione, Quomodo, inquit, inuocabunt, in quem  
non crediderunt? Quomodo autem credent in eum, quem nō  
audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quo-  
modo prædicabunt, nisi mittantur? Prius enim est, mitti præ-  
dicatores, deinde prædicari, deinde audiri à prædicatoribus  
post hoc fidem haberi prædicantibus, postremo inuocetur is  
qui prædicatus est. ¶ Affirmatiue autem à priori secundum  
tempus ad posterius, nequaquam valet argumentum: nec itē  
negatiue à posteriori ad prius. Non enim valet hæc conse-  
quentia. Arbor ista floruit, ergo fructum habebit: cum sepe  
floreant arbores, nec sequatur fructus. Item nō sequitur, Hæc  
mulier concepit, igitur pariet: cum frequenter dissipetur post  
conceptum fœtus, in vtero. Negatiue item à posteriori nō va-  
let, Hæc mulier non peperit, igitur non concepit. Non habet  
in mammillis lac, igitur non est commixta viro Neque conse-  
quens est, si hic non peniteat, ob hoc eum non peccasse: cū  
multi peccent, qui de peccatis nunquam agunt, neque sunt a-  
cturi penitentiam. ¶ Et hæc quidem quæ diximus, ita semper  
eueniunt, id est, semper alterum sequitur alterum, neque  
secundum naturam inuenitur vnquam defectus. Sunt autem  
quædam quæ licet non semper & omnino infallibiliter, tamē  
frequenter admodum & vt plurimum se consequuntur: ex  
quibus proinde etiam Dialectica sumuntur argumenta. Nam  
Dialecticus non solum certa & infallibilia, sed etiam verissi-  
milia quærit. Exempla sunt huiusmodi, Bacchanalia hodie ce-  
lebrantur aut templi encenia, igitur multi inebriabuntur, &  
vulnerabuntur nonnulli. Ad conuiuium istud vocati sunt plu-  
res diuersarum nationum, ac gentium: erit igitur contentio &

Rom. 10.

tumulus. Aura est grata & amœnus dies, multi igitur à prædicio deambulabunt, Aura est ingrata & plenum pluvia cœlum igitur pauci ad excœniorum festa conuenient. Pax est ubique terrarum, erit igitur omnium rerum copia. Bellum ista, igitur erit annonæ caritas, Fames fuit valida, pestis igitur grauis sequetur. Hic homo molitur quippiam magno, & industriæ, igitur patebit hominum inuidia, iuxta illud Ecclesiæ istis. Omnes labores hominum & industrias animaduerti patere inuidia proximi. Item Hi duo vicini eiusdem artis & questus sunt, & fere ex aquo concertant, igitur sibi inuicem inuident, iuxta vetus illud proverbum. Figulus odit figulum. Ista quidem sic communiter accidunt, & se ut plurimum consequuntur, non tamen omnino infallibiliter & necessario. Potest enim casu aliquo euenire, Vel ex certa causa, ut aliter aliquando contingat, nimirum ut priore posito, non subsequatur posterius. ¶ Huiusmodi fere argumenta sunt omnia illa quæ à naturalibus signis sumuntur. Quale est illud quod saluator in Euangelio ad Iudeorum confusionem protulit, dicens. Facto vespere, dicitis. Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane. Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Et iterum. Cum videritis nubes orientis ab occasu, statim dicitis. Nimbibus venit, & ita fit. Et cum austrum flantem dicitis, quia a se erit, & fit. Hæc enim argumenta sunt à cœlo iuncte accidentibus. Item quod alibi ait de arbore ficus. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est aestas. Sic per tempus hyemis argumetur, ex stellis per noctem lymphide lucentibus, gelu postridie futurum & frigus vehemens. Aestatis tempore ex ranarum suauitatu & coaxatione vnanimi sub tepore noctis, arguimus, noctis & diei subsequentis serenam suauitatem. Ex apparente mane caligine, & per solem dispersa, arguimus serenam diem illum futurum. Sic ex variis signis, agricola arguit animarum fertilitatem aut sterilitatem, & ex indicis quibusdam in animalibus aut animalibus ceteris consideratis, qualitate aurae probabili affirmatione nouerunt cœlicere. Similiter & nauis aeris dispositione, ex aspectu ventorum & nubium, aut etiam ipsius maris cœlicerant. ¶ Pertinere huc ita videntur argumenta, quibus corporum animorumque ex corpore dispositione & inclinatione, ex lineamentis membrorum, & forma atque habitudine corporis inquirimus

quoad artem physiognomiae aut metoposcopiae pertinet. Vt cum argumentamur, hunc adolescentem esse boni sensus & bene ingeniatum, quod frontem habeat quasi cornutam & bonum sinciput aut bonæ memoriæ quod occiput habeat amplum. Stolidum esse quempiam, eo quod aures habeat velut affinas, nimium magnas ad proportionem capitis, aut fatuellis, eo quod nimis modicas habeat: Tumidum & formidolosum ex oculis magnis & prominentibus, ac velut ad albedinentibus: aut astutum & callidum ex oculis paruis & interne laritibus. Sic ex naso aquilino magnanimitate arguimus, ex adunco & depresso fere auaritiâ, ex oris nimia latitudine inuerecundiam & effusum animum, ex eius nimia angustia, nimia erubescentiâ & animum secretum. Ita ex latis humeris fortitudinem, ex collo oblongo pectoris debilitatem colligitur. Sic ex crinibus, ex unguibus, ex digitis, & omnino ex singulis & ceteris argumenta sumuntur satis verisimilia, maxime ubi plura horum simul conueniant. Opus enim est in huiusmodi ad multa considerare, & non tantum membrum vnicum, ut si firmior sit illatio, & tatisimum fuerit corporis ipsius totâ diligenter considerare habitudinem, quemadmodum de Pythagora legimus, quod adolescentes ad se discendi causa venientes ἐφειλόμην .i. ex vultu & oris ingenio, totiusque corporis habitudine explorabat, num ad capiendas disciplinas essent idonei. Et proprie quidem hi appellatur physiognomi, qui ex totius corporis figura & habitudine cœlicere norunt inclinationes & mores hominum, ut verò qui ex facie tantum indicant metoposcopi appellatur ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸ μέτοπον, à fronte consideranda. ¶ Huiusmodi autem argumenta non omnino necessaria & cogentia, probabilia tamen atque suadentia peculiariter icota appellantur, id est, probabilia comparatione ad conclusionem quæ inferitur ex ipsis. Priora verò illa quæ necessario & perpetuo inferunt suum consequens signa peculiariter appellantur. Quæ quidem signa Fabius Quintilianus negat argumenta esse appellanda, eo quod nihil relinquunt dubitationis, sed plenam adferunt conclusioni certitudinem. Verum hac in parte aduersatur illi Rodolphus agricola, dicens tanto magis ea esse argumenta, quanto maiore de re dubia fidem faciunt. Siquidem ab arguendo



Eccle. 4.

Mat. 16.  
Luc. 12.



## DE LOCIS DIALECT.

sive probando supra diximus argumentum denominari.

¶ Sunt autem alia quædam in proprie communiter accidentia dicta, quorum vnum interdum quidem sequitur alterum, non tamen vel necessario vel vt plurimum, sed vel rarius vel indifferenter interdum sequitur, interdum non sequitur. Ab his non recte ducitur argumentum Dialecticum, sed sophisticium: & suspitio incerta melius quam probabilis opinio hinc nascitur. Vt si quis colligat, hunc iunene adulterum aut fornicatorem esse, eo quod cõpior sit & ornatioꝝ habitu ac facie, Plurimi enim se comunt & ornant, qui tamen à vitio adulterii aut fornicationis sunt alieni. Item si quis nimium zelotypus colligat, vxorem cum alio viro habere negotium, quod semel illa viderit cum alio loquentem, aut alteri arridente. Aut si quis pauperem videns ad ostium perrimas prospiciat, colligat, furẽ illum esse & futuũ animo meditari. Pessant tamen huiusmodi suspitiones tam multæ simul adferri & tam multa huiusmodi in vnum argumentum coaceruari, vt vel necessariam vel probabilem efficiant illusionem. Vt si quis colligat Hic homo cum eo qui nunc occisus tacet hoc ipso die iurgatus est opprobria accepit, dissimulauit dolorem, domum reuera abiit, inde mox gladium retulit sub veste absconditum, quem gestare non solet: visus est deinde ad locum, prope arẽ ubi cædes patrata est, vulneratus quoque rediit, vulneris certum aliquem autorem nescit designare: probabile igitur est, occiso isti hunc fuisse mortis autorem. Sic apud Terentium, Chremes, ex multis signis simul coaceruatis, acute colligit, Bacchidem filii sui Clitiphonis amicum esse, quod in cubiculum lectus sic allatus, quod ingressi pessulã ostio obdunt. &c.

¶ Possunt verò ad hunc locum à communiter accidentibus reduci argumenta illa, quæ à prodigiis, monstris, aut portentis sumuntur. Vt cum argumentamur ex cometa aut alio aliquo portento, magni mali aliquid vel patriæ, vel principii imminere. Quemadmodum in libro Machabeorum, visis armaris equitibus per aera discurrentibus, atque per ordines suos currentibus, colligit populus, noui & magni quippiam imminere. Propter quod omnes rogabant in honum monstra conuerti. Rursum ex viso nouo Iudæ Machabai quo conspexit Oniam pro populo deprecantem, ac Hieremiam sibi gladius cum de coelo porrigentem, in quo aduersarios deuinceret, cõ-

2. Mat. 5.

2. Mat. 15.

## LIBER V.

197

tam spem colligit vniversus exercitus futuræ victoriæ. Ita & apud Virgilium Aeneas, fugiendum è loco concludit, audita harpyiæ voce, & Anchises Thracia excedendum colligit, viso ab Aeneas prodigio, cum arborem è terra euellens ex radicibus atrum cerneret cruorem defluere. Plura huiusmodi colligit Valerius Maximus, capite de prodigiis. Solent autem prodigia ipsa, sua quadam qualitate indicare, quale illud sic quod expectatur consequens, vt pote si honorem præferat potentum, horribile colligit futurum quod expectatur conueniens. Si autem festinum & latum fuerit prodigium, letum expectatur consequens. Possunt quoque & hac reduci gentium auguria, auspicia, aruspicia, & alia diuinationum genera. Verum ea poetis magis vsui sunt quam dialecticis, qui nõ nisi certa aut vt minimum probabilia quarunt argumenta cõ Poetis sit sit aliquid inuenire, etiam si falsum omnino & improbabile, quod fictionibus adornent Poentia.

### CAP. XXI.

¶ De loco à relative oppositis.

Ost locos intrinsecos omnes, tam à substantia quam à concomitantibus substantiam determinandi sunt loci qui appellantur extrinseci: inter quos primum occurrit locus ab oppositis. Qui locus in alios quatuor subdividitur, secundum quatuor oppositionis species. Sunt enim quatuor oppositorum genera, secundum quæ etiam loci differentes sumuntur, nempe locus à relative oppositis, locus à contrariis oppositis, à priuatiue oppositis, & à contradiãorie oppositis. Quæ autem dicantur opposita, & quomodo singulæ harum oppositionum species ab inuicem differant, copiose dictum est lib. 2. in tractatu de post prædicamentis. Nunc autem dicendum quibus modis in singulis harum oppositionum sit arguendum. Hoc autem generaliter in omnibus verum est, ab affirmatione vnus oppositorum ad alterius negationem valere argumentum. Nimirum de ratione oppositionis hoc est, vt simul de eodem dici non possint quæadmodum ex definitione oppositionis constat. Est enim oppositio terminorum aliquorum repugnantia. Non pugnant autem, quæ simul eadem conuenire possunt. In omnibus ergo oppositis ab vnâ affirmatione valet argumentum ad negationem alterius iux-

De locis  
ab oppo-  
sitis.



## DE LOCIS DIALECT.

De loco à re-  
oppositus.  
ta hanc maximã omnibus generalẽ. De quocunq; affirmatur  
vnũ oppositorũ, de eodẽ negatur alterum. ¶ In relative op-  
positis hæc sint exẽpla, Anchises pater fuit Aeneas, igitur non  
fuit eius filius, Pyrrhus fuit Achilles filius, igitur non fuit pa-  
ter eiusdem, Maria est Annæ filia, non est ergo mater eiusdẽ.  
Vbi obseruanda sunt particulae, ad idem & secundum idem.  
Non enim simpliciter sequitur. Hic est pater, ergo non est fi-  
lius omnino alicuius sed inferri debet, igitur non est eiusdem  
filius eius videlicet cuius dictus est esse pater. Neque sequitur  
David est pater Christi, igitur non est filius eius. Secundum  
namque Diuinitatem, dicitur David filius Christi: secundum  
humanitatem vero eiusdem pater dicitur. Recte tamen sequi-  
tur si pater Christi est David, non secundum idem cum esse  
eiusdem filii. Similiter non sequitur. Hic homo est ille prælatus,  
aut illo superior, igitur non est eidẽ subditus aut eodem in-  
ferior. Potest enim eidẽ homini quis esse in aliquo prælatus,  
in alio subiectus, in vno superior, & dignior, in altero inferior  
ac minus dignus. Qua de re apud Aulum Gelin noctibus At-  
ticis iucunda inter patrem & filium legitur concertatio. Ser-  
uata autem particula secundum idem valet illatio. Cæterum  
ab vnus negatione ad alterius affirmationem non valet. Nõ  
enim si ego tuus pater non sum, ob hoc filius tuus ero. Neque  
enim pater tuus sum neque filius. ¶ Sub hoc autem loco alius

De loco à  
relatiuis.  
notatur, non in eadem similes, non tamen re idem, nec eun-  
dem arguendi modum habens, qui dicitur locus à relati-  
uis. Aliud enim sunt relatiua, aliud relatiue opposita. Relatiua  
dicuntur cum simpliciter sumuntur sine comparatione ad idem.  
Vt pater & filius, dominus & seruus, prælatus & subditus.  
Relatiue autem opposita proprie dicimus quando com-  
paratione ad idem assignantur, hoc pacto, pater & filius eius:  
dominus & seruus eius, prælatus & eius subditus. Quidam  
etiam adiectum volunt pronomen demonstrans hoc modo as-  
signantes relatiue opposita: pater & hic suus filius, dominus  
& hic seruus eius. Verum sic nimium videtur restringi alte-  
rum oppositorum, & speciei vel generi assignatur pro oppo-  
sito individuum, quod parum conueniens videtur. Vnde præ-  
stat in generali absque demonstratione assignare relatiue op-  
posita, & particulam tantum subintelligere, secundum idem  
illa enim intellecta, non erit querimus, id quod in libro se-

## LIBER V.

198

cundo ex Boetii sententia comprobauimus. ¶ Ex hoc autem  
loco à relatiuis, procedimus ab vnus positione ad positionẽ  
alterius atque item ab vnus negatione ad negationem alte-  
rius. Vt si pater est filius est, & e contrario: si dominus est, ser-  
uus est, & e contrario. Ac rursus si non est dominus, non est  
seruus: si non est pater non est filius. Maxime. Postto vno re-  
latiuorum, ponitur & alterum. Ablato vno relatiuorum, au-  
fertur & alterum. Non in omnibus tamen relatiuis generali-  
ter valet hic modus argumentandi. In iis enim quorum alte-  
rum significat cum ampliatione aliqua, non valet. Non enim  
sequitur. Prius est, igitur posterius est, Scibile est, igitur scien-  
tia est, Sensibile est, igitur sensus est. De his autem plenius di-  
ctum est libro secundo, in tractatu de ad aliquid, circa pro-  
prietatem illam: Ad aliquid dicuntur simul esse natura.  
¶ Sub hoc loco comprehenditur modus argumentandi à ver-  
bo ad iuu ad passiuum, Ioannes percussit Petrum, igitur Petrus  
percussit à Ioanne, Herodes interfecit Ioannem, ergo Ioan-  
nes interfecit est ab Herode. Et item e contrario à verbo pas-  
siuo ad actiuum, Christus à Pontio Pylato damnatus est, igitur  
Pontius Pylatus Christum damnauit, Vel sic absque ex-  
pressionem nominum, Est qui percussit, igitur est percussus, Ca-  
lesfaciens est igitur & quod calescit. Ex libro enim predicamẽ  
torũ manifestum est agere & pati ad inuicem esse relatiua.

## CAP. XXII.

¶ De loco à contrariis.

X loco autem à contrariis sic argumentatur, De loco à  
E ab vnus affirmatione ad alterius negationem, De loco à  
Hic paries est albus, non igitur est niger, Hæc  
aqua est frigida, non igitur est calida, Hic homo est humilis,  
igitur non est superbus, Hic adolescens probus est, non igitur  
est improbus, Liberalis est, non ergo auarus: sanus est, non er-  
go æger. A negatione autem ad affirmationem, non item in  
omnibus valet. In contrariis quidem mediatis non valet. Non  
enim si pannus iste albus non sit, ob hoc niger erit: quoniam  
potest esse neque albus neque niger, sed aliquo colore medio  
coloratus, ut pote vel glaucus vel rubeus vel cinericius. Itẽ nõ  
sequitur. Hic homo non est temerarius, est igitur pusillanimis  
Non est prodigius, ergo auarus: quoniam potest quis esse neque



## DE LOCIS DIALECT.

temerarius neque pusillanimis, sed magnanimus medium obtinens. Potest item quis nec prodigus esse nec auarus, sed liberalis. ¶ In contrariis autem immediatis valebit, donec accipias subiectum susceptibile. Ut si animal quodlibet non est sanum est ægrum: & si non est ægrum, sanum erit. Item si corpus aliquod mixtum vel elementare non est graue, leue sit necesse est. Non enim inter hæc est dare medium. Signanter vero dictum est, donec accipiatur subiectum susceptibile. Non enim sequitur, Lignum non est sanum, igitur est ægrum, aut e contrario: quoniam videlicet lignum non est subiectum susceptibile sanitatis aut ægritudinis. Quæ autem dicantur contraria mediata & quæ immediata ex post prædicamentis relinquimus manifestum.

### CAP. XXIII.

Locus à  
priuatione  
oppositus.

¶ De locis à priuatione & contradictorie oppositis:

I. N priuatione oppositis, ab affirmatione ad negationem sic argumentamur. Hic homo cæcus est, igitur non est videns: videt, igitur non est cæcus, mutus est, igitur non potest loqui: loquitur, ergo non est mutus: surdus est, igitur non potest audire: dormit, igitur non vigilat: ær est tenebrosus, non igitur lucidus. A negatione vero ad affirmationem, non vniner saliter valet. Non enim sequitur, lapis non potest videre, igitur est cæcus. Neque enim videns neque cæcus est lapis. Veruntamen si accipiamus subiectum susceptibile, & tempus à natura determinatum signemus, valebit à negatione ad affirmationem hoc modo, Homo iste non potest videre, cum tamen iam adfit tempus à natura determinatum, quo solent videre homines, igitur cæcus est. Puer iste non potest loqui, & tempus trāsit à natura determinatum, quo solet loquela donari, igitur mutus est. Homo iste dentes non habet, & tempus iam trāsit à natura dentibus acquirendis determinatum, igitur est edentulus. Signanter autem, temporis huius oportet mentionem fieri. Sine hoc enim coassumpto, non valet argumentum. Catulus iste primo die quo partu est editus, non videt, imò, nec videre potest, igitur est cæcus. Puer iste statim postquam natus est dentes non habet, igitur est edentulus: non potest ambulare, igitur est claudus. ¶ Est autem hic notandum, quod termini priuatiui, siue priuationem significantes non puram

negationem significant, sed aliquid ponunt & aliquid tollunt. Ponunt enim quandam naturalem aptitudinem, & tollunt potentiam. Id quod aperte patet in terminorum eiusmodi explanatione. Cæcus enim dicitur, non omne id simpliciter quod non potest videre. Nemo enim lapides appellat cæcos. Illud autem dictum, quod cum naturaliter aptum sit habere visum potentiam illam tamen non habet, Vt omnis homo ex sua specie & natura aptus est ad habendum visum quoniam penè omnes homines illam potentiam ex natura accipiunt. Quisquis igitur hominum visum non habet, recte illo priuatus dicitur, & cæcus. Ita dicitur mutus & loquela priuatus, cui ex natura competit loqui, negatur tamen ei & loqui non potest. Ita non dicitur quis priuatus regno, nisi qui natus sit habere regnum, id est, cui quodammodo à natura vel origine, vel ex iure debetur regnum. Nam cui non competit, vel ex naturali successione, vel ex electione, regnum habere, hic & si regnum nō habeat, regno tamen priuari non dicitur, Ita non dicitur exheredari aut priuari hereditate filius ex adulterio natus, quauis cum aliis legitimis filiis non accipiat hereditatem, quoniam ad illum non spectat hereditas quæ solis competit legitimis filiis. Si autem his cui competit hereditas: illam non accipiat, exhereditari ille recte dicitur. Ita bruta non dicuntur priuari celesti beatitudine, sed dæmones & homines mali illa priuantur: quoniam eam nunquam assequuntur: cum tamen ex suæ conditionis præcellentia illius sint capaces, & ab initio ad eam possidendam sint conditi.

### CAP. XIII.

¶ De contradictorie oppositis.

I. N contradictorie autem oppositis, argumentamur dupliciter. Primum quidem, in propositionibus contradictoriis, hoc modo. Si verum est, omnem hominem esse mortalem, falsum est, aliquem hominem non esse mortalem: & si illud falsum est, hoc verum ait. Vel si illud est verum, hoc non est verum: & si illud non est verum, hoc est verum. Maxima, Contradictorie propositiones non possunt ambæ simul esse veræ aut falsæ. ¶ In terminis autem



## DE LOCIS DIALECTI.

Contradictoria, semper valet ab vnius affirmatione ad alterius negationem, & vicissim ab vnius negatione ad affirmationem alterius cuiusmodi consequentiae tractat Aristoteles libro secundo peri hermenias appellans eas à termino finito ad infinitum, & ab infinito ad finitum. Vt Petrus est homo, igitur non est non homo: lignum est non homo, igitur non est homo. Ac rursus, si lapis non est homo, igitur est non homo, & si non est non homo, homo sit necesse est. Vbi propter camillationem sobaudiri potest in antecedente cum sit vel in consequente, si sit, hoc modo. Si lapis est & non est homo, igitur est non homo. Vel sic, Lapis non est homo, igitur si sit, est non homo. ¶ Nō est autem opus hic accipere subiectum aliquod peculiare, sed in omnibus valet illatio: quoniam inter contradictoriae opposita (vt plenus declaratum est in post praedicamentis) nullum omnino est dare medium de quo vel ambo negentur vel ambo praedicentur. Propter hoc in omnibus valet, tam à negatione ad affirmationem, quam e contrariis Maxima, De quolibet est affirmatio vel negatio, de nullo vero simul.

### CAP. XXV.

¶ De locis qui appellantur à contrario & in ipso.

Ignantur autem ab Aristotele & aliis duobus loci qui fiunt in terminis aliqua praedictarum oppositionum oppositis, qui vocantur locus à contrario & locus in ipso. Quādo enim duo adinuicem coniunguntur in

Locis à contrario & in ipso.

antecedente, & his duobus opposita coniunguntur adinuicem in consequente, argumentatio fieri dicitur à contrario vel in ipso. A contrario quidem si in conclusione mutetur status, ita vt oppositum subiecti antecedentis ponatur pro praedicto conclusionis, & oppositum praedicti antecedentis ponatur pro subiecto conclusionis. Vt in hac argumentatione, Homo est animal, igitur non animal est non homo. In ipso vero si in conclusione idem seruetur ordo, vt oppositum subiecti antecedentis sit, item subiectum in conclusione, & praedicti antecedentis oppositum in conclusione similiter praedicti locum obtineat. Vt cum sic colligimus, Humilitas vir-

## LIBER V.

tus est, igitur superbia vitium. Videtur autem haec demonstratio sumpta ex terminorum oppositorum ordine. A contrario enim dicitur argumentum, quando ordine contrario locantur opposita in antecedente & consequente. In ipso vero, quando in eodem ipso ordine consequens habet opposita quo in antecedente. ¶ Consequentia autem quae in ipso dicitur, maxime fit in contrariis & relatiuis. In contrariis ad hunc modum. Humilitas est virtus igitur superbia vitium. Modestia est laudabilis, igitur immodestia est vituperabilis. Humilitas deo & hominibus grata est, igitur superbia odibilis. Si pulchra est urbanitas, indecora est rusticitas. Si decet iuuenē verecundia, dedecet inuerecundia. Qui sophisticè loquitur odibilis est, qui igitur veraciter & sincere loquitur amabilis. Maturitas bene consultit, igitur praecipitatio male. Quae compendiosa, amplectēda sunt, igitur quae proluxa fugienda. Quod simul vtile est, & dulce pra omnibus eligendum (iuxta illud Poetae. Omne tulit punctū qui miscuit vtile dulci) igitur quod & asperum est & inuile, omnium maxime detestandum. Vera scientia humilem facit & benignum, sophistica igitur inflatum & iracundum reddit. Mansuetudo placat, igitur immittis contentio exarcebat. Responso mollis frangit iram, amara igitur exagitat. ¶ In relatiue autem oppositis sic argumentamur, in ipso eodem terminorum ordine. Pater est dignior, filius ergo minus dignus. Pater est prior dignitate & origine, igitur filius posterior. Pater est suprapositus filio, filius igitur patri subiectus. Pater est filij vel filium habet filius ergo patris est vel patrem habet. Vir caput est vxoris ipsique à deo prelatas, vxor ergo per Deum est viro subdita. Reges & principes à deo sunt prelati populo, populus igitur iure diuino debet illis esse subiectus. Imperatoris est imperare, militū ergo est parere. Praeceptoris est docere, discipuli igitur discere, Domini est praecipere, serui ergo obedire. Ita in ceteris. ¶ Locus autem à contrario vel opposito ordine frequentius fit in priuatiue, & contradictoriae oppositis. In priuatiue oppositis hoc modo, Qui habet visum habet sensum, igitur qui caret sensu caret visu. Qui habet virtutem, habet laudem & gloriam, igitur qui sine laude est & inglorius, virtute caret. Qui habet hereditatem haeres est, qui ergo exheredatus est, haereditate caret. Qui scientiam habet ornamentum ha-

bet anime suæ, igitur qui ornatu caret animæ caret & scientia. ¶ In contradictoriis item sic, iustitia est virtus, igitur quod non est virtus non est iustitia. Qui timet dominum faciet bona, igitur qui bona non facit, non timet dominum. Qui prudens est dum tempus habet operatur bonum, igitur qui non operatur bonum, dum tempus habet, non est prudens. ¶ Contra verò in oppositis priuatiue vel contradictoriæ locus in ipso vniuersaliter non valet. Non enim sequitur, Omne quod habet visum habet sensum, igitur omne quod caret visu caret sensu. Omnis qui habet abundantiam auri & argenti, diues est, igitur qui caret auro & argento pauper est aut caret diuitiis. Potest enim quis esse diues in aliis possessionibus agrorum & argumentorij, cuiusmodi et aut illæ præscorum patrum præcipuæ diuitiæ, multo istis inanimatis metallarum cumulis meliores ac præstantiores. Nec in contradictoriis sequitur, homo est animal, igitur quod non est homo non est animal. In oppositis tamen contrarie & relative valebit interdum à contrario consequentia utpote cum in particularibus proceditur enunciationibus. Vt sequitur, Humilitas est virtus, igitur quoddam vitium est superbia. Pater est dignior, igitur aliquid minus dignum est filius. In vniuersalibus tamen enunciationibus, aut indefinitis pro vniuersalibus acceptis, non valebit. Non enim sequitur, Omnis humilitas est virtus, igitur omne vitium est superbia, Omnis pater est dignior, igitur omne quod est minus dignum est filius. Nam & seruus & minus dignus est, non tamen est filius. ¶ Interdum verò in argumentationibus istis fit permixtio oppositorum diuersi generis adinuicem. Vt cum ita argumentamur, Iusti imperpetuum viuunt, igitur iniusti imperpetuum moriuntur, iusti hereditate possidebunt terram viuentium, igitur iniusti auferentur & ex hereditabuntur à terra illa, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, igitur vix & miseria diuitibus & inflatis spiritu quoniam ipsorum non est regnum cælorum. Si non sunt expectandæ diuitiæ, paupertas non est fugienda. Quia lumen visum oblectat, tenebræ contristant. Scientia ornat animam, ignorantia igitur dedecorat. Labor bonus & sanctus est, otium igitur malum & execrandum. In his enim, simul contraria cum priuatiuis vel contradictoriis commiscetur.

¶ Huiusmodi autem exemplis plena est omnis scriptura, maxime totum librorum, qui sapientiales nominantur, in quibus id passim occurrit, ut quod in priori sententia cuiuslibet membro dicitur de iustis, eius oppositum in altera parte dicitur vel secundum eundem ordinem, vel secundum ordinem commutatam, de impijs. Expende videlicet caput decimum parabolatum Salomonis: plura illic manifeste videbis sic ex opposito pulchre dicta. Cuiusmodi est illud in principio. Filius sapiens iustificat patrem, filius verò stultus mortificat matrem suam. Ac deinde, Aegestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Iterum, Qui congregat in melle, filius sapiens est: qui autem steruit, iestare, filius est confusionsis. Rursum memoria iusti cum laudibus, nomen impiorum putrescet. Similiter capite vndecimo, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Item, Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat commissum. Item, Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Huiusmodi exempla mille quilibet pete ex libris illis plenis eruditione bona, colligere facile poterit. Sed & Psalmorum liber huiusmodi comparationibus scaturit, quæ miram habent vim ad effectum commouendum, cū sic oppositis iuxta seinuicem collatis ambo elarius elucescat & virtutis commodum, & vitiorum incommodum.

## CAP. XXVI.

¶ De loco à disparatis.

Disparatis quoque sicut ab oppositis sumuntur argumenta, ab affirmatione vnius ad negationem alterius, hoc modo, Ioannes est homo, igitur non est asinus, vel leo, vel arbor, vel aliquid huiusmodi, quod ab homine prorsus separatum est. A negatione autem ad affirmationem, minime valet argumentatio. Non enim sequitur, Ioannes non est leo, igitur asinus erit, aut bos, aut equus. Maxima. Cuicunque conuenit vnum disparatarum, eidem non conuenit alterum. Quæ autem dicantur disparata, & quomodo ab oppositis differant, prolixè satis & dilucide in post prædicamentis tractatum est, ut superuacanea repetitione, hæc in loco nihil sit opus. ¶ In omnibus autem his lo-

Locus à disparatis.

cis oppositorum atque disparatorum, generaliter hoc est aduertendum: quoties ab affirmatione vnius ad alterius negationem volumus argumentari, debere opposita sumi pro prædicatis, & quidem totalibus. Nā si ponantur opposita ex parte subiecti, non valebit sic in eis argumentatio. Non enim sequitur, Album est, igitur nigrum non est. Album est coloratum, igitur nigrum non est coloratum. Quod videt est animal, igitur quod cæcum est non est animal. Pater est homo, igitur filius eius non est homo. Item si opposita sumantur tantum vt partes minus principales prædicati, non valebit similiter argumentatio, Vt non sequitur, Video album, igitur non video nigrum. Possideo iumenta videntia, non igitur cæca. Possideo asinum non igitur possideo bouem. Veruntamen si opposita sumantur vt partes principales, valebit argumentatio, non minus quàm si per se tota essent extrema. Recte enim sequitur à contrariis. Hic est homo albus, igitur non est homo niger. Hoc est animal sancti, igitur non est animal ægrum.

## CAP. XXVII

## De loco à maiori.

Locus à maiori.

Veniunt quoque argumenta, tam dialecticis quam Rhetoricis ad persuadendum bene accommodata, rerum comparationibus. Comparatio autem fit, interdum maioris ad minus, interdum minoris ad maius, interdum similitum. Atque hinc loci nascuntur à maiori, à minori, à similitum. A maiori dicitur sumi argumentum, quando ab eo quod magis apparet, procedimus ad id quod minus apparet. Maius enim in proposito, non secundum quantitatem molis est accipiendum, sed secundum maiorem probabilitatem. Vnde id quod habet maiorem probabilitatem veritatis, aut quod probabilius faciliusque alicui videtur conuenire, aut cui aliquid probabilius videtur conuenire, id maius dicitur, comparatione ad alterum quod minorem videtur habere probabilitatem, aut minus probabiliter conuenire alicui. Exempli gratia, regem expugnare ciuitatem maius est: ducem aut comitem expugnare ciuitatem eandem minus est. Magis enim probabile est regem expugnare quam ducem, & facilius illud proponenti, creditur quam isti. Item expugnare castrum, in proposito est maius, ex-

pugnare validam ciuitatem minus: quoniam facilius & probabilius alicui conuenit expugnare castrum, quam validam ciuitatem, hoc autem minus probabiliter, alicui conuenire creditur quàm illud. Ideo minus dicitur. ¶ Fit autem argumentum à maiore negative tantum, idque tribus modis. Primum ex parte subiecti tantum, Rex fortissimus hanc ciuitatem non poterit expugnare, neque igitur dux aut comes impotentior eandem poterit expugnare. Ipse quidem Cicero aut Demosthenes: causam hanc non posset defendere, multo minus igitur alicui quilibet ex vulgo oratorum. Hectoris manu non potuit Troia defendi, igitur neque manu Aeneas defendi potuit. Cuiusmodi argumentum apparet Aeneas Hector, his innuit verbis, Si pergamam dextra defendi posset etiam hac defensa fuisset. Si in euangelio Dominus ait, Neque passer vnus super terram cadit sine patris celestis ordinatione & voluntate, igitur neque sanctorum aliquis sine patris dispositione cadet, quoniam pluris apud Deum sunt rationales homines, quam si rationales passeruli. Ac rursam, Capillus de capite vestro non peribit, multo minus igitur aut corpus, aut anima vobis peribit. Magis enim apparet, posse capillum de capite perire, quam corpus totum vel animam perdi. ¶ Secundo fit argumentum à maiori, ex parte prædicati, hoc modo, Si exercitus iste non sufficit arcem expugnare parum munitam, neque ciuitatem fortiorem, meliusque munitam expugnare poterit. Si non sufficit hic homo gestando oneri 100. pondo, neque oneri 200. pondo sufficit. Si non est quis paratus bona temporalia in proximos expedere, multo minus animam pro eis ponere vobis. Si propter Dei amore neque verbulum durum ferre possumus, multo minus acerbam mortem pro eo quis ferre valet. Si (iuxta Domini verbum) non potest quis sua sollicitudine adiuuare ad statum suam cubicum vnam, aut capillum vnam album facere vel nigrum, neque maior aliquid per seipsum sine Deo efficere poterit. Si (vt Apostolus ait) nec cogitare aliquid ex nobis tantquam ex nobis sufficientes sumus, multo minus ad peragendum ardui operis aliquid inueniemur idonei. Sic (iuxta Apostolum Ioannem) qui proximum non diligit quem videt: Deum quomodo diliget quem videt. ¶ Tertio valet argumentum ex parte subiecti simul & prædicati, hoc pacto, Vir robustus non sufficit 300. pondo oneri gestando, non igitur

Matt. 10.

Matt. 6.

2. Cor. 3.

1. Ioan. 4.



adolescentes aut puer imbecillior sufficere oneri 1000. pondi  
gestando. Summo ingenio & inexhausta labore Philosophi  
maximè laboribus non potuerunt vel vnius infimarum crea-  
turarum perfectam assequi cognitionem: non igitur qui in-  
genio non præsumimus, & laborem fugimus, aliusimarum re-  
rum nequaquam valebimus plenam assequi cognitionem. Om-  
nium autem harum argumentationum vna est confirmati-  
ua maxima, talis, Si id quod magis videtur non est verum, ne-  
que id quod minus videtur, verum erit. Aristoteles verò singu-  
lis modis singulas assignat maximas, dicens, Vno de duobus  
dicto si cui magis videtur inesse non inest, nec cui minus vi-  
detur inesse inest. Duobus de vno dictis, si quod magis vide-  
tur inesse non inest, nec quod minus videtur inesse inest. Duo-  
bus de duobus dictis, si quod alteri magis videtur inesse non  
inest, nec reliquum reliquo inest. Prima maxima primo mo-  
do feruit, secunda secundo, tertia tertio. Affirmatiue autem, à  
maiori nunquam valebit argumentum. Non enim sequitur,  
Vir robustus huic oneri sufficit, igitur puer imbecillus. Hic  
potest ferre decem pondo, igitur centum. Non enim oportet  
si id quod magis videtur ita se habeat, ob hoc id quoque quod  
minus videtur ita se habere.

## CAP. XXVIII.

¶ De loco à minori.

Locus à  
minori.

Minori contrario valet affirmatiue, nec aliter quàm  
affirmatiue, tot modis quor supra diximus valere à  
maiori negatiue. Ex parte subiecti sic Puerulus re-  
tam modicam ferre potest, ergo & adolescens robustior.  
Ethnici homines diligunt sibi benefacientes, multo magis igitur  
Christiani. Seculi huius milites pro fide erga regem suum  
multa & dura ferunt, geruntque grandia, multo igitur magis  
spiritualis militiæ cultores pro fide erga suum regem &  
magna agent & patientur graua. Formica animal irrationa-  
le dum tempus est sibi prospicit, igitur multo magis rationa-  
lis homo dum tempus habet sibi debet prospicere. Si sanctis-  
simus David sapientissimus, Salomon, Sanson fortissimus, &  
ab viro matris nazareus, per mulieres Deum offenderunt  
& nos igitur qui illis sapientia, fortitudine, & sanctitate lon-  
ge sumus inferiores, per illas nisi diligentissime caueamus,  
seducti poterimus. Sic Ioannes argumentatur, dicens, Si Chri-

stus nos dilexit, & pro nobis mortuus est, & nos debemus fra-  
tres diligere ac pro eis animas ponere. Ita Paulus Apostolus  
legem veterem cum noua comparat, in hac sententiam, Si lex  
illa quæ per angelos data est vim habuit obligationis, ita ut  
transgredientes, pœnæ statim essent obnoxii: multo magis lex  
noua, quam per temetipsum filius Dei in mundo prædicauit,  
summa obseruatione debet custodiri, eruntque multo magis  
pœnæ obnoxii qui eam fuerint transgressi. Ita apud Ioannem  
Dominus, Si ego laui pedes vestros Dominus & magister, &  
vos debetis alter alterius lauare pedes. ¶ Ex parte prædicati  
hoc pacto argumentatur, Si hic pro Christi amore etiam vi-  
tam temporalem paratus est perdere, multo magis & omnia  
fortunæ bona. Sic Apostolus apud Romanos argumentatur  
dicens, Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis om-  
nibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis om-  
nia donauit? Rursum apud Hebræos Patres, inquit, carnis no-  
stræ eruditores habuimus, & reuerentiam eos, quanto ma-  
gis obtemperabimus patri spirituum & viuimus? Et ipse in  
Euangelio Dominus, Sic Deus sic vestit lilium agri quod ho-  
die est & cras in cilicium mittitur, quanto magis vos modi-  
cæ fidei? Et si aues cæli quæ neque ferunt, neque ætunt, neque  
in horrea congregant, Deus sic pascit: quanto magis vos mo-  
dica fidei? Si corpus dedit & animam, escam quoque dabit &  
vestimentum.

¶ Ex parte vtriusque extremi sic, argumentatur, Christus  
pro nobis grauissima tulit supplicia, nos igitur vel modica p-  
eius amore ferre debemus. Seculi milites pro temporali  
præmio grauissima patienter ferunt, Christi ergo milites pro  
præmio æterno vel modica quæ occurrunt libenter sustine-  
bunt. Christus Dominus noster totas pro nobis in oratione  
noctes transigit insomnes, nos ergo serui eius non poterimus  
vel vna hora ad orationem vigilare. Sic apud Virgilium, Iu-  
no argumentatur, Pallas vulgaris dea, ob vnius culpam, po-  
tuit totam classem nauium exurere: ergo & ego quæ sum deo-  
rum atque deorum regina, potero vt minimum regem Troia  
noram mihi iniusum ab Italia auertere, ne ibi regnet. Item ap-  
ud Iouem Venus pro Aenea sic argumentatur, Antenor ho-  
mo non ita magni generis aut nominis, potuit clapsus Græco-  
rum manibus per vastissima maria requiem certam inuenire  
cui

1. Ioan. 3.

Hebr. 2.

Ioan. 13.

Rom. 8.

Hebr. 12.

Mat. 6.



## DE LOCIS DIALÉCT.

arque etiam urbem condere, igitur magis æquum est, ut meus filius tuus nepos AENEAS, post tot pericula, saltem potum bonum accipiat, & tutam sedem obtineat.

¶ Primum argumentum Virgilius his claudit versibus, Iunonem inducens flammato corde ista voluntatem. Mene incepto desistere victam?

Nec posse Italia, Teucrorum auertere regem?

Quippe vector fatis, Pallas ne exurere classem

Arguam, atque ipsos potuit submergere ponto.

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oili?

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,

Disiectisque rates, evertitque æquora ventis.

Ast ego, quæ diuum incedo regina, Ionisque

Et soror & coniunx, vna cum genere tot annos

Bella gero? & quisquam numen Iunonis adoret

Præterea, aut supplex aris imponet honorem?

Secundum, verò his describit versibus, Venere, pro filio.

ADNEA, Ioui ita loquentem inducens.

Quem das finem rex magne laborum?

Antenor potuit mediis elapsus Achinis

Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus

Regna Lyburnorum, & fontem superate Tymaui,

Hic tamen ille urbem Pataui, sedesque locauit

Teucrorum & genti nomen dedit, armæque fixit

Troia, nunc placida compositus pace quiescit.

Nos tua progenies, cæsi quibus annuis arcem.

Naubus (infandum) amissis, vnius ob iram.

Prodimur, atque Italiam longe disungimur oris.

Hic pietatis honos, sic nos in sceptrâ reponis?

¶ Porro de maximis huius loci proportionabiliter dicendū est quomodo supra diximus in loco à maiori. Omnium enim argumentorum vna confirmatiua maxima potest hæc assignari. Si id quod minus videtur verum est, id quoque quod

magis videtur verum erit. Secundum verò Aristotelem tribus

diuersis modis tres diuersæ assignantur hæc maximæ. Vno de

duobus dicto, si cui minus videtur inesse inest, etiam illi cui

magis videtur inesse inest. Duobus de vno dictis, si id quod

minus videtur inesse inest, etiam id quod magis videtur inesse

se inest. Duobus de duobus dictis, si quod alteri minus videtur

tur inesse, inest, & reliquum reliquo. ¶ Est quoque caute in his duobus locis aduertendum, ne pro maiori minus, aut e contrario pro minore maius accipiat. Frequens enim & facilis est in hac re fallacia, ut argumentum quod vere à minori sumitur, existimetur sumptum à maiori & e contrario. Cuius erroris causa est, quia plerumque id quod quantitate (vtpote vel mole, vel numero) maius est, minus censetur in proposito: contra verò minus, id quod mole vel numero maius est. Exempli gratia, portare centum pondo, quantitate maius est, quam portare tantum viginti. Illud tamen in proposito minus est, quoniam minus apparenter illud alicui conuenit quam istud. Facilius enim de vno quoque creditur, quod possit gestare decem pondo, quam centum. Itaque cum dicimus, Deus fecit cælum & terram, ergo & glebam potest facere, apparet secundum speciem argumentum esse à maiori eò quod maius videatur secundum rem & pondus, operis creare cælum & terrâ, quâ glebam modicam. Est tamen argumentum à minori, id est, ab eo quod habet minus verisimilitudinis & apparentiæ. Sic & in aliis similibus diligenter considerandum est, & caute semper prospiciendum, ne à maiori aliter vquam quam negatiue, aut à minori aliter quam affirmatiue procedatur. A maiori enim affirmatiue, aut negatiue à minori, processus non valet.

## CAP. XXIX.

¶ De loco à simili.

Simili vero dicitur sumi argumentum quando id quod assumitur, cum eo quod probatur similem vel æqualem habet verisimilitudinem, id est, quâ

do æqualē habent apparentiam veritatis. Ut cū ita argumentamur, Ioannes mortalis est, igitur & Petrus. In vtroque est eadem verisimilitudo, eademque apparentia veritatis, quoniam ambo æquæ sunt homines. Iudas male perit, quia de misericordia desperauit, ergo & nos peribimus, si illius efficiamur similes. Sodomitæ perierunt, quia peccatores nimis erant, & non egerunt penitentiam, igitur & nos male peribimus, si illorum efficiamur similes. Immoderato affectu concupiscere diuitias vanum est & vitiosum, igitur immoderato affectu concupiscere terrenâ scienciâ vanum erit & vitiosum. Est enim in vtroque similitudo. ¶ Sic argumentatur Apostolus apud Co-

Locus à simili.

simili.



DE LOCIS DIALECT.

defyderia, sed e contrario iustum est, ut imperet ratio, & ille obediat. Iterum, Sicut se habet lumen in foliis corporei ad mundum istum visibilem, ita lumen celestis gratiæ in anima rationali: foliis autem lumen necessarium est mundo ad rerum generationem, nec potest nisi eius beneficio mundus in sua dispositione & ordine subsistere: igitur absque lumine celestis gratiæ, in anima mortua sunt omnia, nec potest boni quicquam fieri. Rursus, Sicut se habet ars medicinæ ad sanitatē corporis, ita scientia pastoralis curæ ad sanitatem animæ, Medicus autem corporalis subinde amaris vitatur potionibus, & res duras ferre cogit, ægrotum igitur & qui scientiam habet officiumque curæ pastoralis, non semper placentia, aut gratia, suis subditis loqui aut agere debet: sed ubi res poposcierit, duas quoque increpationes adhibebit, & alia quæ oportuna ipse iudicabit ad sanandas animas. ¶ Conuenit etiam peculiariter hic locus in æstimatione mercedis operariorum, iuxta proportionem laboris, Ut si is qui diem unum in vinea, aut agro est operatus ex isto laboris precio quatuor nummos accipiat, is qui duos dies operatus est duplam accipiet mercedem, & qui tres triplam, atque ita deinceps. Qualis enim est proportio simplicis laboris & opera ad mercedem simplicem, talis est proportio duplicati laboris ad mercedem duplam, atque ita deinceps. Intellegendum autem hoc est de æstimatione secundum iustitiæ debitum. Non enim erit consequens si pro huius unius diei labore ex liberalitate eius qui te conduxerit acceperis, 9. stuferos cum tantum tibi ex debito, 4. competeant, ob hoc pro duorum dierum labore, 12. nummos debere tibi per solui. Ita sano argumentabatur illi in vinea operarii conducti à patre familias, de quibus in euangelica parabola loquitur Dominus, qui cum viderent iis qui nouissimi venerant dari totum denarium diurnum arbitrabantur plus illis se accepturos, secundum proportionem videlicet sui laboris quem in colenda vinea ampliorem impenderent ad ampliorem mercedem. Propter quod & murmurabant æqualem accipientes denarium. Hi, inquit, nouissimi vna hora fecerunt, & parces illos nobis fecisti, qui portauimus, pondus diei & æstus? Verum dominus rationabiliter eorum paralogismum dissoluit & irrationabilem murmurationem confuta, ex sua liberalitate dari sibi licitum quod voluisset.

Matt. 20

LIBER V.

¶ Conducit item hic locus iudicibus, quorum est pœnas infligere delinquentibus, & præmia conferre benemeritis, quem admodum ait sanctus Apostolus. Secundum enim proportionem meriti aut demeriti, conferenda sunt beneficiis, vel irroganda supplicia. Huc pertinet illud veteris legis, Oculi pro oculo, dens pro dente, Et illud Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus, & item alia multa quæ ibi secundum proportionem statuuntur. Huc pertinet & illud quod apud Esaiam præuaricatrici genti dicitur, Exit pro suauis odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Item & illud quod in Apocalypsi de damnata Babylone dicitur, Quantum gloriificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Nec dif simile est, quod diuiti illi patet Abraham respondit. Fili recorde, quia receperisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. ¶ Videntur quoque ad hunc locum pertinere comparationes illarum quarum sunt poëtæ studiosissimi, item sapientum apologi & fabulæ ad morum instructionem apposte confectæ, quibus suum nomen posteritati insigniter notum residit egregius ille à Phrygia fabulator Aesopos iuxta Auli Geli testimonium haud immerito sapiens æstimatus, quod ea quæ monitu suauisque videbantur vilia, non seueræ, non imperiosæ præcepit & censuit (ut Philosophis mos est) sed festiuos delectabilesque apologos commentus, res salubriter ac prospiciēter animaduertas, in mentes animosque hominum cum audiendi quædam illecebra induxit. ¶ Pertinent item ad hunc locum parabole illæ quæ in scripturis sanctis frequenter occurrūt, quibus etiam maxime omnium vsus fuisse cognoscitur Dominus noster Iesus Christus, qui cū ipsa esset patris æterna sapientia, ac proinde verba græcæ eloqui de plenitudine suæ sapientiæ atque scientiæ potuisset, nostræ tamen infirmitati se cōtemperas, quasi mater aut nutrix cum paruulo balbutiens, parabolicis huiusmodi sermonibus sæpe & multum uti non est dedignatus, pro simplicitum discipulorum atque turbarū eruditione. Ad eoque in his creber extitit, ut per excessum quendam de illo scripserit sanctus Euangelista Nattæus sine parabolis non fuisse eum turbis

Rom. 13

Exod. 21.

Matt. 5.

Deut. 25.

Esai. 3.

Apoc. 18.

Lucæ. 16.

Matt. 13.



## DE LOCIS DIALECT.

loquuntur. Hæc omnia, inquit, loquutus est Iesus in parabolis ad turbas; & sine parabolis non loquebatur eis. ¶ Has autem omnes, quantumlibet prolixas, instructiones Christi parabolicas, non difficile fuerit in argumenta huius loci reducere. Videlicet illa de semine & seminante admodum prolixa parabola, sic potest in argumenti formam redigi. Quemadmodum se habet semen corporale ad terram in qua seminatur, ita se habet verbum dei ad eos quibus prædicatur à doctore. Semen verò non in omni terra proficit, nec igitur in omnibus verbum dei proficit qui audiunt ipsum. Quos odo autem in se habet semen ad terram bonam, in qua bene suscipitur & conseruatur, ita verbum dei ad eorum bonum in quo suscipitur & custoditur, in tali autem terra bona profert fructum seminis, igitur in corde tali verbum dei fructum suum profert. Contra vero, ut se habet semen ad terram malam, ita verbum dei ad eorum malum in terra autem mala non facit fructum semen tametsi in se bonum, nec igitur in corde malo verbum dei. Item, Quod sunt visibiles aues corporali semini, id sunt invisibiles demones verbo dei; sed aues cum semen aliquod vident fecus viam iacere, statim illud diripiunt prohibentes ne inde fructus consurgat. Itaque & demones dum vident hominem dei verbum non in profundo cordis recondere, sed tantum in superficie gestare, statim illud fatigant, ne fructum proferre possit, à corde eius abripere. Iterum, Quod sunt spinæ nascentibus frugibus, hoc sunt sæculi curæ, & diuitiarum salacia bonis initiis ex dei verbo exurgentibus. Spinæ vero solent nascentes de semine fruges suffocare, & à perfectione iusta impedire. Igitur & diuitiarum sollicitudines, & curæ sæculi, bona initia ex verbo dei forte concepta, suffocabunt, ac ne ad istam perfectionem increpant, impediunt. Ad hoc exemplum facile possunt aliæ parabolæ omnes, quæ passim in Euangelis occurrunt, ad præsentem locum accommodari. ¶ Valde autem in promptu hunc locum habere studeant, quibus commissum est rudes populos erudiendi officium. Ne enim hi melius, aut commodius, vel doceri, vel commoueri possunt, quam huiusmodi et assis comparationibus. Id quod suo nos exemplo optimus magister clarissime docuit, qui cunctis penè sermonibus comparationes huiusmodi admiscuit.

## CAP. XXXI.

¶ De loco à transmutata proportione.

§

Ubi hoc autem loco à proportione, alius solet concludi, quæ vocant à transmutata proportione. Qui maxime locum habet in rebus arithmetiis. ut cum sic argumentamur, Sicut se habet duodecim ad sex, ita se habet octo ad quatuor, quoniam utrobique est proportio duplari-gi-tue. sicut se habent duodecim ad octo, ita sex ad quatuor. Est enim utrobique proportio sesquialtera. Item sicut se habent octo ad quatuor, ita sex ad tria, quoniam utrobique est proportio dupla; ergo sicut se habent octo ad sex, ita quatuor ad tria, quoniam utrobique est proportio sesquitercia.

¶ Proportionem autem duplam dicimus, quando numerus maior his continet minorem. Ut inter duodecim & sex est proportio dupla, item inter sex & tria, inter quatuor & duo. Nam duodecim bis sex continent, sex bis tria, quatuor bis duo. Proportionem verò sesquialteram dicimus, quando maior numerus continet minorem, & insuper eius quatuor, quæ sunt medietas ipsorum octo, ita sex continent quatuor, & insuper duo, quæ sunt medietas ipsorum quatuor. Proportionem verò sesquiterciam vocamus quando maior numerus unam continet, & insuper tertiam eius partem. Ut octo continent sex & insuper duo, quæ sunt tertia pars senarij. Item quatuor continent tria, & insuper unitatem, quæ est tertia pars ternarij. Propter hoc, inter octo & sex, item quatuor & tria, dicitur esse proportio sesquitercia. Vocatur autem hic locus à commutata proportione, eo quod ordo eorum quæ comparantur in conclusione commutetur. Nam in antecedente, primo numero comparato ad secundum, & tertio ad quartum, in conclusione ordine commutato comparatur primus ad tertium, & secundus ad quartum. Maxima. Sicut primum ad secundum, ita se habet tertium ad quartum, & primum ad tertium se habet, ut secundum ad quartum.

CAP. XXXII.

¶ De loco à dissimili, & à dispropotione.

Vemadmodum autem à simili argumentum dicitur  
Q & à propotione, & ab affirmatione, ad affirmatio-  
nem, vel à negatione ad negationem, quando simi-  
lia considerantur secundum id in quo sunt similia, aut propor-  
tionalia, secundum id in quo consistit propotion, ita sumi po-  
test non inutile argumentum à dissimili & dispropotione, cō-  
sideratione eius in quo est dissimilitudo, aut dispropotion ab  
affirmatione vnus ad alterius negationem, vel e contrario.

¶ Ut cum sic argumentamur, Non ita est de anima rationa-  
li, quomodo de anima bruti, Anima autem bruti simul est cor-  
pore perit, igitur anima rationalis non perit cum corpore, sed  
manet extra corpus separatim per se subsistens. Item, Non sic  
inest homini rationale vt risibile, sed rationale inest homini  
vt differentia, igitur risibile non inest homini vt differentia.  
Item, Non est deus sicut homo, sed omnis homo est mendax  
& non verax, igitur deus verax est & non mendax. Item, Nō  
sic sunt cogitationes dei vt hominum, nec tales viæ eius vt ho-  
minum. (Nam, vt ait Esaias, quantum exaltantur cœli à terra,  
tantum exaltantur cogitationes dei à cogitationibus homi-  
num, & viæ dei à viis hominum.) Cogitationes autem hominū  
sunt ad malum, ad iniustitiam ad vindictam & huiusmodi, igitur  
cogitationes dei rectæ sunt & æquæ, cogitationes pacis &  
non afflictionis. Item, Non est talis deus erga inimicos suos,  
qualis erga suos est homo. Homo autem persequitur inimi-  
cos, & malefacere eis conatur: Deus igitur beneficiis afficit  
suos inimicos, atque ad se conatur: allicere vt pœniteant. Itē.

Non sic se exhibebit deus in iudicio futuro, vt modo se exhibet:  
Nunc autem semper paratus est misereri clamantibus ad  
se, & flexi potest precibus. Tunc igitur nullis precibus flexi  
poterit, nullis flexibus commoueri. ¶ Sic in Euangelio do-  
minus, ait discipulis. Non sic erit inter vos quantum ad eos qui  
aliis erunt prælati, quemadmodum inter reges gentium. Re-  
ges autem gentium dominantur eorum imperio, & cum facti  
potestatem exercent inter illos. Igitur inter vos non ita erit,  
sed per humilitatem debet infra omnes se submittere præla-  
tus aliis, vt qui maior esse velit, sit omnium seruus, & qui  
præcessor sicut ministrator. Item, Non sic vobis orandum est,  
quomodo orant ethnici: confidunt autem illi in multiloquio,

Esa. 55.

Lucæ. 22.

Math. 6.

A dissimi-  
li & dispro-  
portione.

igitur non vos in multiloquio orabitis, sed corde attento. Itē,  
Non talis erit vestra dilectio qualis est ethnicorum: hi autem  
solum diligunt sibi beneficientes & propinquos, vos igitur  
non illos solum, sed omnes, amicos & inimicos. Maxima, De  
dissimilibus non idem est iudicium. ¶ A dispropotione,  
Non ita se habet in homine anima, quomodo nauta in nauī,  
Nauta verò in nauī est non sicut pars nauis aut nauem viuifi-  
cans, sed tantum quasi motor extrinsecus: Igitur anima est  
in homine sicut eius pars, & vita, & mouens intrinsecum, Itē,  
Non sic se habent duodecim ad sex, quomodo octo ad sex:  
Habent autem se duodecim ad sex in propotione dupla, Igi-  
tur non se habent octo ad sex in propotione dupla. Maxi-  
ma, De iis inter quæ non eadem est propotion, non idem erit  
iudicium. Item & à commutata dispropotione (vt ita loqua-  
mur) argumentum sumitur, hoc modo, Non sic se habent duo  
decim ad sex, quomodo se habet quatuor ad tria. (Inter illa  
enim est) propotion dupla, inter hæc sesquitercia) ergo non sic  
se habent duodecim ad quatuor, quomodo sex ad tria. Nam  
inter hæc est propotion dupla, inter illa verò tripla. Duode-  
cim enim ter continent quaternarium. Maxima, Si non ita se  
habet primum ad secundum, vt tertium ad quartum, nec ita  
se habebit primum ad tertium, vt secundum ad quartum.

## CAP. XXXIII.

¶ De Loco ab authoritate.

Nter locos extrinsecos, vnus superest tractandus,  
I quem Boetius nominat à rei iudicio, quod in eo  
sumatur argumentum à iudicio sapientum atque  
expertorum, quod de re illa tulerunt quæ in disputationem  
vocator. Cicero verò ab authoritate eum nominat, qua ap-  
pellatione & vulgo vtuntur recentiores. Ex hoc autem loco  
probamus aliquid ita esse vel non esse, eo quod vel omnes,  
vel plurimi, vel magis sapientes, magisque experti in quali-  
bet professione ita sentiunt. ¶ Valec autem solam affir-  
matione, hoc modo, Qui in Astronomia peritiores habentur,  
sub firmamento asserunt septem esse planetarum orbes,  
Physici asserunt, quatuor esse elementa ex quibus mixta om-  
nia componuntur: igitur ita est. Grammatici tradunt, octo

Matt. 5.

Locus ab  
authorita-  
te.

esse partes orationis, igitur sic res habet. Dialecticorum princeps Aristoteles, syllogismum dixit tribus tantum constare terminis, igitur sic res habet. Agriculturæ periti dicunt, tempus hoc aut illud esse aptum sationi, igitur sic habet. Cementia artis periti asserunt non durable esse opus quod hyemali tempore compingitur, sic igitur habet. Ita in omni professione, ab omnium, vel plurium, vel paucorum magis sapientum, imo vnius eximie sapientis & exerciti iudicio, licet argumentari. Maxima, unicuique experto in sua scientia credendum est. Item, Quod omnibus vel pluribus, vel maxime sapientibus videtur, ita se habere probabile est.

¶ In hoc autem loco, illud est peculiare, quod non sumuntur argumenta ex certa aliqua habitudine ad terminum in questione positum, nec est hic inuenire terminum inferentem, & terminum illatum, cum in cæteris id fieri sit manifestum, etiam in locis extrinsecis omnibus. Ut verbi gratia, in loco ab oppositis semper valet illatio ratione habitudinis quæ est inter duo opposita, quorum vnum inferitur ex altero: sic in locis à maiori, minori, simili, valet illatio ratione habitudinis quæ est inter maius & minus, aut inter duo similia sive proportionalia. Hic verò nihil tale inuenitur. Atque hoc illud esse puto, quod Cicero in Topicis ait, Græcos huiusmodi argumentationes, appellare atechnas, id est, inartificialas, siue (vt ipse ait) artis expertes. Eadem quoque ratione extremo loco hunc arbitror vulgo lucari, quemadmodum & Cicero omnium nouissimum illum constituit, & quasi post cæteros adiecit. Boetius tamen in enumeratione locorum extrinsecorum primum illum constituit. Curus, si vlla est ratio (vt esse vique putandum est) hanc arbitror assignandam, quoniã maxime extrinsecum videtur esse conclusioni argumentum, quod non ab aliquo termino in questione trahitur, nec secundum vllam habitudinem terminorum sumitur sed tantum ab ipso rei iudicio, quod à per sonis adfertur extrinsecus.

¶ Hoc autem sciendum est loco isto non debere fieri argumentationes, nisi affirmatiuas. Negatiuæ autem non sunt efficaces, Non enim sequitur, Aristoteles aut Plato hoc non dixit, igitur non ita est. Neuo enim quantumuis in professione, aut arte sua insignis, omnia sic potuit explicare quæ ad suam artem aut professionem pertinet, vt nihil reliquisset in-

ueniendam, dicendamque posteris. Nulli enim Deus omnia reuelat, neque vllis hominum totum se artis natura sic prædit, vt nihil celet. Qui igitur negatiue argumentantur ab auctoritate quantumlibet expertorum, in fallaciam incidunt.

¶ Negatiue autem dicimus argumentari ab auctoritate, quando ex eo quod non sit hoc dictum argumentamur, ipsum non ita habere. Vnde dum ita argumentor. Aristoteles dixit, cæcillum non esse corruptibile: igitur non est corruptibile. Magistri theologiae testantur, non esse plura sacramenta neque pauciora quàm septem, igitur neque plura sunt, neque pauciora: sic colligens non dicat argumentari ab auctoritate negatiue, sed affirmatiue. Tamen enim propositio sit negatiua ad quã adfero auctoritatem, modus tamen hanc adferendi, secundum affirmationem sit non secundum negationem.

¶ Diligentissime verò hæc cautio in hoc loco est obseruanda: eoque magis quod nostra hac tempestate plurimos etiam magis (vt videri volant) eruditionis homines, ista in re temper labi videamus: qui quicquid non est in scripturis expresse descriptum, hinc quasi falsum condemnant atque reiciunt. Item in rebus Philosophicis, quicquid apud Platonem, Aristotelem Cicronem, aut alios antiquos tractatum non inueniunt, velut vana & nugamenta reiciunt. Quasi vero antiqui illi abyssum naturæ ita penetrauerint, siueque penitus exhausterint, vt nihil omnino relictum sit posteris, quod ipsorum posteris ingentis aditici: quasi antiqui illi magis & præclari dii fuerint, posteris vero bruta ratione iudicioque careant. Adde, quod & ex diuina auctoritate posteris generationibus longe piura & priora quam prioribus sint patefacta mysteria: atque etiam nunc quo diuinius perficit sancta Ecclesia, eo plura in dies patefiunt fidelibus sanctæ veritatis mysteria.

## CAP. XXXIII.

¶ Quibus potissimum disciplinis conueniat locus iste, & de auctoritate duplici.

¶ Se quoque hic notandum, quod locus iste licet ad omnes disciplinas vsum suum præstat, potissimum tamen ad duas: eam videlicet quæ omnium infima



est ac velut fundamentum, & eam quæ summa est ac velut regina cæterarum, id est, Grammaticam, & Theologiam. Fere enim omnes grammaticæ regulæ ex voluntate processerunt eorum qui primitus illam effinxerunt, tamen in nonnullis rationem consulerunt. Unde quicquid in Grammaticis probatur, ex autoritate conficitur, eorum qui vel regulas condidierunt loquendi atque scribendi, vel ex quibus regulæ istæ desumptæ sunt, vtpote ex vñ Oratorum atque Poetarum, & eorum qui emendate loquuti existimantur. ¶ In Theologia autem quoniam res tractantur arduissimæ, quæ supra caput sunt hominum, & rationis acumine attingi non possunt, ideo ratio perparum in ea valet, autoritas omnia. Atque etiam, licet ratio nonnulla Diuinas res concernentia possit vicinque probabiliter siue verisimiliter ostendere (id quod nonnulli cæditis de Theologia naturali libris pulchre satis monstrarunt) non tamen potest ratio hominem eo perducere ut talem præbeat diuinis rebus assensum, qualis debetur iisdem. Debetur namque illis fides, qui est assensus firmus sine formidine deposito: cuiusmodi proculdubio assensum, non potest humana ratio nimium imbecillis & caligans in animis nostris generare. Autoritas verò sola id potest, cum illi sic mens humana præsus innititur, ut omni postposita dubitatione infallibiliter verum esse credat, quod ex illa proponitur, etiam si ratione id nequaquam possit comprehendere vel intelligere.

¶ Vbi rursum notandum est, duplicem esse autoritatem, diuinam, & humanam. Humana est, quæ ab homine nascitur: Diuina, quæ à Deo. Illa fallere potest, sicut & falli: ista nec falli potest, nec fallere. Nemo est enim hominum tanti ingenij, aut tantæ exercitationis, cui non interdum aliquid exciderit non probandum. Nam Ciceroni Demosthenes, & Horatio Homerus ipse interdum dormitasse videtur. Unde est illud vulgatum in omnium ore prouerbium, Quandoque bonus dormitat Homerus. Solus autem Deus est, qui nunquam errat, nullibi labitur, nunquam decipitur. Propter quod humana autoritas, tametsi probabilis sit, semper tamen suspecta est, nec fidem plenam generare sufficiens. Diuina autem certissima est, & absque periculo, fidemque certissimam generat. ¶ Inest autem diuina autoritas, non iis solum,

quæ per semetipsum Deus loquitur, sed & quæ per ministros suos scribit aut loquitur spiritu suo inspirate. Hinc omnis canonice scripturæ autoritas diuina competit, quoniam (ut Apostolus Petrus ait) spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Unde quicquid manifeste asserit scriptura Canonica, id tanquam firmum & indubitatum haberi debet. Tam quicquid docet CHRISTI sponsa, sancta Ecclesia: id tanquam verum & indubitatum, ex autoritate spiritus sancti, qui eam regit, suscipi debet sine formidine. Cætera verò dogmata patrum orthodoxorum, licet eximia sanctitate præfulgentium, non parem habeat autoritatem, ut per omnia cogant nos assentiri ipsorum sententiis. Interdum enim licet illorum autoritati cum rationabili modestia resisti, interdum etiam corrigere errorem cum reuerentia. Quem admodum de seipso ingenue testatur beatus pater Augustinus, de suis suisque similibus scriptis ita ad Vincendum scribens, Negare non possum, nec debeo, sicut in nostris maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari. Ac rursum, Hoc genus literarum (de scriptis patrum loquitur) ab autoritate canonum distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam, ita testimonium ex eis proferatur, ut contra sentire non liceat sibi forte aliter sapuerim quam veritas postulat.

¶ Verum tamen non temere, nec sine magna ratione talium patrum, qui in Ecclesia magnæ eruditionis & sanctitatis habentur dicis licet refragari: ut nostra hæc tempestate nimium impudenter faciunt plerique, qui sui ingenij & crassi, & tardi, & peruersi sententiam: nimia præsumptione clarissimorum quoque patrum exactissimo iudicio, nihil verentur, vel æquare, vel antepone. Quæ tanta impudentia atque præsumptio, non modo candorem Christianum: verum etiam naturalem dedecet verecundiam atque modestiam. Semper enim & ab ethnicis magnus honor multaque autoritas dari consuevit iis, qui in professione aliqua insignes aut præcipui sunt habiti. Tametsi enim nemo hominum ex suo spiritu loquens omnia benedixerit, aut scripserit, imo & iis qui spiritum Dei habent orthodoxi patres, tametsi in aliquibus permissi sunt excutiri, aut labi: plurimi tamen illorum, vel pler-

2. Pet. 1.





## DE LOCIS DIALECT.

raque vel pene omnia recte dixerunt, vixque in vno aut altero aut omnino in paucissimis aberrauerunt à scopo, ita ut recte dictorum multis milibus, vix vnam possit non recte dictum opponi. ¶ Propter quod, ab autoritate eorum merito probabile erit argumentum, potissimum quando de eare agitur, cui alius nemo posterior vel Paris, vel maioris auctoritatis, post plurima secula ausus est contradicere. Vt si hæc dixit Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Cyprianus, Tertullianus, vel alius huiusmodi, & nemo orthodoxorum patrum. Id tanquam falsum reprehendit, neque Ecclesia vnquam contrarium declarauit, admodum probabiliter colligimus id verum esse. Secus vero, cum ea de re agitur quæ postmodum ab alius patris aut maioris auctoritatis doctoribus, in contrarium definita est. Quemadmodum non valet argumentatio. Cyprianus censuit baptizatos ab hereticis esse rebaptizandos in Ecclesia: igitur sic res habet. Hinc enim sententiæ aduersatus est beatus Augustinus, & tota oblectatur Ecclesia, quæ pl<sup>o</sup> habet auctoritatis, quam vnam ille cum paucis sibi adhaerentibus. Nec sequitur, Origenes (vt asseritur) sinem posuit damnationi malorum angelorum, igitur sic res habet. Aduersus hæc enim sententiâ fortissime depugnarunt plurimi orthodoxi, Hieronymus, Augustin<sup>o</sup>, ac huiusmodi plures, atque tota Ecclesia. Denique & hoc aduertendum est, quantum ad humanas disciplinas atinet, loci huius vsus maxime conducere apud eos, qui ad professionem aut disciplinam quamlibet accedunt nouitj. Iuxta Aristotelis notatu dignam sententiam, Credere oportet eum qui discit. Qui enim primum limina disciplinæ cuiuslibet ingreditur, nondum sufficit per rationem de iis quæ proponantur iudicare, cum nihil adhuc intelligat eorū quæ tradunt. Verum vbi longius quis progressus fuerit atque ipsam & disciplinam penitus introierit, tū magis illum oblectabit ratio, incipiet magna animi iucunditate singularum rerum, quas prius discendo tantum credidit, rationem inuestigare & inuenire.

### CAP. XXXV.

¶ De loco à transumptione.

## LIBER V.

211

Olent quoque locis extrinsecis adicere locum aliū dictum à transumptione, cuius duplicem assignant vltim. Interdum enim quaestione aliqua propofita generali, ad aliquam speciem nos transferimus, vt facilius expediturque propofitū monstre iustitia finiantes generale propofitum sufficienter declaratum, si particulare illud ad quos nos transfulumus declaremus. Huius exemplum Boëtius adducit ex Soeræ, qui cum quaereret, quid in vno quoque posset iustitia: onem tractatum transtulit ad reipublicæ magnitudinem, atque ex eo quod ille efficeret in singulis etiam valere confirmauit. Interdum vero hæc transumptio fit in nomine, cum propofito nomine ignoto ad aliud nos transferimus notius. Vt si disputatio de philosopho habeatur, & ignoret forsitan quis philosophi nomen, ad sapienter nomen translatio fiet. Est enim sapientis nomen notius quam philosophi, quoniam illud Latinis domesticum est, hæc peregrinum. Verum huius loci non ita magna videtur esse vtilitas: propter quod de eo proflixiorum tractatum non facimus, ad medios locos properantes.

### CAP. XXXVI.

¶ De locis medijs, & primū de loco à coniugatis.

Nter locos medios primus est, qui appellantur à coniugatis, secundus qui à casibus. Inter coniugata & casus hæc est differentia: quod coniugata dicantur terminus abstractiuus & denominatiuus idem principaliter significantes casus vero, plura dicantur denominatiua, siue nominalia, siue verbalia, siue adverbialia ab eodem aliquo abstracto secundum denominationem formata, vt iustitia iustus & iuste coniugata sunt: item sapientia sapiens & sapienter. Idem enim habent significatum principale, sed differunt tantum in minus principali significato eò quod terminus abstractiuus nudam qualitatem significet, terminus autem concretiuus simul substantiam. ¶ Dicta sunt autem coniugata, quia sub eodem sunt iugo significationis, aut quia ad idem significationis iugum pertinent. Casus vero sunt, vt iustus & iuste, probus probe. Ideo dicti casus, quoniam ambo per quandam delectionem cadunt à principali nomine, id est, ab abstracto. Hoc enim dicitur nomen principale: quoniam for-

De loco à transumptione.

Locus à coniugatis.

nam ipsam nudam & per se significat nihil simul aliud, nec ex principali nec ex minus principali significato important. Unde licet forsitan interdum contingat, secundum Grammaticorum derivationem, à concreto derivari abstractum: secundum rem tamen & significationem ac per se, abstractum est principaliter concreto: quoniam concretum suam habet de nominationem à forma per abstractum simpliciter significata. Interdum vero sub nomine conjugatorum generaliter intelliguntur etiam casus, ut apud Ciceronem, qui locum à casibus non distinguit ab hoc loco à conjugatis: sed illum sub hoc concludit. Quia enim plura concreta ab eodem abstracto formata sub eodem sunt iugo primariae & principia significationis, non immerito coniugata dici possunt. Sicut autem argumentationes, tã à conjugatis quã à casibus, & affirmativae & negativae. Interdum quidẽ in praedicatis bonum & malum, interdum in aliis Primi exemplum est. Qui iustus est bonus est, igitur iustitia est bona, & e contrario. Item in adverbis sic. Quod iuste fit bene fit igitur iustitia est bona, & e contrario. In verbis, sic. Temperare bonum est igitur temperantia est bona, Obedientia sancta est, sanctum igitur est obedire. Maxima. Quod uni convenit conjugatorum, & alteri convenit. Item Coniugatorum in eo quod coniugata sunt, una est eadem que natura. Interdum vero fit in praedicatis aliis quam bonum & malum, hoc modo. Qui currit movetur, igitur cursum est motus. Percussum patitur, igitur percussio est passio. Album est coloratum, igitur albedo est color. Quod dulce est sapidum est, igitur dulcedo est sapor. Qui iustus est probus est, igitur iustitia est probitas aut virtus, Maxima. Si conjugatorum unum uni convenit, & alterum alteri convenit. Ut autem universaliter ex hoc loco desumpta argumenta valeant, primum quidem observandum est, ut propositiones sumantur in quibus praedicatum per se conveniat subiecto, non per accidens. Non enim necesse est, si duo concreta per accidens de se invicem dicantur, ob hoc illorum quoque abstracta de se invicem similiter praedicari. Quae admodum videlicet album & dulce, duo haec concreta de se invicem praedicantur, dicendo. Album est dulce & dulce est album: eo quod unum idemque lac simul & album sit & dulce, Non tamen hinc po-

test inferri, albedinem esse dulcedinem. Per accidens enim nõ per se, illa concreta de se invicem praedicantur.

¶ Tunc autem dicuntur duo concreta de se invicem per accidens praedicari, quando res significata per unum non est in re per alterum significata, nec eadem est virtusque significari natura, sed ambo simul in eodem subiecto reperiuntur. Ut albedo non est in ipsa dulcedine, neque dulcedo in ipsa albedine, nec ambae eiusdem sunt naturae. Verum, quia simul ambae inveniuntur in eodem subiecto tertio, nempe in lacte, hinc est quod de se invicem praedicantur: idque per accidens, ratione subiecti tertii, in quo conveniunt, non autem per se, non eo quod unus essent naturae, aut alterum in altero. Ita dicendum & de istis propositionibus, Sciens est probus vel studiosus, Humilis est iustus, Grammaticus est Dialecticus, Videns est audiens, Sapidum est coloratum, atque huiusmodi. Ex quibus non licet inferre, igitur scientia est virtus, humilitas est iustitia, grammatica est dialectica, visus est auditus, sapor est color. Cum autem dico, album est coloratum, praedicatio est per se, non secundum accidens. Albedo enim quae per subiectum significatur, & color qui per praedicatum, eiusdem sunt naturae, sicut species & genus & coloris natura est in albedine, sicut natura generica in natura specifica. Ob hoc per se ista conveniunt. Simile est de istis propositionibus. Humilis est probus. Grammaticus est sciens. Dulce est sapidum. Suave est odoriferum. Triangulare est figuratum. Durum est naturaliter potens. Molle est naturaliter impotens. Percussus est agens. Percussum est passum, atque ita in ceteris praedicamentis. Ex quorum singulis, apte inferri potest praedicatio abstracti de abstracto. ¶ Deinde & hoc observandum est, ut assignentur vere coniugata, non tantum secundum vocem, sed secundum rem & significationem. In his enim quae tantum secundum speciem & vocis sonum coniugata videntur, non valet. Non enim sequitur. Somnolentus vitiosus est, igitur somnus malus. Nec sequitur: somnus bonus est, igitur somnolentum esse bonum est, Somnolentus enim non proprie est somni denominatum secundum significationem rei correspondens. Somni enim denominatum proprium est, dormire vel dormiens. Somnolentus autem, deno-





## DE LOCIS DIALECT.

minatiuum est à somnolentia. Vnde sic est argumentandum, Somnolentus vitiosus est, igitur somnolentia vitium. Somnus autem bonus est, igitur dormire bonum est: & dormire bonū est igitur somnus bonus est. Nihil autem refert, siue denominatiuum sit significatione tantum, siue voce & significatione simul. Præcipuum enim quod hic quaeritur, significationis est. Verum denominatiuum voce tantum huic loco minime conuenit.

## CAP. XXXVII.

¶ De loco à casibus.

Locus à casibus.

Adem quoque hæc obseruanda sunt, cum à casibus argumentum sumitur. Sic enim est argumentandum. Quod iuste fit bene fit, igitur qui iustus est bonus est: & contrario. Quæ humilia sunt honesta sunt igitur quæ humiliter fiunt honeste fiunt. Qui grammatice loquitur, scienter loquitur, igitur grammaticus est sciens, & contrario. Qui sophisticè loquitur odibilis est, igitur est sophista odibilis. Imuste agere malum est, igitur iniustus in alius est. Percuti est pati, & percutere est agere, igitur percussus est passus & percutiens agens. Maxima, Casuum in eo quod casus sunt, eadem est natura.

¶ Cicero verò tale proponit præsentis loci exemplum. Si ager est compascuus, inas est conpascere: iuxta quam forma hæcbit ex hoc loco argumentari, Si religiosus est, religiose decet viuere: si Christianus, christiane. Si christiane aut religiose non viuunt, non est christiani aut religiosi. Cœnobitarum si omnia sunt communia, iustum est vt communiter omnibus vtantur: si propriè vtantur & peculiaria sibi ac propria faciant & ipsi (vt vulgo appellantur) proprietarii censentur erunt. Sic hæc res non est mihi propria, non ea licet mihi vti proprie. Item si quis fortiter agit aut prudenter, is fortis aut prudens dicitur: si impudice loquatur vel agat, impudens erit. Item, Spiritus est Deus, spiritualiter ergo colendus. Magnus est Deus, magnifice igitur est colendus. Item, si nobilis quispiam est aut ingenuus, nobiliter & ingenuè debet agere. Si non agat ingenuè, nec ingenuus erit. Huc illud pertinet quod ille apud Terentium ait, Homo sum, humani nihil à me

## LIBER V.

213

alienum esse puto. Et illud quod per sapientem in confessione laudis Domino dicitur, Cum sis iustus, iuste omnia disponis, Sap. 12. ¶ In propositionibus autem per accidens non valet argumentum. Non enim sequitur. Percutens est percussus, igitur percutere est percuti. Nec sequitur, Grammaticus est probus, igitur grammatice loqui est probe loqui. Item, cum non assignatur propria denominatiua non valet argumentatio, hoc patet. Potare aut bibere bonum est (cum sit ad nature sustentationem necessarium) igitur potare aut bibulum bonum est, sed in ferri debet, igitur potans aut bibens beneficit.

## CAP. XXXVIII.

¶ De loco à diuisione.

¶ Tertius inter locos medius est, qui appellatur à diuisione. Pro cuius loci pleniori intellectu præmittendum est, quid sit diuisio, & quæ ad bonam diuisionem requirantur conditiones, & quot modis fiat. Est autem diuisio, partitio aut sectio, siue distractio alicuius totius in plures partes. Vnde in omni diuisione spectandum est aliquid quod diuiditur, & aliqua in quæ sit diuisio, & quædam signa per quæ sit diuisio. Quod diuiditur, appellamus diuisum, illa in quæ sit diuisio membra diuidentia aut membra diuisionis, quod in ea tanquam in membra vel partes fiat totius diuisio. Illa autem signa per quæ sit diuisio, signa diuidenda aut notæ diuisionis appellantur. Vt cum ita dicimus. Animalium aliud est homo aliud est brutum, tota illa oratio est diuisio: animal, diuisum: homo & brutum, membra diuidentia siue partes diuisionis. aliud vero, est signum diuisionis. Aliiter efficitur diuisio per coniunctionem disiunctiuam, hoc modo, Omne animal vel est homo vel brutum, vbi notæ diuisionis est cōiunctio disiunctiua. ¶ Ad hoc autem vt diuisio propria sit & absolute bona primo exigitur ne diuisum excedat membra diuidentia omnia simul sumpta, ne diuisum latius pateat quàm simul omnia mē-

bra, ita vt aliquid poffet sub diuifio contentum inueniri, quod sub nullo membrorum diuidentium continetur. Hoc enim est excedere diuifum membra diuidentia. Huius defectu, non est bona ifta diuifio. Animalium quoddam est grefibile, quoddam volatile. Sont enim animalia, que nec grefibilia funt nec volatilia, vt pifces natantes & ferpentes qui refpuit fuper terram. ¶ Viciffim requiritur ad bonam diuifionem vt membra diuidentia non excedant diuifum: hoc est, vt non contineatur quicquam fub membrorum aliquo, quod non item fub diuifio. In proprie dicta enim diuifione, illa in que fit diuifio debent effe partes, & quafi membra ipfius quod diuiditur. Si autem aliquid fub membris contineatur quod non fub diuifio, iam non partes funt aut membra: quoniam quicquid est in parte, est & in toto cuius illa est pars. Huius defectu, ifta non est diuifio bona. Brutorum aliud est fanum aliud agrum, Mula enim funt fana & agra, que non funt bruta, nimirum homines vniuerfi. Nifi ad nomina illa fanum & agrum intelligatur repeti ipfum diuifum, hoc fenfu Brutorum aliud est brutum fanum, aliud est brutum agrum, Hic enim diuidentia membra, que funt partes in modo refpectu diuifio, ipfum nequaquam excedunt.

¶ Atque ita in omni diuifione fubiecti in accidentia, fi propria effe debeat, intelligendum est diuifum repeti ad fingula membra diuidentia, vt funt ipfa partes in modo refpectu ipfius, Vt cum dico, Hominum, alius est calidus, alius frigidus alius tepidus. Hominum, alius est albus, alius est niger, alius in edio colore coloratus, atque ita in ceteris.

¶ Requiritur tertio, vt membra diuidentia, non coincidant, fed pugnant ad inuicem, fic vt de eodem non poffint vere predicari. Illa enim in que fit diuifio, debent effe partes diuerfe ipfius quod diuiditur. Partes autem fi diuife funt, de fe inuicem non dicuntur, fed pugnant alioqui non funt diuerfe. Huius defectu, ifta non est bona diuifio. Hominum, alius est rifibilis, alius flebilis. Neque ifta valet, Animalium, aliud est homo, aliud brutum, aliud auis. Nam auis & brutum non pugnant, cum funt genus & fpecies. Simili modo ifta non valet, Propositionum, alia est vera, alia falfa, alia neceffaria, alia impoffibilia. Nam propofitio neceffaria & vera coincidunt, fimiliter

liter propofito falfa & impoffibilia. ¶ Præterea notandum est, diuifionem fieri dupliciter. Primo, per negationem, Vt animalium aliud est homo, aliud non est homo, vel aliud est non homo. Omne quod est, aut viuut, aut non viuut. Huiusmodi diuifio nunquam habet nifi duo membra: quoniam inter affirmationem & negationem, que funt contradictorie oppofita, nullum est dare medium, id est, nihil potest inueniri, de quo non alterum illorum vere predicetur. Vnde duobus eiuſmodi membris diuifio completa fit, neceffe est, nec potest adici tertium, nifi fiat coincidentia cum altero duorum, vt pote, vel cum affirmatione, vel cum negatione. Et quidem ad hoc, vt eiuſmodi fit diuifio proprie dicta, repetendum est diuifum ad negationem. Alioqui membrum illud quod fecundum negationem effertur, fuperabit diuifum. Vt cum dico, Animalium, aliud est homo, aliud est non homo, nifi repetatur animal, in hunc fenfum. Inter animalia, aliud est animal homo, aliud animal non hominiſi (inquam) talis fiat, vel explicite, vel implicite repetitio, membrum fecundum non homo longe fuperabit diuifum animal: quoniam de infinitis dicitur non homo, de quibus non dicitur animal.

¶ Alia est diuifio, que fit per membra poſitiua, abſque negatione, Atque hæc interdum duo tantum habet membra. Vt, Animalium, aliud est homo, aliud brutum. Omne vitium aut est fecundum exceffum, aut fecundum defectum. Omne corpus animatum, aut est fenſibile, aut infenſibile. Et huiusmodi diuifio plura potest habere membra quam duo, vt pote vel tria, vel quatuor, vel plura. Vt cum diuiditur propofitio in propofitionem vniuerſalem, particularem, indefinitam & fingularem. Item cum oppofita diuiduntur, in oppofita relative, contrarie, priuatiue, & contradictorie. Et à membrorum ifto numero folet vocari que liber diuifio, aut bimembris, aut trimembris, aut quadrimembris. ¶ Omnis autem diuifio, vt minimum duo membra habere debet. Vnde fi dicas, Quoddam animal est homo, nulla fit diuifio. Quenadmodum enim in corporali diuifione videmus non poſſe lignum diuidi, nifi vt minimum in duas partes, poſſe tamen diuidi in tres, aut quatuor, aut plures immediata diuifione. fic & diuifio logica fieri non potest, nifi per duo vt minimum membra, per plura autē

fieri potest. ¶ Frequenter autem contingit, eam quæ trimembris est aut quadrimembris, posse redigi ad bimbrem. Ut hæc trimembris diuisio, Rerum alia sunt simpliciter bona, ut virtutes: alia mala, ut vicia, alia mediæ siue indifferentes, cuiusmodi sunt bona fortune; redigi potest in hæc immedia tam & bimbrem diuisionem. Rerum alia sunt differentes alia indifferentes. Ac deinde membrum aliam noua diuisione subdividitur, hoc pacto. Rerum differentium, alia sunt bona, alia mala. Sic item ita diuisio. Figurarum quæ sunt trilatera, alia sunt æquilatera, alia ex tribus duo tantum latera æqualia habent, alia sunt totæ in æquales, ita ut nullum latus alteri sit æquale, trimembris quidem est, sed ad bimbrem redigi potest, si ita dicamus, Figurarum quæ sunt trilatera, alia sunt æquales, alia inæquales ac deinde. Earum quæ sunt inæquales alia tantum duo habent latera inæqualia, alia tria id est, omnia simul.

¶ Quod autem subinde cogimur diuisiones facere plurimum duorum membrorum, ex inopia procedit vocabulorum, videlicet quoniam non habemus apta vocabula quibus non minus duo immediata genera aut species, in quæ foret res diuidenda bimbri diuisione.

CAP. XXXIX.

¶ De multiplici diuisione.

Istinguitur autem ab authoribus sextoplex diuisio. Prima est diuisio generis in species. **D** Vt, Animalium, aliud est homo, aliud brutum. Qualitatum, alia est habitus & dispositio, alia naturalis potentia vel impotentia, alia passio & passibilis qualitas, alia forma & figura. Atque hæc est diuisio propriissima. Sub hac continetur diuisio generis in suas differentias. Vt, Animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Verum si proprietatem & naturam rerum consideremus, potius genus dicendum videtur per differentias: quam in differentia diuidi. Per differentias enim genus diuiditur in species siquidem differentia genus ipsum contrahunt & distra-

hant, diuiduntque in species. Nam hæc est differentiarum natura, diuidere inter species diuersas sub eodem genere positas, easque abinuicem disingere, ut ex libro primo manifestum relinquitur. Huc etiam pertinet diuisio totius in modo in partes suas. Nam totum in modo comparatione ad suas partes quasi genus quoddam censetur & vniuersale.

¶ Secunda est diuisio totius integri siue integralis, in suas partes integralis siue integrantes. Ut cum domus diuiditur in tectum, parietes, & fundamentum. Verum hæc potius enumeratio partium quàm diuisio, dicenda est, & si diuisio est, magis realis quàm logica videtur. Vnde modus dialecticæ diuisionis (ut supra diximus) est per signa, aliud & aliud, aut per disionctiuam coniunctionem. Ista autem enumeratio partium, neutro horum modorum fieri potest. Ineptè enim dixeris, Domorum, alia est tectum, alia fundamentum, alia paries. Vel sic, Omnis domus, vel est paries, vel tectum, vel fundamentum. Propter quod distinctio nomine hæc partium enumerationem Cicero, ac post eum Boetius, partitionem appellauerunt, priorem vero diuisionem. Ad hæc quoque formam nonnulli redigunt sectionem speciei in indiuidua. Ut cum hominem diuidimus in Petrum, Paulum, Socratem, Platonem. Videtur enim potius enumeratio quædam esse singularium multorum, quàm diuisio. Et potius species in indiuidua multiplicari, quàm diuidi, videtur.

¶ Tertia est diuisio vocis in significata, Vt cum diuiditur canis in piscem marinum, & domesticum, & sydas cæleste: cum polypos in piscem, & morbum. Verum hæc rursus non est proprie appellanda diuisio, sed enumeratio potius significationum plarium eiusdem termini. ¶ Quarta est diuisio subiecti in accidentia, ut, Animalium, aliud est sanum, aliud ægrotum. Animalium, aliud est ferum, aliud mansuetum, aliud medix inter vtrumque naturæ. Hæc videtur pertinere diuisio subiecti in propria. Vt, Animalium, aliud est risibile, aliud hinnibile, aliud rufibile, &c. Nisi forte malimus huiusmodi diuisiones reducere ad primam speciem, eo quod pro differentia subinde vii soleamus propriis.

¶ Quinta est diuisio accidentis in subiecta. Vt, sanorum, aliud est homo, aliud brutum. Coloratorum, aliud est corpus-



DE LOCIS DIALECTI.

animatum, aliud corpus inanimatum. Item eorum quæ facta sunt, aliud est serpens, aliud volucris, aliud aliqua reliquarum bestiarum. ¶ Sexta est accidentis in accidentia. Vt, Sanorum, alia sunt alba, alia nigra, alia medio colore colorata. Aegrorum, aliud est calidum, aliud frigidum, Candidorum, aliud durum, aliud molle. Durorum, aliud est album, aliud nigrum.

CAP. XL.

¶ De modis argumentandi per locum à diuisione.

Is præmissis dicendū est, quomodo ex hoc loco sumi debeant argumenta. Fiant autem dupliciter. Primo, cum de aliquo prædicatur diuisum, & membra diuidentia in antecedente omnia præter vnum de eo negantur, id quod residuum est in conclusione affirmabitur de eodem. Exempli gratia, Omne animal est sanum vel ægrum, Petrus est animal, & non est æger, est igitur sanus. Vel sic, Animalium, aliud sanus, aliud ægrum, Petrus est animal, & non æger, igitur est sanus. Et quidem si duo tantum membra fuerint diuidentia, vnum tantum negatur in antecedente. Si autem plura quàm duo fuerint, curandum est, vt omnia præter vnum illud quod conclusione, secundum affirmatiuam inferre volumus in antecedente negentur. Vt hac argumentatione, Propositionum alia est vniuersalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. Hæc autem propositio, Petrus studet, est propositio, & non est vniuersalis, neque particularis, neque indefinita, igitur est singularis. Quod si vel vnum membrum omiseris, præter id quod in conclusione inferitur, non valebit illatio. Non enim sequitur, Hæc est propositio, Petrus studet: & non est vniuersalis, neque particularis, igitur indefinita. Verontamen si in conclusione plura illa membra, quæ in antecedente negata non sunt, simul coniungantur secundum diuisionem, valebit illatio. Vt si ita dixerimus. Hæc est propositio, & non est vniuersalis neque particularis, igitur est indefinita vel singularis: vtique valet illatio. Maxima, Cum quo conuenit diuisum, cum illo necesse est, aliquod membrorum diuidentium conuenire. ¶ Secundo valet argumen-

tatio à diuisione procedendo ab affirmatione vnius membrorum diuidentium de aliquo, ad negationem alterius, vel omnium aliorum de eodem. Vt animalium aliud est sanum, aliud ægrum. Hoc autem animal est sanum, igitur non est ægrum. Propositionum alia est vniuersalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. Hæc autem propositio, Petrus studet, est singularis, non igitur est vniuersalis, neque particularis, neque indefinita. Maxima, Cui conuenit vnum membrorum diuidentium, de eodem reliqua omnia negari necesse est. ¶ Fundatur autem horum modorum ratio in conditionibus, quas supra diximus requiri ad bonam diuisionem. Prior namque modus in hac fundatur, quod diuisum non potest excedere membra diuidentia. Fieret enim hoc, si diuisum de aliquo diceretur de quo nullam membrorum diuidentium. Atque ob hoc necessarium est, vbi diuisum de aliquo prædicatur, & membra diuidentia omnia præter vnum de illo negantur, illud vnum de eodem, secundum affirmationem prædicari. Posterior modus in hac fundatur, quod membra diuidentia non possunt coincidere, sed pugnare debent adinuicem. Si enim ambo de eodem secundum affirmationem dicerentur iam non pugnarent sed coinciderent. ¶ Quantum verò ad illas diuisiones quæ dantur per negationem, id est, quarum alterum membrum est negatio, dicimus, posse fieri argumentationes modis etiam illis, quos supra diximus.

CAP. XLI.

¶ De aliis quibusdam locis signatis ab Aristotele.

Ræter prædictos notari possunt ex Aristotele, alij P aliquo: loci, qui ad argumenta inueniendū sunt vtiliores. Quorū vni dicitur à magis ad simpliciter. Hic est, cū ex comparatione inferatur positiuum, Vt si quid est magis bonū, vt etiā bonū sit necesse est: si quid melius, & bonū, si quis doctior & doctus. Vbi tamen oportet comparatiuū proprie accipi. Interdum enim comparatio fit impropria, quando neutri in eo gradu cōpetit forma à qua positiuus denominatus dicitur, vt simpliciter tale possit denominari plus tamen illius habet vnum quàm alterum. Vt cum duo fuerint: quorum neuter

Locus à magis ad simpliciter

plene assequutus est grammaticæ scientiam, ut posset dici simpliciter grammaticus, alter tamen altero magis propinquus est ad assequendum scientiam dicimus, inter dum hunc illo magis grammaticum, non tamen ex hoc recte inferetur, eum esse grammaticum. ¶ Verum hic locus reduci potest ad locum à parte in modo ad totum: quemadmodum e contrario, à simpliciter ad magis negatiue, reducitur ad locum à toto in modo. Siquidem. Magis bonum in comparatione ad bonū, quædam pars est in modo: & tale simpliciter, quoddam totum in comparatione ad magis tale.

¶ Aliter quoque licet argumentari, à positiuo ad comparatiuum & superlatiuum, hoc modo, Quod bonum est diligibile est: quod igitur magis bonum, magis diligibile, & quod maxime bonum, maxime diligibile erit. Oportet autem hic assumi propositiones, in quibus prædicatum subiecto per se cōueniat. Alioquin non valebit in propositionibus per accidens. Non enim sequitur, Qui sciens est probus est igitur qui magis sciens, magis probus, & qui maxime sciens, maxime probus, Contrario quoque à superlatiuo & comparatiuis, ad positiuos argumentationem valere est manifestum.

Locus ab  
appositioe

¶ Item ex appositione sumitur argumentum, hoc modo, Calx patriæ admota facit ipsum album, igitur calx est alba. Attramentum, quia papyrus facit nigram sui superfunditur, ideo ipsum esse nigram consequitur. Ignis quia calidam facit aquam admotam, ipse quoque calidus esse arguitur. Maxima, Si alterum oppositum, alteri facit ipsum esse aliquale, ipsum quoque tale est. Ad hunc quoque modum argumentari possumus. Hic adolescens ex consuetudine & conuictu cum senè illo doctus & probus factus est, igitur ipse senex doctus & probus est. Item hic adolescens ex talis hominis commercio malus factus est, ille igitur malus est, per quem alter malus factus est. Sic iustum arguimus fuisse Abraham & hospitalem dei que cultorem fidelem: quoniam nepos Loth ex eius conuictu talis effectus fuerat. Malas quoque mulieres fuisse illas idolatras, & alienigenas, ex quarum conuictu Salomon, ipse factus est cultor idolorum. Huc videtur pertinere, quod per sapientem dicitur, Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Et item illud, Cum sancto sanctus eris, &

Eccle. 13.  
Psal. 17.

cum peruerso peruersus eris. Possent quoque & alij signari loci, quorum in præcedentibus non est facta mentio, Verum qui nunc enume rati sunt, præcipui sunt, & fere omnes qui à Themistio, Boetio, & Cicerone sunt enumerati. Quapropter Dialecticis nunc & probabilibus locis absolutis, ad Sophisticos ex opposito designandos procedamus.

¶ Deo semper & vbique gloria.

LIBRI SEXTI CON-  
SYDERATIONIS DIALECTICÆ,  
qui de Elenchis sophisticis  
inscribitur.

PRAEFATIO.

VERA MODUM in iis que ad mores attinent, difficile est malum à bono fecerere, neque raro contingit ut pro virtute vitium amplectamur, decepti specie & similitudine boni: sic & in veritate falsitateque refutanda, facilis est & frequens deceptio, ut quas falsa sunt (iuxta Horatij verbum) decepti specie recti verà existimemus. Nimirum ut cæcitiensibus oculis facile est imponere, & alia pro aliis demonstrare, effusa & adumbrata paululum exteriorum figura ac specie: ita humanæ menti si non omnimoda cæcitate, certe lippitudine graui, ex colligatione corruptæ carnis huius laboranti, facile nimis illudatur, ut ei pro veris falsa, pro certis incerta, pro probabilibus improbabilia obtrudantur. Quod quidem maxime per sophisticas & vitiosas solet euenire ratiocinationes. Cum enim per ratiocinationem homo, vipote rationale animal, veritates sibi non congenitas debeat inuestigare, & quasi venando perquirere, illa vbi à tramite recto deflexerit, id est, à forma bona defecerit

necesse est in cognitione veri ratio periclitetur atque deficiat. Quemadmodum deviante itineris duce, cæcus ipse qui ducitur aberrare cogitur, aut regula incurvata, qui ea vitur artifex, in metiendo decipitur. Eam ob rem, dialecticis (cuius est officium ratiocinando verum à falso distinguere) non solum loca nosse est opus, ex quibus argumenta ad ratiocinandum deprimat sibi accommoda: sed insuper iudicium illi adesse debet, quo ratiocinationes contextas discernere, & vitiosas à probis acute expediteque discernere noverit. Ad hanc sane rem, non medioeriter adiuvat liber ille, cui Aristoteles de sophisticis elenchis titulum fecit, alii de locis sophisticis eum inscribunt. In quo quidem libro, locos siue modos aliquot describitur, ex quibus facile argumentationum vitiosarum quarumlibet defectus possit deprehendi. Nos proinde etiam hanc partem de locis sophisticis, aut captiosis elenchis præterire omnino non volumus, ne in absolutum & incompletum esset nostri laboris opusculum, Breuitatem tamen ita studuimus, ut non nisi ea quæ ad propositum maxime facere videbantur sumus profequuti.

## CAPVT. I.

In quena vsus hic liber seruire debeat.

**E** T primum quidem, hoc est admonendum non in hunc vsus istam tracti sophisticorum locorum scientiam, ut ea passim & ex proposito vitamur ad aliorum deceptionem, aut falsitatis defensionem, veritatique oppugnationem. Absit enim ab animis omnium qui veritatem amant ista persuasio, procul sit ab piis & simplicibus mentibus peruersa ista existimatio. Est enim iste artis huius abusus pestifimus & perniciosus ex intentione argumenta adferre quæ scias esse sophisticæ, & deceptoris. Eorum is mos est, (quibus ut ait Aristoteles) operæpretium magis est videri esse sapientes quam essi: & non videri: quibus proinde necessarium est videre facere opus sapientis, magis quam facere & non videri. Hoc enim pacto facile consequentur, ut sapientes videantur, quod vehementer desiderant. Cuiusmodi homines, tanquam sophi aut philosophi nomine indigni probroso vocabulo, seruntur.

Ilum vocem quidem non ita dissimili, sed re ipsa & significatione multum distanti, à Græcis appellatur sophisticæ, id est impostores siue deceptores, à verbo græco σοφίζομαι quod significat imponere siue decipere. Et licet iustitiam adolescentulus in concertationibus scholasticis, exercitationis gratia id posset concedi, ut ad locos huiusmodi interdum confugiant maxime ad auferendum silentii ruborem, vbi alia probabilia non occurrunt argumenta: nequaquam tamen in viris id permitti debet, ut inquam ex proposito ab his locis sumant argumenta. Virilem namque gravitatem decet magis verecunde silere, quam arroganter garrere aut sophisticæ loqui. Qui enim sophisticæ loquuntur (iuxta sapientia verbum) odibilis erit. Imo & adolescentes à preceptoribus sedulo admonendos ego censeo, ne pro adferendis argumentis ad locos istos facile se conuertant, sed quantum fieri potest, probabilia magis semper sectentur, malintque probabilibus & verisimilibus sodalem non vincere, imo videre vincti, quam per sophistica vincere. Neque enim parum refert (iuxta Aristot. dignissimam sententiam) iuuenem sic vel sic assuescere. Et iuxta illud Poetæ, Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. Vnde & experientia quotidiana discimus, eos qui à puero huiusmodi sophisticis captationibus gloriolas captare sunt soliti, difficile etiam in ætate grandiori ab illis posse abstinere, facillimeque in illas ineptias relabi: tunc maxime eum se, probabilibus viderint destitui, & vincti veritatis pondere metuunt. Tunc (inquam) veritatem querunt, ut solent, eludere mendacio, & verecundum silentium mendaci loquacitate fatagunt declinare. Atque ita sit per assuetudinem vitiosam, ut per oem vitam ad capiendam veritatis solidæ disciplinæ, cuiusmodi homines inveniuntur inepti. Et plane hi ipsi sunt, qui diuinas oēs & humanas perturbant, defordant, ac tantum non subuertunt disciplinas. Quibus refecti debet acceptus, quod se omnia sophisticam & ineptiam, & meris deliramentis ante actis sæculis plena fuerint. Nō igitur ad hoc ars ista tradit, ut ad locos qui hic signantur, passim recurratur, ad illusionem veritatis: sed ut per eorū considerationem latetia in argumentis cōtra veritatem oblectis, aut pro ea inuestiganda propositis vitia, facillius deprehendamus, & expeditius dissoluamus,



## DE LOCIS SOPHIST.

Qui enim ad positionem aliquam argumentatur, eo quod ad multa considerat, facile in assumpto argumento defectum aliquem committit; qui a respondente facilius deprehenditur & panditur, si locos istos in numero habuerit, eorumque modos exacte calluerit. Sicque per horum locorum rectum usum sancta veritas impenditur patrociniis dum non ex illis ista subvertitur, sed astringitur.

### CAP. II.

¶ Ponitur definitio elenchi.

¶ Quoniam autem de sophisticis elenchis liber iste inserti bitur, scire oportet imprimis, quid per elenchi nomen significetur. Definatur autem ab Aristotele, hoc modo.

Definitio  
elenchi.

Elenchus est syllogismus, cum conclusionis contradictione.

¶ Cuius definitionis hic est sensus. Elenchus est syllogismus concludens propositionem contradicentem & repugnantem alteri propositioni assertæ. Ut cum quis asserit positionem aliquam, si fiat syllogismus ab opponente inferens contradictoriã illius assertæ positionis huiusmodi syllogismus elenchus vocatur. Unde elenchus omnis syllogismus est, non autem e contrario. Propter quod, elenchus definitur per syllogismum, ut species per genus, vel minus commune per magis commune. Cum autem dicitur elenchus sophisticus, per additionem illius determinationis efficitur dictum secundum quid. Elenchus enim sophisticus vere non est elenchus, sicut nec syllogismus sophisticus vere est syllogismus, sed videtur tantum & non est, quem admodum aperte testatur Aristoteles.

¶ Est autem in unoquoque sophistico elencho aliqua causa apparentis, quæ syllogismum illum facit videri bonum aut probatum, cum talis non sit. Quæ sane causa in omnibus generis est, convenientia syllogismi sophistici cum alio bono & probatio, secundum aliquam similitudinem eaque similitudine decipiuntur imperiti: quoniam imperiti (ut Aristoteles ait) à longe distantes speculantur. Unde in quoque syllogismo malo nulla potest inueniri apparentis causa, non dici-

## LIBER V.

219

tur ille sophisticus syllogismus, cum eiusmodi non sit ad decipiendum idoneus. Est autem ex aduerso in singulari etiam causa defectus, plerumque latens, sic ut non passim a quibuslibet posse videri, nec nisi ab expertis & peritis in arte syllogistica deprehendi. Quæ cum manifestatur, syllogismi sophistici robur infringitur, ne quicquam possit aduersus veritatem. Neque enim est aliud paralogisimum dissolucere, quam latentem defectus causam aperire.

### CAP. III.

¶ De quatuor generibus disputationum.

¶ Nunc vero quam ad designandos particulatim sophisticarum captionum modos accedat Aristoteles, quatuor præmittit disputationum genera siue species. Disputationum enim alie sunt doctrinales, alie dialecticæ, alie tentatiue, alie linguae. Doctrinales disputationes primo loco sic ab eo definiuntur.

Doctrinales disputationes sunt, quæ ex propriis cuiusque disciplinae principiis, & non ex his quæ videntur respondentibus, syllogizant.

Disputationes doctrinales.

¶ Quam definitionem ita intellige. Ille sunt doctrinales disputationes, quæ syllogizant sine procedunt ex iis quæ in qua libet disciplina sunt propria principia prima & vera, quæque indubitatem & certissimam habent veritatem, non ex iis que tantum ipsi respondentibus sic habere videantur. Hac disputatione viuit magister erga discipulum, qui ex propriis principis disciplinae in qua est instituendus, & quantum fieri potest certissimis, cum illo agit. Habetque hæc disputatio doctrinalis pro suo instrumento syllogismum demonstratiuum sine doctrinale, cuius definitio supraposita est circiter finem libri de syllogismo. ¶ Disputationes dialecticæ ab eodem his verbis definiuntur.

Dialecticæ disputationes sunt, quæ ex



Disputatio  
nes dialecticae

probabilibus collectivè sunt contradictionum.

¶ Quæ sic est intelligenda. Ille sunt disputationes dialecticæ, quibus colligi potest siue in ferri probabiliter utraq; pars contradictionis. Versantur enim Dialecticæ disputationes circa propositiones dubiâ habentes veritatē, ad quarum veritatē investigandam opus est argumenta quantum fieri potest probabilia adduci, ad utranque partem contradictionis, ut sic ex vi argumentorum eluceat, vera plus habeat veritatē aut probabilitatis. Utitur autem disputatio dialectica syllogismo dialectico, tanquam instrumento de quo dictum est citius finem libri syllogismorum. ¶ Disputationes alia sunt tentatiuæ, quæ definiuntur ad hunc modum.

Disputatio  
nes tentatiuæ

Tentatiuæ disputationes sunt, quæ ex his sunt quæ videntur respondentem, & que necesse est eum scire qui se simulat habere scientiam.

¶ Hanc definitionem ita intelliges. Illæ sunt disputationes tentatiuæ, quæ procedunt ex eorumque & ut plurimum notis, quæ merito etiam ipsi respondentem cum quo disputatur nota esse debeat, & quæ merito scire debet quisquis videri velit sciens. Extalibus enim debet hæc disputatio procedere, ut eo melius possit tentare & experientiam sumere de scientia respondentem cum quo disputatur. Si enim eorumque & quæ passim sciuntur ille ignoret, aut quæ ex eis consequuntur non videat, argumentum est quod non admodum in disciplina promoneat. Falli autem facile posset qui tentat, si ex peculiaribus & abstrusioribus procederet, quæ vix sapientissimi & consummatissimi nouerint. Non enim est consequens eum qui hæc ignoret etiam reliqua communia artis ignorare. Utitur autem hæc disputatio syllogismo tentatiuo qui secundum rem ipsam plerumque idem esse videtur cum litigioso sed quantum ad finem differt. Sophisticus enim dicitur syllogismus, quatenus ad decipiendum ordinatur. Tentatiuus vero, quatenus ad sumendum de scientia alienius experientiam. Tentatiua disputatione videtur usus Saluator

apud Inuidos Scribas atque Phariseos cum eis quæstionē proponeret de Christo cuius esset filius: ac deinde res ostendens quod esset filius Dauid, ita ex aduerso obiecit. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus domino meo, & si ergo Dauid eum dominum vocat, quomodo filius eius est? Proceffit autem in hæc disputationes Saluator ex eorumque in scientia legis: quoniam ea quæ de Messia in scripturis dicta erant, maxime omnium debuerant illis esse perspecta & cognita. & quæ tam aperte in lege & prophetis dicta ac scripta fuerant, merito intelligere illi debeant, qui se magistros populi & legis doctores profitebantur. ¶ Porro litigiosæ disputationes definiuntur his verbis.

Mat. 22

Litigiosæ disputationes sunt, quæ ex his quæ videntur probabilia, non sunt autem, syllogizant.

Disputatio  
nes litigiosæ

¶ Cuius definitionis plenior intellectus pendet ex definitione syllogismi litigiosi supraposita in libro de syllogismis, & ex his quæ ibi plenius dicta sunt suppleri debent quæ hic dicuntur contractius. Est igitur hic sensus propositæ definitionis. Ille sunt litigiosæ disputationes, quæ procedunt vere vel apparenter, ex his quæ videntur esse probabilia & non sunt, subaudi, vel quæ ex his quæ sunt in se probabilia, apparenter procedunt. Fit enim huiusmodi disputatio per sophisticos & litigiosos syllogismo, siue in materia tantum, siue in forma tantum, siue in materia & forma peccantes.

CAPVT IIII.

De quinque sophisticarum finibus.

¶ Onit quodq; Aristoteles fines aliquot sophisticarum, quos in suis disputationibus decerantes & concertantes intendunt, quos vulgo etiam metas appellant, propterea quod ubi aliquam illarum assequi contingerit, disputatione quiescunt, quasi iam parta victoria.



DE LOCIS SOPHIST.

& vitio sine intentionis suae adepto. Hoc enim primum quod... ut sophista, ut respondentem siue vere, siue apparenter denunciat, sicque ut sapiens & doctus videatur, habeaturque in pretio apud indoctam multitudinem. Hac autem quinque sic enumerantur. Redargutio, Falsum, Inopinabile, Sollecismus, Nugatio. Redargutio est quando respondens cogitur ut argu- mentationis affirmare quod prius negauit, vel e contrario, ne- gare quod prius affirmauit. Signanter dicitur ut argu- entationis aut disputationis quoniam si respondens vitio id faciat ut quod prius affirmauit, iam neget, vel e contrario, ut pote si in hoc velit scientiam ostendere, aut ingenium excitare contra dictoria in eadem disputatione defendendo aut patris utriusque probabilitatem separatim experiri, non ob hoc dicitur ille redarguens.

Meta falsi  
Meta inopinabilis.

Meta sollecismi.

Meta nugationis.

Meta falsi est, quando respondens cogitur ut argumetorum aliquid asserere quod est manifestae & cognitae falsitatis. Meta inopinabilis est, quando respondens cogitur ut argumetorum aliquid affirmare, quod licet non sit manifeste falsum, apud eos tamen qui disputationi intersunt habetur pro falso aut pro non probabili. Meta sollecismi est, quando respondens cogitur admittere propositionem aliquam in qua est vitium sermonis, vel quando ad huiusmodi orationem proloquendam cogitur. Sollecismus autem, hic generaliter capitur, ut contra barbarismum non distinguatur. Meta denique nugationis est, quando cogitur respondens admittere vniu- & eiusdem in eadem oratione inuilem repetitionem. Ut si dicatur, Ioannes est homo homo. Vbi aduertendum est non, quamlibet repetitionem eiusdem verbi, in eadem etiam oratione, esse nugationem, sed eam tantum quae fit sine vtilitate. Qui enim idem replicat cum aliqua vtilitate, nugari non dicitur: utpote cum ad maiorem expressionem, vel propter emphasim, fit repetitio. Vel ut si dicam, O homo homo, quid superbis? Terra terra, quid sine modo tibi opes congeris?

Horum autem singulorum (ut ait Aristoteles) aut vere aut apparenter sophistice intendunt. Nam maxime redarguere videntur volunt. Proxime autem, falsum aliquid monstrante. Deinde ad id quod praeter opinionem est ducere. Quarto sollecis- tum a respondente committi. Postremo, idem frequenter dicitur.

LIBER VI.

CAP. V.

Quid sit fallacia & quomodo diuidatur.

Vperest, nunc sigillatim modos istos enumerare secundum quos fit deceptio sophistica. Et primum quidem hoc aduertendum est, quod ab Aristotele dicitur modus sophisticus, aut ab aliis locus sophisticus, a recentioribus quibusdam fallaciam nominari, quam & sic de huius. Fallacia est idoneitas decipiendi, faciens credere de non ente quod sit ens, & de ente quod sit non ens mediante phantastica visione. Quae definitio sic exponitur. Fallacia vocatur modus aliquis vel locus idoneus ad decipiendum respondentem per argumentum sophisticum efficiens, ut id quod falsum est & non probabile videatur apparenter verum & probabile, & e contrario id quod est verum & probabile ut videatur falsum & non probabile: idque mediante aliqua phantastica apparentiae causa, quae videtur in illo argumento esse cum non sit, & probabilitatem ei dare videtur cum non det. Huiusmodi igitur modos vel locos sophisticos, etiam nos iuxta vulgaram appellationem vbique fallacias nominabimus.

Definitio fallacie

In vniuersum autem huiusmodi fallaciae ab Aristotele enumerantur tredecim, quarum sex appellantur propter dictionem, septem extra dictionem. Fallaciae propter dictionem siue in dictione sunt, fallaciae aequiuocationis, amphibologie, compositionis, diuisionis, accentus, & figurae dictionis. Fallaciae extra dictionem sunt, accidentis, a dicto secundum quid, ignorantiae, elenchi, consequentis, petitionis principii, secundum non causam, ut causam, secundum plures interrogationes, ut vnam.

Fallaciae in dictione  
indictio  
ne sex

Dicuntur autem fallaciae in dictione, quae causam suae apparentiae sumunt & decipiendi habent idoneitatem, ex parte alicuius dictionis vel orationis in argumentatione positae. Ut fallacia aequiuocationis, ex termino plura significante sumit suae apparentiae causam: & fallacia amphibologie, ex oratione plura significante. Fallacia compositionis & diuisionis, & determinatione & determinabili diuersimode compositis vel diuisis. Fallacia accentus, ex parte alicuius dictionis vel orationis, quae secundum accentus

Fallaciae extra dictionem  
septem.



DE LOCIS SOPHIST.

diversitatem diversum reddat sensum. Fallacia figuræ dictionis, ex parte alicuius dictionis vel orationis, cuius consideratur similitudo cum alia simili dictione. ¶ Fallaciae autem extra dictionem dicuntur, quæ causam apparentiæ non sumunt, nec decipiendi idoneitatem habent ex aliqua dictione, sed affluende ex aliqua phantasia circa rem ipsam. De quibus postea suo loco dicendum est.

CAP. VI.

¶ De fallacia æquiuocationis.

Fallacia  
æquiuoca  
tionis.

1

Inter fallacias propter dictionem, prima est illa quæ sumitur secundum æquiuocationem alicuius dictionis. Quid autem sit æquiuocum, satis notum ex predicamentis relinquimus. Fere enim illic eo modo quo hic accipitur, nisi quod

hic etiã quantitas eadẽ eiusdẽ dictionis solet requiri, cuius ibi nõ sit mentio. Qua de re operæpretiũ non videtur prolixius agere. Fallacia igitur æquiuocationis est, secundum quam cõtingit fieri deceptionem, ex parte alicuius termini plura habentis significata. Cuius tres modos ponit Aristoteles. ¶ Primus est quãdo terminus plura habet significata æque principalia. Vt in hoc paralogismo, Omnis canis est animal, cœleste sydyus est canis, igitur cœleste sydyus est animal. Idẽ est & de terminis consignificantibus diuersimode acceptis. Vt in hoc paralogismo, Omne quod est in vase est vinum, color est in vase, igitur color est vinum. Vbi, in, vel esse in, capitur secundum diuersos modos. Huiusmodi æquiuocationis cauillo (vt auctor est Herodotus) Apollo diuinus vates vsus est, Cræsum Lydorum regem inducens ad inferendum bellum Cyro Persarũ regi, Perderet Cræsus Halyn transgressus plurima regna. Verbum enim perdo, significat, amitto & destruo.

¶ Secundus est, quãdo terminus habet plura significata non æque principalia, sed vnũ propter alterum. Vt si ita quis argumetur, Omne quod est sanũ est animal, vrina est sana, igitur vrina est animal, Omne quod est Deus est omnipotens, homo potestatem habens vitæ ac mortis est Deus (iudices enim in scripturis dii appellantur) igitur eiusmodi homo est omnipotens. Item, Omnis homo comedit & bibit, homo est pictura quãdam in pariete, aut statua, igitur pictura aut statua

LIBER V.

229

hominis comedit & bibit. In his omnibus, causa defectus est, ex parte terminorum plura non æque principaliter significatiua. Sicut enim principaliter significat habentem sanitatem, minus principaliter id quod significat sanitatem. Deus principaliter significat habentem diuinam naturam, analogice id quod participatione in aliquam diuinitatis habet. Hoc modo seipsum paralogizabat inuiseri Iudæi, & simul iudicem suum Pilatum, cum aduersus Christum apud illius tribunal magnis vocibus clamarent ac dicerent, Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Regis enim nomen principaliter significat eum, qui ex natura & ex seipso omnium rerum habet imperium, cuiusmodi regem se esse dicebat Christus, & seculario reges istos terrenos, qui tantum secundum participationem acceptæ potestatis imperant.

Ioan. 19.

¶ Tertius modus est, quando dictio aliqua acquirit plura significata ex parte cõpositionis. Vt immortale significat potens non mori, & non potens mori. Inuestigabile significat, non vestigabile, vel quod inuestigari potest inuisum, significat nõ visum vel odiosum. Sicque ex his fiunt paralogismi, Omne quod est immortale non potest mori, homo secundum statum naturæ primũ erat immortalis (quia poterat non mori) igitur non poterat mori. Item, Omne quod est inuestigabile potest inuestigari, via Dei (iuxta Pauli dictum) sunt inuestigabiles, igitur possunt inuestigari. Item, Omne quod est inuisum est exosum, Deus est omnibus inuisus, quoniam deum (vt ait Ioannes) nemo vidit vnquam, igitur deus omnibus est exosus.

Rom. 11.

¶ In omnibus autem his paralogismis est eadem causa apparentiæ, & eadem causa defectus. Causa apparentiæ est, identitas termini æquiuoci secundum vocem. Causa autem defectus est diuersa significatio latens sub eodẽ vocabulo. Solunturque hi paralogismi per distinctionem termini æquiuoci. Si enim terminus æquiuocus accipitur alter in vna premissarum quam in altera, negatur consequentia, & est manifesta fallacia. Si autem contendat forte opponens similiter se velle utrobique accipere terminum æquiuocum, admittenda erit consequentia, & altera premissarum falsa inuenietur. Distinguenda enim sunt plures significationes, ac deinde interrogandum ab opponente, quam eligat, ac secundum hoc assignanda

Ioan. 1.



## DE LOCIS SOPHIST.

est illi vel maior vel minor falsa.

### CAP. VII.

#### ¶ De fallacia amphibologiae.

Fallacia  
amphibologiae.

Fallacia amphibologiae est, modus idoneus decipiendi per orationem amphibologicam. Sicut enim aequiuocatio est in simplicibus vocabulis, ita amphibologia consideratur in orationibus plures sensus habentibus, & sicut aequiuocatio est multiplicitas significationum in vna simplici dictione, sic amphibologia est multiplicitas sensuum in composita oratione. ¶ Unde & hinc euenit pluribus modis fallacia. Primo enim fit ex oratione amphibologia, plures sensus aequè principaliter habente. Ut haec oratio, Liber Aristotelis, significat librum ab Aristotele possessum, vel ab aristotele compositum. Pecunia Caesaris, significat pecuniam ipsius imagine insignitam, & simul nominis eius sortentem inscriptionem, pecuniam cuius est ipse possessor & dominus. Unde ex his ita contextitur paralogismus, secundum primum hunc modum. Omnis liber Aristotelis possidetur ab Aristotele, hic tuus liber est Aristotelis, igitur possidetur ab Aristotele. Omnis pecunia Caesaris in ipsis est propria potestate, haec tua pecunia est Caesaris, igitur in Caesaris est propria potestate. ¶ Assignat Aristoteles alias orationes amphibologicas, ex diuersa constructione aut vario regimine varium sensum habentes. Prima haec est, Vellem me accipere pugnantes. In quasi me regatur à parte anteriori, pugnantes à posteriori, sensus est, Vellem quod ego acciperem pugnantes. Si econtrario, sensus est, vellem quod pugnantes me acciperent. Altera est, Quod quis scit, hoc scit vbi, si, hoc, accipiat in casu accusatiuo, est sensus, Quod quis scit illius habet scientiam, si autem in casu nominatiuo, est sensus. Quod quis scit, illud habet scientiam. Simile est tertium exemplum. Quod quis videt, hoc videt. Ex his igitur sic fieri possunt paralogismi, Quoscumque vellem me accipere, vellem ab illis me apprehendi. inimicos autem meos vellem me accipere, igitur ab inimicis vellem me apprehendi. Quod quis scit, hoc scit lapidem quis scit, igitur lapis scit, Quod quis videt, hoc videt columnam quis videt, igitur columna videt. Sic & de illo Apollinis oraculo dicendum quod consultus Pyrrho Epiro-

## LIBER V.

223

terum regi super euentu belli, quod contra Romanos haberat in animo respon-disse legitur, aote AEacida Romanos vincere posse. Quod ambiguum habe sensum, nempe quod ipse Pyrrhus posset vincere Romanos, vel quod Romani posset vincere ipsum Pyrrhum. ¶ Alter modus est, quando fallacia fit ex parte orationis amphibologiae non aequè principaliter plura significans, sed alterum principalis, alterum minus principaliter. Ut si quis ita argumentetur, Quisquis arat litus, curuo terra profcindit aratro, Hic homo frustra laboras arat litus, igitur curuo terram profcindit aratro. Litus enim arare, principaliter significat terram, quae iuxta flumen est vomere profcindere, vt apta fiat suscipiendo semini. Secundario autem & minusq; principaliter significat operam ludete, vel frustra laborare, propter similitudinem, eo quod frustra fiat labor ille, qui impenditur arando littori.

### CAP. VIII.

#### ¶ De fallacia compositionis & diuisionis.

It etiam propter dictionem, sive in dictione fallacia alia, quae vocatur compositionis aut diuisionis. Tunc enim dicitur fallacia compositionis, quando à sensu diuiso verò, proceditur ad sensum compositum falsum. Ex aduerso fallacia diuisionis dicitur quando à sensu composito verò proceditur ad sensum diuisum falsum. Exemplum primi. Sedentem possibile est stare, igitur possibile est sedentem stare, siue quod sedens siet, Antecedens quod in sensu diuiso ponitur esse verum, cum non aliud significetur nisi quod qui modo siet, potestatem habeat aliquando sedendi, Consequens autem quod secundum compositum sensum profertur, non est verum: cum significetur hoc esse possibile, vt simul quis siet & sedeat. Simile est de hoc argumento, Humilis potest esse superbus, igitur potest humilis esse superbus. Secundum exemplum est istud, Impossibile est stantem sedere, aut hu-

Fallacia  
compositionis  
& diuisionis.

mitem esse superbum, igitur stantem impossibile est sedere, aut humilem impossibile est esse superbum. ¶ Et hic quidam modus fallaciarum compositiois & diuisionis, quantum ad huiusmodi propositiones modales, quæ secundum unum sensum sunt veræ, secundum alterum falsæ factis facili est, nec ita multa indiget declaratione, cum ea quæ ad hanc rem pertinent, supra libro tertio in tractatu de modalibus sufficienter dicta sint. Verum & in aliis hæc fallaciæ locum habet. Quando videlicet aliqua determinatio secundum quod diuersis est coniungitur determinabilibus, varios sensus facit, alterum verum alterum falsum, vel idem determinabile diuersis determinationibus. Vt in hac oratione, Quicumque scit litteras nunc didicit eas, si aduerbium nunc constituitur cum verbo præcedenti, habet hunc sensum verum, Quicumque nunc scit litteras, aliter quando eas didicit si vero cum verbo sequentis habet sensum falsum. Quicumque scit litteras, is nunc eas didicit, pro hoc videlicet articulo temporis. Vnde ex hac oratione, ita potest paralogizari. Quicumque scit litteras nunc didicit eas, & hic homo scit litteras, igitur nunc didicisti eas. Itæ hæc oratio, Ego posui te seruum, existentem liberum, si participium existentem, eum nomine seruum iungatur, est sensus, Ego te existentem seruum feci liberum, si cum sequenti accusatiuo iungatur, est aliter sensus, Ego te feci esse seruum ex libero. Itaque potest fieri paralogismus ex hac oratione. Quicumque ego posui liberum existentem seruum, hunc ego libertate donauit. Hunc hominem (quem videlicet cum liber esset seruum subieci) ego posui liberum existentem seruum, igitur eum libertate donauit. ¶ Generatim vero in his compositio & diuisio considerantur, secundum situm partium magis debitum vel minus debitum, ut sensus qui sumitur secundum situm partium magis debitum, dicatur sensus compositus qui autem secundum sensum minus debitum, dicatur diuisus. Tuncque dicitur fieri compositionis fallacia, quando fit fallacia propter sensum diuisum verum & compositum falsum: & e contrario fallacia dicitur diuisionis, quando fit fallacia propter sensum compositum, siue magis debitum verum & diuisum, siue minus debitum falsum. Exempla gratia, in præpositiōne illa supraposita, Quicumque scit litteras nunc didicit eas

sensus magis debitus & compositus est iste, Quicumque scit litteras nouit, is eas nunc didicit, & is est falsus. Sensus autem diuisus, siue minus debitus est verus, nēpe iste, Quicumque nunc scit litteras, aliquando eas didicit. Videtur enim determinatio adverbialis magis recte & debite determinare prædicatum didicit, quam verbum præcedens scit, intra subiectum inclusum: quoniam prædicatum ex se est magis determinabile. Ideo qui ex ea contextitur paralogismus, est fallacia compositionis simile est de hoc paralogismo. Quicquid viuit semper est brutum viuit, ergo brutum semper est. Maior enim dupli- cē habet sensum. Pter est hic, magis debitus & falsus. Quicquid habet vitam, est sempiternæ durationis. Posterior est hic diuisus, Quicquid habet sempiternam vitam, id subsistit in rerum natura, & hic indubie verus est. Ob hoc paralogismus ille dicitur secundum fallaciam compositionis. ¶ Quis autem sit sensus magis aut minus debitus, accipere oportet ex iudicio eorum qui in ratione sermonis, siue in arte loquendi habentur peritiores. Quam enim in sermone periti indignant esse magis vel minus debitum sensum, ille habendus est magis debitus vel minus. Ad eutus plenitorem & exactiorem noticiam, solent hoc in loco plures constitui regulæ, quas nos hic non ponimus, nisi quod non tanta in eis videatur utilitas quanta perplexitas, tum quod non eodem ab omnibus, sed a diuersis diuersimodum ponantur.

## CAPVT. IX.

## De fallacia accentus

Accentus pertinent aspiratio vel non aspiratio, syllabarum quantitas, modus pronuntiandi secundum assertionem, vel interro- gationem, vel admirationem, item pausatio & accentus, quali interruptio vocis in pronuntiando, si- cut punctatio in scriptura. Contingit itaque interdum eandem vocem aut orationem, secundum quod varis profertur aut scribitur accentibus, diuersum efficere sensum, & aliam habere significationem. Vt malum cum primum habet longam, significat pomum: cum autem breuem habet primam, id valet quod prauum. Quæ distinctio ex his duobus Virgili versibus patet. Antea mala decem missi, eras altera mita. Ea mala,





## DE LOCIS SOPHIST.

quo non aliud velocius ullum. Quantum ad aspirationem & non aspirationem exemplum sunt, ara & hara. Sive aspiratione enim significat altare, in quo offertur sacrificium: cum aspiratione, porcorum stabulum. Præterea dictio ista inuite, si absque distinctione proferatur aut scribatur, est vna dictio aduerbialis, idem valens quod coacte. Si autem cum distinctione, est oratio ex præpositione & nomine composita, significans in ipsa vite. Sic ista oratio, Rex es tu, si proferatur per modum assertio: vs, significat ita rem habere, si verò per modum questionis siue interrogationis, significatur tantum dubitatio. Idem est & de his quæ secundum ironiam proferuntur.

¶ Unde quoties ex huiusmodi accentuum mutatione contingit deceptio, secundum fallaciam accentuum id fieri dicitur. Exempli gratia, si quis ita argumentetur, Omnia mala sunt detestanda, poma sunt mala, igitur sunt detestanda, Omnis populus est arbor, hominum collectio est populus, igitur hominum collectio est arbor. Hic est secundum diuersam quantitatem syllabarum, vocabulorum malam & populus, si deceptio.

¶ Ex parte aspirationis, aut non aspirationis, sic fit paralogismus, Omnis ara est in templo, porcorum stabulum est hara igitur porcorum stabulum est in templo. Vel sic, Si dignum est in aris fumum euaporari idolis, iustum est in templis thura eis offerri, est autem iustum & dignum, & ut in hâris euaporetur idolis fumus (nimirum improbis demonibus, & figmentis dignum est ad ignominiam, è porcorum stercorebus fumum euaporari) igitur dignum est ut idolis in templis thura offerantur. Item, Si abeo, recedo, argentum habeo, ergo recedo. Vel sic, Quisquis dicit abeo, significat se recedere: qui aurum habet dicit habeo, igitur significat se recedere.

¶ Ex parte vocis prolatae coniunctim & diuisim, sic paralogismus textitur, Si quid deus fecit inuite, id fecit coacte, Deus autem vinum fecit inuite, vinum igitur fecit coacte. Item, Omnis terra quæ est in via, frequenter pedibus teritur, terra deserta aut aquis plena est inuia, igitur frequenter pedibus teritur. Item, Quisquis dicit, Metuo longas pereunte noctes Lydia dormis, dicit se timere. Amator autem nihil metuens id dicit, igitur nihil metuens dicit se timere. Versus enim ille, Metuo longas, &c. qui ex Horatia-

## LIBER VI.

225

his odis sumptus est, sic intelligitur, ut hic sit sensus, Interim dum ego tuus pereor, tu Lydia dormis longas noctes.

¶ Ex parte varij modi pronuntiandi secundum interrogationem non affirmationem, secundum ironiam, aut secundum feriam assertionem, sic contingit fallacia. Quicumque dicit alteri, Egregie functus est officio tuo, collaudat illum pro bene peracto negotio. Is autem qui alterum irridet, ita subinde loquitur, cum nihil etiam minus quam laudare velit (quemadmodum est illud apud Virgilium, Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis) igitur qui alterum irridet, eundem collaudat. Hic fit fallacia ex ironica pronuntiatione. Qualis etiam ceteri posset ex illustorij verbis multo, quibus CHRISTVM irridebant, hoc modo, Qui Christo dixerunt, Aue rex Iudæorum, regem eum agnoscebant, & ut talem eum venerabantur. Ministri autem impij illudentes ita ei dixerunt, Aue rex Iudæorum, igitur ministri illustores eum agnoscebant & venerabantur ut regem. Sic ex verbo Caiphas secundum interrogationem prolato, fit paralogismus. Qui Christo dixit, Tu es Christus filius Dei viui? agnouit & confessus est Christum esse Dei filium. Caiphas in concilio ves bum huiusmodi protulit, igitur Christum illic confessus est.

## CAP. X.

¶ De fallacia figuræ dictionis.

Allacia figuræ dictionis est modus idoneus decipiendi, causam apparentiæ fumens ex figura, id est, similitudine dictionis simplicis vel compositæ cum alia, propter quam similitudinem & convenientiam videtur ei aliquid attribuendum, quod ei attribuendum non est secundum veritatem. Ut si quis putet nomen Poeta esse generis feminini, propter similitudinem in finali terminatione item & declinatione, cum nominibus musa & lima. Aut si quis putet, dogma esse primæ declinationis, eo quod penna sic primæ declinationis. Item si quis verbum ab eo putet esse secundæ conjugationis, sicut verbum habeo, propter similitudinem terminationis, quoniam utrunque terminatur in eo. Unde huiusmodi argumenta sunt secundum fallaciam figuræ dictionis. Lima est ge-

Fallacia  
figuræ di-  
ctionis.



DE LOCIS SOPHIST.

neris feminini, ergo & Poeta. Penna est primæ declinationis, ergo & poema & dogma. Habeo est secundæ coniugationis, ergo & abeo. Atque ita in cæteris. Item quando terminus vnus prædicamenti, putatur esse terminus alterius prædicamenti, propter similitudinem terminationis. Vt si quis putet lineatum esse prædicamenti qualitatis. sicut coloratum aut figuratum. Contingit autem hoc maxime in prædicamento actionis. Quidam enim termini qui de prædicamento sunt passionis, ob terminationem similem terminationi verborum significantium actionem videntur esse de prædicamento actionis, cum non sint, & e contrario. Exempli gratia, sentire, videre, audire, & huiusmodi, quia habent terminationem in e, vt solent terminari actiua verba, videri possunt ad prædicamentum pertinere actionis, cum e contrario passionem significant, aut simplices qualitates. Qui enim videt non secundum quod agit videt, sed secundum quod patitur. Sensus enim est potentia passiva, & sensatio actu fit per hoc quod ab obiecto sensus patitur. Contra verò, sentiri, videri, audiri, potius actionem significant, non (vt videtur) passionem. Sic verbum operor, quoniam terminationem habet verbi passivi, exultari possit esse generis passivi, cum sit deponentialis, & passionem significare cum idem sit quod agere. Similiter valere, propter similem terminationem cum verbo docere videri possit significare actionem, cum potius significet qualitatem, ipsam videlicet dispositionem valetudinis. Vnde qui ex huiusmodi similitudinibus vnus termini cum altero contexitur deceptorij syllogismi dicentur fieri secundum figuram dictionis. Hos autem modos & huiusmodi exempla aperte indicare videtur Aristoteles cum ait, Quæ autem secundum figuram dictionis sunt, accidunt quando non idem vt idem interpretatur, vt masculinum, femininum, vel e contrario, vel neutrum genus alterum horum, vel rursus quale tantum, aut quantum quale, vel faciens, patiens, aut e contrario, & sic de alijs prædicamentis. Contingit enim aliquid eorum, quæ non significant facere vt eorum quæ significant facere aliqua dictione significare. Vt valere secundum figuram dictionis videtur significare agere, quemadmodum sentire vel edificare: quantum illud quidem qualitatem aut effe-

LIBER VI

ctum quoddam modo significet hæc verò facere. Secundum dictionem, igitur huiusmodi erunt redargutiones. Hæc tamen Aristotelis verba. Posteriores verò alios etiam ponunt modos, quorum præcipuus ille videtur secundum quem sub termino distributio vnus prædicamenti, subsumitur terminus alterius. Exemplum primum, Quicquid heri emisti hodie comedes: carnem crudam heri emisti, hodie igitur comedes carnem crudam. Item, Quicquid fuisti heri es hodie: calidus heri fuisti, igitur calidus es hodie. Exemplum secundum, Quotoscunque digitos heri habuisti, habes, & hodie: quinque digitos habuisti heri, igitur & hodie quinque habes digitos. Insuper & hoc adiucium, locum istum generale esse receptaculum, & quasi diuersorium publicum omnium sophisticarum arguentionum, qualecunque tandem fuerint: propterea quod omnis argumentatio sophistica apparentiam suæ bonitatis habet ex similitudine cum alia aliqua simili argumentatione bona, vt pote syllogismus malus cum syllogismo bono, inductio mala cum inductioe bona, & ita in cæteris. Quæ nos quidem sicut non approbamus ita nec improbare contendimus. Hoc tantum dicimus ex his quæ habet Aristoteles, si simpliciter absque torsione verba exponantur non alios inueniri huius fallaciæ modos, præter eos quorum exempla supra proposuimus. Sed nec inter posteriores ipsos scriptores, his de rebus satis conuenit. Quamobrem his de fallacijs in dictione vtcunque tractauis, ad fallacias extradictionem transeamus.

CAP. XI

De fallacia accidentis.

Fallacia accidentis tunc committitur, quando de cepto prouenit ex eo quod in argumentatione qualibet termini videntur adinuicem coniungi, syllogistice & non recte coniunguntur: id est, quando videtur esse bona forma syllogistica & non est. Hæc fallacia admodum late patet. Omnis enim argumentatio mala quæ

Fallacia accidentis



## DE LOCIS SOPHIST.

videtur habere formam syllogisticam & nō habet, huc pertinet. Unde omnes illi mali syllogismi qui peccant contra regulas, siue generales siue speciales suprapositi in libro syllogismorum, dicuntur fieri secundum fallaciam accidentis. Ut cum proceditur ex puris negatiui, aut ex puris particularibus, cum altera premissarum existente particulari inferatur conclusio vniuersalis, cum in prima figura procedatur minore negatiua aut maiore particulari, & huiusmodi. Exempla patent ex libro syllogismorum. ¶ Peccant etiam secundum hanc fallaciam illi syllogismi in quibus mutatur genus suppositionis. Ut cum dico, Animal est genus & homo est animal, igitur homo est genus. Petrus est dissyllabum: Petrus est animal, igitur animal est dissyllabum. In priori enim paralogismo animal in prima appositione propria voce accipiebatur, aut pro natura ipsa animalis in communi siue in genere, non pro persona aut individuo. In secunda autem nec pro voce nec pro animali in communi, sed pro singulari & indiuidua persona accipitur. Primum uocant suppositionem siue acceptationem materialem aut simplicem, alteram personalem. Sicque genus mutatur suppositionis. Idem existat & in secundo paralogismo, ubi Petrus in altera pro voce in altera pro persona ipsa reali accipitur. Secundum hanc fallaciam videntur fieri etiam illi paralogismi qui sunt à duobus in antecedente diuisis ad eadem in consequente male coniuncta. Ut hic homo est bonus, & est artifex: igitur est bonus artifex: est bonus & est musicus vel grammaticus, igitur est bonus musicus, vel bonus grammaticus. ¶ Ad hunc locum pertinet sophisma illud, quod ab Aulo Gellio narratur propositum Diogeni, & in hæc verba, Quod ego sum tu nō es, homo sum ego, igitur tu non es homo. In quo paralogismo manifestus est defectus, quoniam proceditur à termino in antecedente non vniuersaliter posito ad eundem in conclusione sumptū vniuersaliter, nempe vocabulū homo. Unde si hic defectus caueatur valebit syllogismus. Quod ego sum non es tu: homo sum ego, igitur non omnis homo es tu. Admodum autem facete Diogenes sophistæ illi huiusmodi sophisma contextū scribitur illuisse verius quam respondisse. Quod inferi me non esse hominē inquiring saluum est: quod si

## LIBER VI. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000.

verum velis fieri, incipe à me, & tu eris bestia. Videlicet tunc care volens tam facile se huiusmodi paralogismo aduersus illum posse concludere quam ille aduersus se concluderat. Cuiusmodi modus refutandi argumentationes sophisticas potius retorſio quædam est aut illuſio quam diſſolutio. Posteriores reſponſiones ad hominem dicunt, quæ videlicet homini ſatis ſit dū ipſe repellitur & ſillētium ei imponitur, quis tamen ſit in re defectus non ſū exprimitur nec quæ lateſ diſſicultas explicatur. Et ſunt huiusmodi reſponſiones maxime digni ſoplaſte, vt qui non ad rem argumētantur, non à rem accipiunt reſponſionem iuxta vulgatis illud. Contra vulpem vulpizabis, & contra Crecentem crezentabis.

## CAPVT XII.

¶ De fallacia à dicto ſecundum quid.

Item ſecundum quid in propoſita dicimus determi-  
nabile ſumptum cum tali aliqua determinatione, quæ ipſam diſtrahat aut diſminuat aut quoquo modo alienum reddat, ſic nimirum vt cum addita huiusmodi determinatione vere poſſit prædicari de eo de quo abſque ea non poſſet. Exempla gratia terminus homo per ſe ſumptus non poteſt dicere pictura quæ eſt in pariete aut de ſtatua ſuſi ſiue ſculptili. His enim demonſtratis, non poteris dicere quod vere & ſimpliciter ſint homines cū nō ſint animalia rationalia. Adieciſtis tamen determinationibus vere tibi dicere licebit. Hæc imago eſt homo pictus. Hæc ſtatua eſt homo æneus, aut homo ſculptilis ſiue ſuſilis: Idco hęc omnes faciunt dictum ſecundum quid. Item de mortuo cadauere vnde iam abſceſſit anima ſiue canis ſiue hominis non poteris dicere quod ſit homo, dicere tamen quod ſit homo mortuus. Sic ethiopes non ſimpliciter albus dicitur, attamen ſecundum dentes albus vere dicitur. ¶ Cum igitur ad hunc modum argumētantur, Aethiops eſt albus ſecundum dentes, igitur eſt albus. Hic homo ſanctus eſt ſecundum æternam apparentiā, igitur ſanctus eſt. Hæc ſtatua eſt homo ſculptus ex marmore, igitur eſt homo. Hoc cadauer examine eſt homo mortuus, aut animal mortuum, igitur eſt homo aut animal. Antichriſtus eſt

DE LOCIS SOPHIST.

homo futurus, igitur est homo. Hæ & his similes omnes argumentationes sophisticæ, à dicto secundum quid procedunt ad dictum simpliciter. Aristot. intopicis obiter hæc tractans huiusmodi ponit exëpla. Hic est naturaliter studiosus (vt natura liberalis aut castus) igitur est simpliciter talis. In aliquo loco (vt morbofo) expedit vti tali dicta, igitur simpliciter expedit. Alicubi bonū est maciare patrem, nempe apud Tribalos, igitur simpliciter bonum est. Aliquando expedit medicari, vt pote ægritudinis tempore, igitur simpliciter expedit. Non ens est opinabile, igitur non ens est. ¶ Conuenit autem secundum apparentiam dictum secundum quid cum parte in modo, & dictum simpliciter cum toto in modo: quoniam sicut pars in modo determinabili sumit cum determinatione aliqua, ita & dictum secundum quid. Atque hinc causam apparentiæ habent argumentationes, quæ secundum hunc locum fiunt sophisticæ. Verum in hoc non conueniunt quod pars in modo sumit determinabile cum determinatione tantum restringente: non autem, vel diminutive, vel distrabente, vel alienate, vel ampliante ipsam determinabilem: vt simpliciter & vniver saliter dici possit & debeat totum in modo, de eo de quo pars in modo dicitur. In dicto autem secundum quid, homo determinatio restringens adiciatur determinabili, sed vel diminuens, vt secundum dentes respectu albi vel distrabens, vt pictus aut sculptus respectu hominis vel alienans, vt mortuus ( nominaliter ) respectu hominis vel animalis, vel amplians, vt præteritus futurus, possibilis, respectu hominis, atque in hoc latet causa defectus. Ad hanc etiam fallaciam pertinent paralogismi qui sunt e conuerso, à negatione simpliciter ad negationem dicti secundum quid hoc modo, Aethiops nō est albus, igitur nō est secundum dentes albus. Antichristus nō est homo, igitur nō est homo futurus aut possibilis. Videtur etiā hic pertinere argumentationes male à coniunctis ad diuisa. Vt cum sic argumentamur, Hic homo est bonus musicus, igitur est bonus, & musicus. Est laudatissimus artifex, igitur est laudatissimus, & est artifex. Est bonus latro, aut bonus fur, igitur est bonus, & est latro. Et e conuerso. Non est bonus, aut non est latro, igitur non est bonus latro.

CAP. XIII.

¶ De fallacia ignorantie elenchi.

Fallacia ignorantie elenchi tunc dicitur comitti, quando do deceptio fit, ex eo quod ignoratur aliqua eorum particularum quæ ponuntur in definitione elenchi, seu ex eo quod non penitus natura pernotatur ipsius elenchi, & condiciones omnes ad verum elenchum requisitæ. Quæquam autem supra in principio libri huius breuicula quadam definitionem elenchi Aristoteles assignauerit, dicens elenchum esse syllogismum cum conclusionis contradictione. Hic tamen eundem locum prolixiori descriptione iterum definiuit, his verbis.

Elenchus est cōtradictio vnus & eiusdē nō nominis, sed rei & nominis. nō synonymi, sed eiusdē: ex his quæ data sunt ex necessitate, nō cōnumerato eo quod erat in principio, secundū idē, ad idē similiter, & in eodem tempore.

Definitio elenchi.

¶ Quæ definitio sic est intelligenda. Elenchus est syllogismus concludens propositionem contradictoriam vel contrariam, quæ cum altera cui oppositur debet esse vnus, & eiusdem tam subiecti quam prædicati, id est, eorundem extremorum, non solum secundum vocem. neque etiam solum secundum significationem, sed secundum vocem & significationem simul, debetque suam conclusionem ex præmissis in modo & figura dispositis & concessis, secundum necessariam inferre consequentiam: nec debet admitti in eiusmodi syllogismo vitium petitionis principij. Debent postremo obieruari quatuor istæ particule secundum idem, ad idem, similiter, & in eodem tempore. ¶ In qua definitione manifestum est quædam poni ex parte oppositionis, ad indicandum quæ ad oppositionem veram requirantur, nempe quod dicitur, vnus & eiusdem, non nominis sed rei, non synonymi sed eius.



## DE LOCIS SOPHIST.

dem. Quod sequitur, ex iis quæ data sunt ex necessitate, quid ad syllogismum requiratur explicat. Subsequens, non numerato eo quod erat in principio, pertinet ad syllogismum probatum, cuiusmodi debet esse elenchus verus. Quatuor autem illæ particule vltimo loco posite, ad idem, secundum idem similiter & in eodem tempore, ad utrumque videtur pertinere, id est, & ad rationem oppositionis, & ad modum conclusionis. Cum igitur contingi decipi aliquem apparenti sue sophistico elenchu, existimans elenchum esse qui proponitur, & vere concludi oppositum, cum non ita fiat, propter omissionem alicuius horum quæ ad verum elenchum definita sunt requiri, locum dicitur habere ista fallacia ignorantia elenchi. ¶ Propter non observationem particule ad idem sic fallacia in hoc paralogismo. Quatuor sunt duplum ad duo, & non sunt duplum ad tria, igitur quatuor sunt duplum & non duplum. Item iste est pater huius, & non est pater illius, ergo est pater & non pater. ¶ Propter non observationem particule secundum idem hi sunt paralogismi. Hoc lignum secundum longitudinem est duplum ad illud, & secundum latitudinem non est duplum ad illud, igitur hoc lignum ad idem simul est duplum & non duplum. Hoc manifestum est obseruari quidem particulam ad idem, sed non secundum idem. Simile est in hoc paralogismo, Christus secundum humanitatem est filius Mariæ matris & patris David, & secundum Diuinitatem non est eorundem filius, igitur eorundem est filius, & non est filius. Item hic homo secundum quod pater est isto filio suo dignior, & secundum quod subiectus filio suo in prefectura aut pralatione qualibet posito non est dignior, igitur est eodem dignior & non est dignior. ¶ Propter non observationem particule, similiter, hic est fallacia. Ioannes velociter currit, & non necessario currit, igitur Ioannes currit & non currit. Hinc princeps potenter imperat, & non clementer imperat, igitur imperat & non imperat. Item Christus temporaliter est natus de virgine & non est æternaliter de ea natus, igitur est natus de virgine, & non natus de eadem. Christus cum in hoc mundo esset regnabat in eo inuisibiliter, & non regnabat in eo visibiliter, igitur regnabat in eo & non regnabat. Manifestum est hic seruari par-

## LIBER IIII.

143

ticulas, ad idem secundum idem, sed non similiter.

¶ Propter non obseruationem particule in eodem tempore, hi sunt paralogismi. Manus mea clausa est pro hoc tempore & pro illo tempore alio non est clausa, igitur est clausa & non est clausa. Hic homo fuit grammaticus annum vnum aut alterum, & ante vnum aut alterum annum non fuit grammaticus, igitur fuit grammaticus & non fuit grammaticus. Item CHRISTVS cum in hoc mundo esset nõ habuit à patre exequationem potestatis super omnia, eam autem mox habuit assumptus in cælos, igitur eam habuit & non habuit.

## CAP. XIII.

¶ De fallacia petitionis principij.

¶ Petitio principij vel eius quod in principio est tunc fieri dicitur, quando id quod probandum est, ab opponente tanquam notum aut probatum assumitur, ad probandum alterum minus notum vel eque ignotum. Dicitur etiam peti quod in principio est, quando penitus idem assumitur ad probandum seipsum. Vt si ita quis argumentetur. Omnis homo est homo, & omnis homo est homo, ergo omnis homo est homo. Verbum huiusmodi petitio principij fallaciam facere nõ potest. Cuiuslibet enim notissimum est antecedens hic non probare consequens. Quando autem id quod assumitur non penitus idem est cum eo quod est probandum, est tamen ignotius vel eque ignotum, in hoc accidere potest fallacia, ex eo quod respondens credat antecedens probare consequens, cum ad minime faciat. Vt si quis ita argumentetur. Omnis homo est capax discipline, & omne animal rationale est homo, igitur omne animal rationale est capax discipline. Item, Omne animal rationale interdum dormit, omnis homo est animal rationale, igitur omnis homo interdum dormit. In his antecedens est ignotius consequente: quoniam predicata essentialia notiori modo conueniunt definitioni quam definito, & predicata accidentalia definito quam definitioni. AEquè autem ignotum est antecedens cum consequente in hac argumentatione. Anima equi non remanet post mortem equi separata, igitur ani-



DE LOCIS SOPHIST.

ma asini post eius mortem separata non remanet. Non enim de anima equi id magis constat, quod intereat cum corpore, quã de anima asini. ¶ Ex predictis patet inter hanc fallaciam petitionis principii, & alias hæcenus positas aut etiam ponendas, differentia hæc particularis, quod cæteræ in forma peccant & sunt malæ consequentiæ, non recte neque vere inferentes, quod videntur inferre. Quæ autem secundum hanc fallaciam sunt argumentationes sophisticæ secundum materiam peccant & possent esse bonæ consequentiæ, & validissime concludentes syllogismi, aut enthymemata optima. Sed quia in materia defectus est, eo quod non probent cum videantur probare, ideo sophisticæ dicuntur. Et hi sunt syllogismi illi litigiosi peccantes in materia, de quibus dictum est in fine libri syllogismorum.

CAP. XV.

¶ De fallacia consequentis.

Fallacia consequentis.

Fallacia consequentis est, quando evenit deceptio ex eo quod putatur consequentia converti cum non convertatur, id est, quando creditur quod sicut antecedens inferit consequens, sic vicissim consequens inferat antecedens. Ut si quis credat hæc consequentiam valere. Hoc est animal, igitur est homo, eo quod e contrario sequatur. Hoc est homo ergo est animal. Aut si quis credat hanc valere consequentiam, Non est homo ergo non est animal, eo quod sequatur e contrario ordine. Nō est animal, ergo nō est homo. Sic deceptur qui ita argumentatur. Hoc est flavus, ergo est mel, eo quod e converso valeat consequentia. Est mel, ergo est flavus.

¶ Huius fallaciæ duos ponunt modos. Primus est, quando quis ut ad antecedens sequitur consequens, ita ad consequens e contrario putat sequi antecedens. Ut si homo est, animal est: igitur si animal est, homo est. Si non est animal, non est homo, igitur si non est homo, non est animal. ¶ Secundus est: quando sicut ex antecedente sequitur consequens, ita ex opposito antecedentis putatur sequi oppositum consequentis. Ut si homo est, animal est: igitur si homo non est, animal non est. Si non est animal non est homo, igitur si est animal est

LIBER VI.

homo. ¶ Ad hanc fallaciã cõsequentis pertinet, quoties quis fallitur argumentando à toto vniuersali non vniuersaliter accepto, ad partem ipsi subiectã, aut à parte ad totũ vniuersaliter sumptum. Item à toto in modo non vniuersaliter sumpto ad partẽ, vel à parte ad totum vniuersaliter sumptũ. Item à parte vna vel non omnibus in quãtitate, ad totũ in quãtitate. Item quando negativè argumentatur à toto integrali ad singulas partes copulativè, vel ad aliquam partium sigillatim: aut e contrario affirmativè ab aliqua partium affirmativè ad totum. Item quando in communiter accidentibus à priori ad posterius proceditur affirmativè, vel à posteriori ad prius negativè, & quando in oppositis mala sunt argumenta, à negatione ad affirmationem, & à maiori affirmativè, aut à minori negativè, & ab authoritate Item negativè. ¶ Et vniuersaliter, quando non valet conversã consequentia.

CAPVT XVI.

¶ De fallacia secundum non causam ut causam.

Secundum nō causam ut causam sunt paralogismum quando falsitas illarũ conclusionis imputatur alicui præmissarum, quæ non est causa veritatis conclusionis, ita ut ea etiam ablata, æque falsa sequeretur conclusio. Fit autem hæc fallacia in syllogismis ad impossibile, de quibus dictum est in libro de syllogismis. Exemplum huiusmodi ponit Aristoteles. Anima & vita sunt idẽ. Generatio & corruptio sunt contraria. & mors est corruptio igitur vita est generatio, & vivere generari. Hoc autem falsum est (quoniam is qui vivit iam non generatur, sed genitus est, & existente vita iam non est generatio) igitur & illud primo loco assumptum falsum est, anima & vita sunt idem. Hic est fallacia secundum nō causam ut causam, quoniam illa propositio prima assignatur pro causa falsitatis conclusionis, & ex conclusionis falsitate ipsa interimor, ita quã propter quã inferretur conclusio falsa, cum non ita res habeat. Nō enim ista, sed altera illa. Mors est corruptio, in causa est, quare falsa sequatur conclusio, & ipsa ex conclusionis falsitate erat interimenda.



DE LOCIS SOPHIST.

Non enim verum est, mortem esse corruptionem, sicut neque verum est vitam esse generationem, Generatio enim & corruptio sunt motus. Mors autem & vita non sunt motus, sed potius motum concomitantia, & velut eorum termini. Generatio enim est motus ad esse sive ad vitam, & corruptio est motus ad non esse sive ad mortem. Quod autem prima illa propositio, Anima & vita sunt idem, causa non sit falsitatis conclusionis, ex eo patet, quod eque sequatur conclusio, etiam si illa auferatur. ¶ Sumit autem suae apparentiae causam haec fallacia, ex convenientia propositionis non causa, cum aliqua praemissatum. Nisi enim aliqua sit convenientia, nulla erit apparentio deceptionis. Defectus autem in hoc est, quod tanquam causa sumitur, quae vere causa non est, & ad rem non facit.

CAPVT. XVII.

¶ De fallacia secundum plures interrogationes vt vnam.

Fallacia secundum plures in interrogationes vt vnam

**P**ostrema fallaciarum extra dictionem, positarum ab Aristotele, est, secundum plures interrogationes vt vnam. Quae tunc fieri dicitur, quando proposita interrogatione simul de pluribus, & ad responsione data sine distinctione, perinde ac si de vno solo interrogaretur, contingit ex huiusmodi responsione vere vel apparenter ipsum qui sic respondit, ab opponere paralogizari aut decipi. Vt, exempli gratia, si quis demonstratis duobus quorum alter est videns, & alter caecus, interroget, Sunt isti videtes aut non videtes? dicat autem respondens indistincte, eos non esse videntes, argumentabitur interrogans, igitur iste non videt, demonstrato caeco, & iste non videt, demonstrato vidente. Vt vni libet enim dixerit, sine videtes esse, sine non videtes, non euadet. Si autem responderit distincte. Hic, videt, ille non videt, iam euasit calumniam. ¶ Causam apparentiae sumit haec fallacia, ex apparenti similitudine interrogationis de vno, cum ea quae de pluribus, propter quam puta-

tur similiter esse respondendum vtrique. Causa autem defectus in hoc est, quod non adhibetur distinctio quae deberet adhiberi in responsione ad plures interrogationes. Deberet enim responderi distincte, perinde ac si plures interrogationes essent propositae. ¶ Post hos autem locos ita sigillatim enumeratos & pertractatos, Aristoteles deinde ostendere conatur, quemadmodum omnes hi loci ad vnum illum qui appellatur ignorantiae elenchi possent reduci, adiciens & alia quaedam quae ad paralogismorum rectam solutionem non sunt inutilia. Verum nos ea quae iam dicta sunt pro qualicumque introductione sufficere existimantes, illis sigillatim pertractandis supersederemus, sinemque hic Dialecticis nostris tractatibus imponimus, ad laudem & gloriam summae primaeque veritatis, quae omnem auerfatur falsitatem, quae in vnitae & trinitate vniuit & regnat per omnia saecula.

Amen.

¶ Finit liber sextus considerationis Dialecticæ.

¶ DEO semper & vbique GLORIA.







Jhs.

